



Chronicon chronicorum ecclesiastico-politicum

ex huius superiorisque aetatis scriptoribus concinnatum ; qua non modo pontificum, archiepiscoporum, abbatum, &c., set et doctorum armis literisque illustrium, dies natalis ... egregiaque eorum ... facinora ... breviter delineantur ...

Gruterus, Janus

Francoforti, 1614

XXXVIII. Electorum Ecclesiasticorum, id est, Coloniensium, Moguntinensium, ac Treuirensiu[m] Catalogus, cum succincta reru[m] à singulis gestaru[m] narratione. ite[m]: Episcoporum qui sub ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64659)

ON:
ELECTORVM
ECCLESIASTI-
CORVM,

id est,

COLONIENSIVM, MO-
GVNTINENSIVM AC TREVI-
RENSIVM, à PRIMIS VSQVE
ad eos, qui iam praesident,

CATALOGVS.

*Item, succincta rerum à singulis gestarum
narratio.*

ECTO
episcoporum item, qui sub Archiepiscopatu Coloniensi
habent, id est, Leodiens. Vltraiectens. Monasteriens.
Osnaburgens. ac Minden. tum Romanorum
Pontificum, qui ex Germania orti
fuere, series,

*Opera F. Petri Merssai Cratopolis,
Minorita.*

DE FVNDATIONE
ATQVE ANTIQVITATE
SEV CELEBRATIONE VRBIS
COLONIAE.

COLONIA Agrippina vrbs est celeberrima ac potentissima ad Rhenum fluvium, Vbiorum metropolis: Condita tempore Augusti a M. Agrippa Augusti genero ac auo, Agrippinae Germanicae matris, quam Cl. Caesar in conjugem assumpsit. Nomen inditum ex vocabulo ipsius, atque eo tempore Colonia Agrippina, ciues vero Agrippinenses dici ceperunt. Haec vrbs (quod sine diuini numinis prouidentia non est factum) tunc primum extrui coepit, quando omnis sapientiae auctoris Iesu mater Maria nascebatur. Nam facta illa post Christi Apostolorum Euangeliumque magistra erat: ita reliquis vrbbus & vicinioribus promouendis Colonia sapientiae atque doctrinarum studia communicaret. Fuit Romanorum sociata, ab Iulio Caesare ad fortitudinem & exploratam fidem, in S. P. Q. R. necessitudinem suscepta. Franci autem gens Germanica, valida, collabascens Rom. viribus, Rhenum transgressi, sedibusque in Gallia constitutis, dexteram Rheni ripam occuparunt, & anno Christi 355. pertinaci obstinatione Agrippinam resecarunt & incendio deleuerunt. Inde rursus ab exercitu Rom. recuperata est & contra Francorum vim munitissime stabilita. Anno inde Domini

462. Childericus rex Francorum primus Agrippinam suo regno subiecit, & Romanos vna cum suo duce Egidio cepit & Sigbertum regulum Coloniae praefecit. Quare Franci eam ad tempora Ottonis primi occuparunt, qui eam autore Brunone eius fratre ac Archiepiscopo, Romanorum Imperii liberam esse constituit. Fidem ac Christianam religionem, ut ex scripturis repetitur, circiter annum incarnationis Do. 90. suscepit per D. Maternum, & tamen propter persecutiones ad paganismum relapsi fuere, quos S. Severinus ad orthodoxam fidem sub Honorio Imper. reduxit annum circiter 398. Sacra illa undecim millium Virginum castra, circa annum Domini 463. Coloniae, procurantibus, a Robo tyrannus Roma. Maximo ac Africano per Iulianum Hunorum Principem, ob fidei ac pudicitiae integritatem, sub Aquilino Episcopo, interempta est. Cum autem illa illa Virginum, virotum, multorumque Episcoporum castra, sub pedibus multo tempore sine honore iacuisset, diuina dispositione ac reuelatione, per homines pios anno Domini 1156. tempore Friderici I. Imper. sub Arnaldo Archiepiscopo, leuata fuere. Verum ex titulis monumentis aduentis, tum Dei manifestatione multorum nomina commemorata habemus. Fuit Colonia a D. Philippo ab Heinsberg Archipraefule anno Domini 1167. ampliata, multa castra, templa atque suburbia, quae extra moenia sita erant, muris circumseptae. Anno vero a Christo nato 1388. studiorum quarumque disciplinarum Vniuersitas ab amplissimo Senatu, a Romano Pontifice impetrata & instituta est, & verisimile est sacrae Theologiae studia ibi neglecta nunquam fuisse: testantur tam doctissimorum virorum scripta, tum antiqua castra. Floruerunt ibi D. Rupertus Tuitiensis, Albertus Magnus, sanctus Thomas Aquinas, Ioannes Scotus, sanctus Wolphelmus Abbas. Est haec Academia omnium Germaniae liberrima & Collegis ad studiosorum subleuandam inopiam fundatis ab optimis viris ornatissima. Ex hac Lonanienfis pari dignitate

k k k k

te filia, Anno Christi 1420. prodiit. Facta est Colonia
 des Archiepiscopalis per sanctum Bonifacium Carolo
 Magno auctore, anno Domini 743. Electoratum forma
 est anno 1003. & sanctus Herebertus primus Elector factus.
 In numerum Hensicarum ciuitatum in Conuentu Lupatensi
 anno 1481. assumpta est. Ipsa præclarissimis ac
 magnificis nitet ædificiis, non solum pietati Catholicæ, ve-
 rum etiam priuatorum hominum necessitati congrua.
 Senatus Colonienfis in fide Catholica (licet ab Hæreticis
 multis infidiis impetatur) constantissimus, in maiori
 sigillo non erubescit talem inscriptionem proferre. S. Co-
 lonia fidelis Romanæ Ecclesiæ filia. Verum quid de
 vrbe digne proferre poterimus: Hæc sane tantum altissi-
 me caput extulit vrbes, quantum solent lentæ inter vrbes
 na cupressi. Habet & Archiepiscopus suam hic sedem
 cet infrequens conspiciatur. Habet & suos Suffraganeos
 seu comprovinciales Episcopos Leodiensem, Monasteriensem,
 Ultraiechtensem, Mindensem, & Osnaburgensem,
 olim quoque Bremensem, & omnes antiqua & vera
 Christi religione insigniuntur, ac eam tam ample
 ctuntur, tum contra Innouatores religionis prohi-
 tentur ac mordicus defendunt. Cedat
 illis bene.

DE EP

DE EPISCOPIS AC ARCHIEPISCOPIS COLONIENSIBVS

CAPVT PRIMVM.

L

Sanctus Maternus, vt antiqui annales perhibent, cum suis collegis tempore Apostolorum vixit, imo D. Petri discipulus fuit. Hic illos Roma in Germaniam, vt Euangelium regni cœlestis, populis, qui ignorantie tenebris inuoluti erant, per quod ad æternum peruenit lumē, prædicarent, destinauit. Boni isti viri suo officio minime defuere: siquidē nomē Christi in istis partibus, longe lateq; diuulgauerunt. Maternus autem III. Symythes, (de aliis duob. Euchatio & Valerio agerur in Treuerensib.) aduersa cœpit laborare valetudine, & breui vita frangitur, quē inde D. Eucharius ex S. Petri iussu ac eius baculo à morte excitauit: qui primus Coloniēsis factus est Ecclesie Pastor. Hanc autē functionem diligentissime ac sanctissime annis 40. ac totidē diebus, iuxta quot mortuus fuerat, sub Domitiano ac aliis Imper. executus est. Vitam autem eius multis claruisse virtutib. gestorum eius scripta commemorant. Populos Vbiorū gentili errore detentos Christiana doctrina illuminauit circa annum Do. 94. & factus est omnium diuini verbi ministrorum absolutissimum exemplar. Tunc quidem temporis nondam erant prouinciæ per dioceses & parœcias distinctæ, quare ipse Agrippinensē, Tungrensē, Treuerensē, quas piis & assiduis concionibus in viam Christianæ veritatis ac fidei adduxit pater rexit Ecclesias. Has tanquam funem triplicem glutino fidei coniunxit ac copulauit. His inquam populis cū suis comitibus sacras literas interpretatus est, mortuos quos-

kkkk 2

dam præsertim in pago Alfatha, ad vitam reuocauit, verum Imperatorum infidelium impietas plurimum obstitit, quominus fidei lumen exoriri potuit. Colonia Oratorium in honorem diui Matthiæ apud portam Clericorum, (nomen quum retinens nomen) construxit. Apud Bonnam Ecclesiam in honorem sancti Ioannis Baptista dedicauit, quæ postea in virginum nobilium Collegium euasit. Colonia vitæ finem fecit circa annum Domini 134. & dum delectum eius corpore à suis incolis parochianis, quibus præfuit, acceptaretur, ubi recondi deberet, ex cuiusdam peregrini consilio, nauigio est impositum, & statim vltro contra flumen diuino nutu Treuerim recta ascendit, vt suis charissimis collegis corpore in terris, vt spiritu in cælis, coniungeretur. Baculus ille, quo sanctus Maternus fuerat excutatus à morte, cum nec Colonienfes, nec Treuerenses feruere poterant, præter D. Stephani Sacellum apud Metenas tempore S. Seruatii, in Hunnorum deuastatione, tandem apud vtramque ecclesiam dispartitus, remansit, & vltimo in hodiernum diem inter sanctorum reliquias in veneratione habetur. Fertur quod ob hanc causam summus Pontifex non vtatur baculo in suo officio. Tempore D. Materni venit Treuerim S. Nazarius, qui ibi Dei verbum prædicauit, & postea sub Domitiano martyr occubuit. Ferunt quoque hunc Maternum filium fuisse viduæ vnicuique, quem Dominus Iesus à morte excitauit, & vnum ex discipulis Christi. Postea grassante in Christianos persecutionum procella, rursus Vbi à suscepta religione defecerunt, & ad paganismum ac gentilitias abominaciones transierunt. In persecutionibus illis Agrippina sine legitimo Episcopo fuit annis 24. Tandem Gothi Arriani, quæ erat gens fera, expulsi ex suis sedibus ab Hunnis ex Suedia, peruenientes Coloniam, ibidem sibi Episcopum constituerunt Euphratam Photinianum hæreticum circiter annum 378. Hic scelestus ille annis fere 20. Episcopum agebat ac heresin Arrianam contumaciter defendebat. Episcopi reguntur Galliæ consilium Coloniae auctoritate Iulii primi summi Pontificis.

mi Pontificis coegerunt, ac hæreticum exautorarunt, ac officio pastorali anno Domini 398. exuerunt. Homo hic improbus multos sua impietate à vera religione in errorem secum abduxit. verum Consilio Colonia habito, Armanorum furor nonnihil est labefactatus ac humiliatus. Ad consilium hoc plures fideles Episcopi conuenere, inter quos præcipui fuisse numeratur, Maximus episcopus Moguntinensis, Bonofus Treuirensis, Victor Vangiorum, Iesle Neometensis, Amandus Allatensis, Victorinus Metensis & alii nonnulli pontifices. Audiens autem Euphrata tantorum Pontificum contra eum venire aduentum, ipse in fugam, verum bonorum quorundam ciuium industria est impeditus ac redire coactus. Iam enim occulte pergens, Rhenum transferat. Reductus vero ac sancto illi cõlloquio presentatus, doctrina tua Patrum examini proponitur, quæ falsa ac erroribus scatens inuenta est. Pro sua autem puritate, erroris sui multa proposuit, quæ cum defendere nitetur, Maximus Episcopus, vir insigniter doctus acutusque disputator, omnia argumenta veluti aranearum telas, ex scriptura fonte clare confutauit. Cum autem pures videret hæreticam in sua perfidia pertinacem, cum proscripserunt, eiusq; dogmata, vt in se huiusmodi illud lolium extirparetur, condemnarunt.

Circa hæc tempora, id est, anno Domini 370. fuit illa sancta Helena mater Constantini Magni. quæ inter alias Ecclesias, quas in toto orbe condidit, Coloniae permagnificam construi fecit in honorem diuorum Gereonis sociorumque eius basilicam: eadem quoque apud Bonniam ac Xantos in Cliuentium terra instruit Collegia, quæ olim monasteria fuere. Non immerito Canonici illi se fraterno prosequuntur amore. Oppida illa Bonna ac Xanti, quæ olim insignes fuere vrbes, ortum habuere anno Domini 1190. vel circiter, post euerfam Troiam, ducibus Troiade & Torgeto, & ab illis hominibus ac oppidis successu temporum Cliuenses, Iuliacenses & Geldrenses ortum habuere.

S. Gereon ac tota illa Christiana legio, pro Christo mar-

tyres facti sub duobus iniquissimis tyrannis Diocletiano & Maximiano, anno Dom. 291. qui Christi nomen cupere funditus (at frustra) studebant. Exercuit in Christianos primam persecutionem Nero, sed isti decimam, quæ fuit omnibus immanior ac diuturnior. Verum duobus tyrannis sublatis & Constantio ad Imperium ordinato, Ecclesia tranquilliora sortita est tempora. Ecclesia illa D. Gereonis ob magnificentiâ olim dicta est ad aureos martyres. Sanctæ autem reliquiæ martyrum, circa annum Domini 1121. quando S. Nonbertus, vir valde deuotus, venit Coloniam, Friderico Archiepiscopo Colonien. ac in finibus prælatorum ac populi multitudine præsentibus, summa reuerentia è terra sunt leuata ac honorificentius reposita, quæ inde in summo à Colonien. sibus honore haberi ceperunt. S. Gereon, Victor, Cassius, Florentius, Malusius, Mauritius, duces Legionis Thebeorum militum, venerunt ex Thebeis, quæ est nobilissima in Agypto ciuitas, Hierosolymam, & ab Episcopo Zabda, Christi fidem sacramque baptisma susceperunt. Inde Romam contenderunt, & à S. Marcellino Pontifice confirmationem accepere, ibique firmiter statuerunt, se potius pro Christi fide mori, quam ab ea negando, discedere. Cum autem impii Imperatores in illis hoc experiri vellent, Mauritius iuxta Alpes apud Octodorum cum suis constanter occubuit, Cassius & Florentius cum alijs Veronæ, quæ nunc est Bonna, Gereon cum trecentis & octodecim Colonia Agrippinæ, Victor cum suis trecentis apud Troiam, quæ Xanti dicitur, interemptus est.

Carmina quæ ante Valvas Ecclesiæ D. Gereonis insculpta sunt.

*Regibus exemplum sacræq; charismate plena
Condidit hoc templum sancti Gereonis Helena,
Pagana nata, Iudea fit, inde renata,
Inuentrix sanctæ Crucis almo Pncumate flans;
Septuaginta duo Collegia fundat amœna,
Domus perpetuo Constantis mater Helena.*

II

S. Seuerinus in Apostata Euphratae locum, cunctis
 clero & populo suffragantibus, creatus est Episcopus,
 tempore Damasi Romanorum Pontificis ac Theodosii II.
 imperatoris: natus fuerat ex Aquitania, Burdegala, ex pa-
 tribus nobilibus, qui in iuuentute liberalibus literis ap-
 pte instructus fuit. In Gallia primo apud Senonas egit
 Episcopum, ex Angeli autem prophetia apud Agrippinam.
 Patrum decreto, ordinatus est ibidem Episcopus. Incidit
 tunc in periculosa Arrianae haereseos tempora, qui ita vi-
 detur, ut fuerit valde spectabilis in Ecclesia Dei. Arriana con-
 troversia adeo mundum pene vniuersum infecerat, ut quasi
 impossibile videretur, virus pestiferum posse eradicare, ve-
 nit hic S. Pontifex diuino adminiculo lolium illud infelix
 vigilantia contudit ac propulsauit. Agrippinensem
 diuitiarum duntaxat ecclesiam, verum etiam vicinas Ecclesias ab
 haeresi, repurgauit. Colonia in honorem SS. Cornelii
 & Cypriani Ecclesiam construxit, & fratrum Conuen-
 tum, quibus cum sanctissime vixit, instituit. Ecclesiam D.
 Columbae Virginis, quae recens martyr facta fuerat, ob-
 communem patriam, consecrauit. Non legitur de eo quod
 prodigia adiderit signa, siue quod Deus per eum miracu-
 losa operatus, verum spiritualia miracula, quibus Dei do-
 ctorem repurgauit, ei minime defuerunt. Ecclesiae Dei sta-
 tum prorsus labefactatum ad pristinam incolumitatem ac
 splendorem maximo studio ac labore, reduxit. Verifi-
 simile autem est doctorem hunc sanctissimum, qui tan-
 to tempore praefuit, insignia ac praecelara egisse facinora:
 verum quod memoriae non sunt tradita, temporum in-
 certae ac barbarorum furori debemus. Fuit coaevus D.
 Martini Turonensis, ac cum illius anima in obitu ad coe-
 lum deferretur, audiuit voces angelorum, deferentium
 animam sancti viri ad caelos. Quod cum denegatum fu-
 isset eius Diacono eo orante & ipse audiuit melodiam. E-
 rant autem ambo hic Seuerinus & S. Martinus in contem-
 pora seculi non dissimiles: ut ergo in caelesti gloria aequali

kkkk 4

fulgerent gaudio, prophetia spiritu ostēsum est. Fuit enim mundi contemptus adeo in eo perfectus, ut facile pauperismo eremita præferri possit. Cogitante aliquando eremita de retributione cœlesti, quis ei in terris comparandus, angelus eum certiorē reddidit, Severinum Agripinensem ei comparandum: Accurrit ille Coloniā, vult hunc gloriosum multis affluere delitiis; cogitante illo, cum hæc tu dereliquisti, in magna vixisti abstinentia, & hic tu comparandus? Intellexit per angelum episcopum manum in his omnibus affici, quam ille in suo ligneo vasculo consideret. Demum in aetate graui, profectus est in natalium Burdegalim, ut suos inuiseret. Occurrit ei S. Amandus episcopus, qui eum vna cum Clero ac populo religiosissime excepit. Hic aduersa laborare coepit valetudine & conuocatis fratribus, prædixit se in eodem loco mortis habiturum debitum, & locū sedis propriæ corporaliter amplius non visurum. Sicque sanctus Pontifex post datā benedictionē, onustus virtutibus quibus promeretur Deus, cōsummato fœliciter vitæ cursu; ad regna migravit ætherea 23. Octob. Præfuit autem aſis 40. maximo animarum emolumento. Corpus eius à S. Amando honorifice datum est sepultura. A morte Deus eius vitam crebris miraculis illustriorem reddidit. Aquitani enim eius meritis magna beneficia experti sunt, quare eū in magno honore habuerunt. Colonienses autem sui orbati pastoris præsentia, timore, rum cladibus non mediocribus affecti sunt. Discunt tandem ex angelica significatione calamitatis causam: querunt ut sanctas habere possent reliquias, ad Galliam ite- gressi sunt, & pastoris sui preciosissima pignora, licet argerime tandem diuino auxilio obtinere, & Coloniā in templum SS. martyrum Cornelii & Cypriani, quod adlocavit, reposuere. Huius igitur beneficio apud Deum multis potiuntur beneficiis & vere experiuntur: Domus illi S. Severinum hospitem. Inuisit illum Leo Pontifex Romanus, cum esset in Germania, & Colon per hebdomadam semel eum frequentandi, bonam obseruant consuetudinem.

III. S. Eur-

III.

S. Euergillus natus est apud Tungros, quæ & Octa-
 ria dicitur (quæ tum temporis erat amplissimum oppi-
 dum) natus fuerat ex nobili parentum stemmate. Fuit au-
 tem eius pueritia virtutum studiosissima & coætaneos
 pueros pia viuendi ratione & probitate multis parafangis
 excelluit. Cum D. Seuerinus episcopus Coloniensis Tun-
 gros visitandi gratia accessisset, ex primoribus ecclesie,
 pueri huius didicit piam mentem ac studium. Accersit ipse
 puerum, & vt secum proficisceretur, facile persuasit. Ad-
 ierit episcopo & ne latum vnguem ab eo eiusque virtu-
 tum sese passus est separari ingenuus puer. Vt igitur sibi
 notori estet viui, cum Archidiaconum suum ordinauit,
 qui & in transitu D. Martini cum suo magistro voces me-
 ritæ audire angelorum. Defuncto autem S. Seuerino Cle-
 rus & populus Agrippinensis cum sibi anno gratiæ 433.
 ad clauum ecclesie admouere. Hac iam ornatus sede, oues
 sibi creditas, instituebat, & à peccandi consuetudine retra-
 hibat, & urbem ad tantum prouexit splendorem, vt Aurea
 Colonia ab incolis appellaretur. Fuit autem ipse actis in-
 genii, in diuinis literis eruditus, vita purus & ad Christia-
 nam philosophiam penitus expeditus, Doctor ecclesie
 incomparabilis. Præfuit autem laudabiliter ac summo
 Christianæ pietatis promouendæ & ampliandæ studio an-
 nis 17. Cum semel capitis dolore vehementi laboraret, in-
 gressus D. Gereonis templum, paululum sumens terræ ac
 capiti suo imponens, mox ab omni languore sanatus est.
 Ob pastorem sollicitudinem, profectus est Tungros, vt
 heredes idololatriæ eliminaret, vbi cum nocte quadam ad
 Dei genitricis basilicam causa orationis properaret, a la-
 tronibus, qui nocte iugulant homines, inualus ac ictu teli
 id. Calend. Octobr. interemptus est. Corpus eius ad ora-
 torium B. virginis cum maximo more ac honore de-
 positum ac humatum est. Ad eius tumulum multa olim sunt
 exhibita miracula. De eius translatione, in vita diui Bru-

nonis Archiepiscopi latius videre est, quæ contigit sub
num Domini 953.

IV.

S. Aquilinus qui quibusdam Solinus, anno salutis
stræ 463. ordinatus est episcopus. Præfuit hic vtilissimè
ac religiosissime tum concionando, tum bene viuendo
annis 10. Hic sanctam Vrsulam aliasque sacras Virgines
suis sepelivit manibus. Siquidem circa hæc tempora anno
Domini 466. accidit illud cruentissimum vndecim milium
um Virginum martyrium ob Catholica fidei integritate
que constantiam, tempore Martiani Imperatoris Romani
sub Artila Hunnorum rege tyranno truculentissimo. De
Vrsulæ ac tota illa virginum historia, multi possunt graui-
citari scriptores, qui satis prolixè harum meminerunt. He-
beremus autem proculdubio plura de tam præclaro ac
mirando Virginum exercitu, nisi barbarorum crebris ir-
ruptionibus multa deperissent. Cuius sane martiri-
dem facere possunt & celeberrimum illud ibi Virginum
illustrium Collegium in huius rei memoriam à quibusdam
Colon. constructum, inde à quodam externo Magistro
Ctomatio, restauratum & nunc vsque perdurans: & in
mera ossium sacra reliquæ, quæ ibi per totam urbem
singulis templis ad nostra vsq; tempora obseruantur. Hic
& S. Panthalus episcopus Basiliensis, vir in omni virtute
tum ac literarum genere conspicuus. Hic cum Virgines
illæ sacra Basileam venissent, eas perhumane suscepit,
in fide plurimum confirmauit: Extant etiam adhuc Basile-
lex eius profectiois S. Vrsulæ monumenta, vbi fue-
runt diuersata. Eas Panthalus postea Romam vsque com-
mitatus est. Hic à Romano Pontifice Chorus ille Virgi-
num cum magna reuerentia exceptus est, & post mutam
in vera fide cohortationem, in pace dimissus. Cum eis tra-
que S. Panthalus Basileam reuertus est, atque suis dispo-
tis rebus, easdem Virgines secundum Rheni tractum, Co-
loniam vsque peruenit, vbi etiam præfectus Romanorum
sauien-

venientibus, cum diua Ursula & sancta illa multitudine
 Virginum pie crucidatus & martyribus annumeratus fuit.
 Postulatus Archiepiscopus ex Vngaria in templo S. Ma-
 chabæorum, cum innumeris occisus, conseruatur. Alibi
 dicitur de hac pia virginum historia. Templum autem ac
 Machabæorum Cœnobium hac ratione habuit originem.
 Opulentus quidam homo exera vrbe in monticulo Greef-
 bergio Sacellum construxit, & in honorem beatae Mariæ
 Magdalena illud consecrari impetrauit. Quare locus ille
 Chorus Magdalena dici cœpit. Mortuo illo, vxor, matrona
 honesta ac aq̄ue locuples illud exornauit, & edificata pro-
 sacellum domo, in quam, vt à mundo esset tranquilla,
 cum quibusdam honestis fœminis, secessit. Non multo
 tempore, Celyndris ex regio stemmate, virgo Angli-
 ca religiosa, cum suo comite Quirillo sacerdote, Colo-
 niam peruenit, & huic Collegio sese coniunxit & habita-
 tionem eligit. Inde cum sacer ille virginum Chorus in quo
 sanguineas habuit, colligeretur, ac Coloniam venis-
 set, ipsa ab Angelo edocta, quod omnes Martyres calum-
 niosè censuræ essent, sese illi addidit, & Colonia cum eis
 in fide Christi, occubuit. Interfuit & huic sancto Colle-
 gio D. Gerasina Regina Sicilia, cum filio ac quatuor filia-
 bus, quæ erat & mater tera diua Ursula. Secutus est cum
 illis quam plurimis abeuntes Virgines Ciriacus Romanus
 pater, qui omnes pro Christi religione occubuere. Huic
 sacello erat vicinus scrobs siue puteus, quem martyrum
 sanguine, quem ex locis illis proximis collegerunt, reple-
 re. Inde locus ille multis annis dictus est Campus Virgi-
 nus, & Collegio illi Magdalena multæ honestæ matro-
 nis ac virgines sese coniunxerunt. Solinus autem Archiep.
 Colonienf. locum illum, quo tutior esset, mœniis cinxit.
 Tempore Reinoldi Archiep. Colon. annum circiter 1154.
 eorum corpora Mediolano Coloniam trans-
 lata fuere, eodem quoque autore & tempore Machabæo-
 rum reliquiæ translatae sunt. Magorum reliquias ad ca-

thedralem ecclesiam reponi curavit, Machabæorum tem-
 tem ad S. Vrsulam. Horum pignora vt scis sciens, An-
 chia Constantini Magni tempore, quo totus fere orbis
 Christianam fidem amplexus est, per D. Helenam Con-
 stantinopolim translata, hinc tempore Emanuels Imp-
 ratoris Græci per D. Eustorgium Mediolanum, inde Co-
 loniam aduecta. Cum iam inter vtrumque virginum col-
 legium D. Vrsulæ ac Magdalena, acerrimæ essent alterca-
 tiones, vtrum collegium S. Vrsulæ dici deberet, Philippus
 ab Hynsberg Archiepisc. Colonien. qui fuit anno 1189.
 1189. construxit Cœnobium & eidem abolito sacello
 Magdalena, reliquias SS. Machabæorum assignavit, &
 Moniales sub regula D. Benedicti, instituit: Vrsulam vero
 suæ ecclesiæ nomini illius constructæ, ordinavit. Venit
 cum altercationes illæ nondum essent conscriptæ, anno
 Domini 1231. tempore Heinrici de Molenarck, Archiepisc.
 fuit Colonia Legatus Pontificius D. Ioannes Mirylenus,
 qui vetus nomen prorsus aboleuit, & templum illud ad
 collegium Machabæorum deinceps dici voluit.

Fuit circa annum Domini 1504. D. Helias Mertens
 Iuliensis, huius monasterii moderator, vir prudens &
 doctus. Hic cum admodum esset locuples, templum illud
 ac Monasterium ita adornavit, vt merito alter fundator
 seu iustaurator dici posset. Cum autem annis 38. opus
 præfuisset, anno Domini 1582. Iulii mortuus est ac in
 templo illo cum insigni elogio sepultus. Quia vero multi
 sunt elegantes in hoc templo exarati circumquaque ver-
 sus, non incongruum illos huc ascribere arbitratu sumus.

Statim ad introitum templi hi leguntur.

*Hæc est basilica excellens honore,
 Vbi gens Hænica magno cum furore
 Virgineas stravit choros.*

*In editiori loco hi conspiciuntur.
 Ecce triumphales arcus superamque triumphos,
 Apudque virgineo pulchra trophæa choro.*

*Victor adest Christus, victrix adest Vrsula virgo,
Et Machabaorum palma decora ducum.*

*Ecce Panomphæo dicata hæc sacra tonanti,
Sacra profecto ades sanguine tincla sacro.*

*Illic sanctis optata quies, optataque tempe,
Qui quondam herbofo hoc procubuerit solo.*

*Maxima dehinc sacro dabitur reuerentia cultu
Reliquis diuum celitibusque piis.*

*Hic celo, terra, pelago dominantur & aura,
Et summum norunt conciliare Deum.*

*Non igitur talis toto thesaurus in orbe
Exuperans Cræsi diuitiasque Myda.*

*Somma Deo patri debetur gloria, Christo
Par decus, atque habeat hoc paracletus idem.*

Ad Ciriacum Pontificem.

Clemens Ciriace papatum renuis,

Ad natum Vrsula decedens strennuus

Tremibus ad Ubios.

Ad sponsum D. Vrsulæ Ethercum.

Ætherie digne fers annulum,

Nobilis Vrsula optans connubium.

Consummatum Agrippina.

V.

Simoneus venerabilis Colonien. Pontifex, præesse
anno salutis 511. Hic prædicationis ac villicationis
munere fideliter completo, beatum finem adeptus est.
Sacerdotii dignitatem officiumque magno cum tremore
illius patres obeundum vere sciebant. Hoc ipsum omnes
suspendere sacerdotes, præsertim qui magnis vitiis in-
uari, mysteria corporis & sanguinis Christi intrepide
ministrare præsumunt. Mali sacerdotes Iudæ prodito-
runt assecla.

VI.

Carentinus optimis comparandus pontifex sub Iu-
lino Imperatore. Nam ea tempestate non nisi insigniter;

doctus, aut nobiliter natus, ad eum Episcopatum peruenire potuit. Hic à Fortunato episcopo Pictauiensi, à doctrinæ integritate, vitæ honestate, zelo iustitiæ ac animi non vulgaribus virtutibus haud mediocriter commendatur.

VII.

Remidius Pontifex bene doctus, qui & alios docere potuit, anno virginæ partus 914. prælle cepit. Fuit talis, vt hoc Pontificatu minime fuerit indignus. Liues Annales de eo sobrie scribant, insignem tamen fuisse personam, tum locus, tum celebris religio & magnorum predecessorum exempla persuadent: liquidem verbo & opere vitæ plurimum Christianæ Republicæ profuit. Hic etiam tempore Regnum Franciæ Christi fidem per S. Remigium Remensem Archiepiscopum suscepit, qui reges eorum Clodoneum cum multis alijs baptizauit. Franci enim cum Bellum gererent cum Alemanis & eorum exercitus iam prosterneretur, rex Clodoneus infidelis, memor suæ vxoris fidelis, eiusque piæ admonitionis, se ad Christum conuertit, ac eis implorato præsidio, mox victor euasit, indeque baptizatus fidem Catholicam professus est, ac per totum regnum Franciæ predicare præcepit & amplecti religionem Christianam. Francorum in religionis Christianæ, diuinæ sapientiæ, & armorum studium designant.

VIII.

S. Cunibertus natus est apud Mosellanos, ex patribus illustribus, patre Crallone ac Regina matre. Primum suæ adolescentiæ annos in Francorum regis aula admodum pie transegit, & cum Dagoberto regi ob insignem pietatem, cui prudentia comes esse solet, innotuit, ab eo plurimum dilectus est. Erat iuuenis mansuetus, castus, spectabilis in omni honestate ac probitate, erat & eximie humilitate præditus, & his modis gratus est factus regi. Rex quadam nocte in loco vbi hic Cunibertus requiebat,

bat, vidit ingens præter solitum, lumen, & facta die, Cunibertum aduocauit, eum amplectitur, ac in filii locum adoptauit, pronuncians, quod vere Deus in illo fuerit: cui inde eius consiliis plurimum semper delectatus est. Treuitorum vero Archiepiscopus eum sibi adesse postulauit & ob multiplicia virtutum genera Archidiaconum ordinauit. Interea apud Coloniam primarius pastor Remigius vita fungitur, quare populus vna cum Clero hunc situm Archipræsulem, qui erat in ecclesiasticis officiis bene probatus, eligendum minime dubitant. Hic & optimi reuerentia Dagoberti vrgebat autoritas, verum sola Cuniberti familiaritas obstabat ac repugnabat. Tandem cum videret se obtinere non posse, acquieuit, ac se eorum submisit voluntati, & Remidio defuncto annum circiter 622. tempore Heraclii Imper. 7. Calend. Octobr. in episcopatu successit. Ad hoc promotus ministerium, talem in eo se gessit, ut omnes vere de eo dicerent, illum Dei honorem ac omnium salutem quærere ac toto pectore promouere. Hac vitam eximia ac singulari pietate, in qua per quadraginta annos incubuit, apud omnes posteros nominis immortalitatem consecutus est, apud Deum vero æternam salutem. Perduxit permagnificam in honorem diui Clementis extruere muros vrbis Colonienfis basilicam, ibique collegium ædificauit, & possessionibus admodum liberaliter largitus. Cum tremendum Missæ sacrificium in basilica decem millium virginum perageret, Deus per columnam, quæ eius insidebat capiti, sanctitatem illius declarauit. Rex Franciæ Dagobertus filium suum Sigibertum, hæreticam Austrasiæ, instituendum huic Coloniam transmisiuit. Oppidum Zuzatum sua industria, cum omni suo territorio, quod tamen sub Theodorico de Morssa defecit, ecclesiæ Colonienfi adiecit. Pipinus dux Brabantiae ac marchionis domus Franciæ, post S. Arnulphum Metensem Episcopum, hunc S. Cunibertum, sanctitate illustrem, omnibus suis negotiis, intimum consiliarium constituit. Tandem Cunibertus villicationis suæ completo feliciter cursu

portionem, quam auctiorem reddidit, quamque
 desideravit, pridie idus Nouemb. hinc emigrans, in
 percipit. Corpus eius in ecclesiam diui Clementis, quae
 ipse construxit, quae iam diui Cuniberti dicitur, honore
 ce sepultum est: qui postea multis conuulsus
 Tempore Signuini Archiepiscopi, qui fuit anno Domini
 1089. ordine 35. monasterium beatae Mariae ad Gra-
 fortuitu ardere coepit, atque ex eodem incendio domus
 diui Petri à parte orientali quoque conflagrare inchoauit
 & adeo illud incendium inualuit, vt de restitutione
 desperaretur. In eo rerum articulo ac summo discrimine
 ad collegium diui Cuniberti accurrunt, afferuntur
 episcopi reliquiae, & ecce eis praesentibus, flamma
 tum cessit incendium. Haec acta sunt & relata in
 multis viris grauibus, in ipso Archiepiscopo, spe
 bus. Mirabilis plane Deus in sanctis suis. Anno Domini
 654. ignis de caelo cecidit, & secuta est pestis graui-
 & angelus hoc tempore, visus est.

IX.

Bocaldus vir valde pius ac doctus anno Domini
 praesulatum adeptus est legitime. Incidit hic bonus praesulatus
 in ea tempora, quo pestis illa noentissima Mahumetana
 coepit. Sectae enim ac haereses, tum facile in ecclesia
 urgunt, cum varia ac dissentientes de religionis doctrina
 opiniones habentur. Tum temporis erat ecclesiarum
 concordia per varias haereses & maxime impio dogmate
 Arrii, dissipata. Atque ubi errore implicata conscientiae
 sunt, & animi in dubio versantur, facile suspectam habent
 doctrinam Christi, & paulo momento huc atque illic
 pelluntur. Est enim veritas acerba & inuisa, adulatione
 ro dulcis acque iucunda. Loquimini nobis placenter
 audiemus. Fuit Mahometes vitiosissimus, maledicentis-
 simus Arabs, praecursor Antichristi, qui se spiritum
 etum iactare, ac veteres Ecclesiae Catholicae patres con-
 temnere, vt nostris temporibus Martinus Lutherus, etc.

habuit. Habuit quendam pseudomonachum Sergium, qui eius heresim mirum in modum iuuit ac promulgauit.

X.

Stephanus amator & promotor religionis sub Theoderico rege Francorum decimo, id est anno Domini 660. ad Ecclesiam gubernaculum assecutus est. De quibusdam nihil aliud scire potuimus, nisi nuda tantum nomina. Boni praesules construendis ac ornandis templis suam diligentiam impendebant, & hac ratione Deo placere studebant: nec sane immerito: at nostri temporis haeretici, ut destruantur ac spolientur, inuigilant. Sic piorum hominum, ut Dauid, Iosia, Caroli Magni, Pipini ac aliorum, cur ornare templa Dei, at haeticorum prophanare. Vtiorumque apud Deum sine dubio, ut diu par studium, ita salutare praemium.

XI.

Abeluuinus legitime ad regimen promotus anno Domini 690. sub Clodoueo tertio Rege Francorum: qui hoc habet laudis, quod fuerit pacis & tranquillitatis publica studiosus. Huius tempore monasterium Regulatum iuxta Nouesium hac ratione habuit exordium. Fuit Phanum siue templum Liberi patris, id est Bacchi, multis annis. Anno Domini 691. huius Archiepiscopi Abeluuini tempore, templum illud ad Dei honorem consecratum est, ac diuae Mariae Magdalena Sacellum appellatum. Cum autem Nortmanni innumera Barbarorum multitudine per Germaniam circa annum salutis 881. grassarentur, templum illud vna cum toto oppido Nouesio devastatum & solotenus demolitum est. Verum cum tranquilliora data essent tempora ex apparentibus vestigiis, templum oppidum & sacellum, in vrbs suburbio instauratum est, & Neuwenberg, id est, nouus Mons, appellatum. Deinde populi crescente deuotione, Sacerdotum & Clericorum non parua neque contemnenda ibi vltro fra-

ternitas & regularis vita, præsertim sub Sigwino Archiepiscopo Coloniensi, inchoata est. Hæc euangelica multorum animos accendit, atque inflammavit, adeo ne ut etiam nonnulli Canonici ex summo templo Coloniensi, non infimæ familiæ, relicto mundo, sese humanitæ communioni manciparint. Quare Reynoldus Archiepiscopus eam approbavit atque confirmavit. Philippus inde Collegium pro quindecim Canonicis, quibus Præpositum præesse voluit, ordinavit, & benedictionem largam pro sustentatione, contulit. Anno igitur Domini 1181. primum Præpositum, dominum Sigwinum habere cœperunt. Agit in eo hoc anno præfenti 1579. Prior R. D. Quirinus Telanus, vir religiosus ac prudens.

XII.

Giso vir pius ac honestus, anno salutis 694. præfatus Ecclesiæ cœpit, qui à morte apud sanctum Severinum in pulturam habuit. Huius tempore fuit & sanctus Swibertus, quo tempore & sanctus Willebrodus, de quo videbitur in Ultraiectionis. Quia vero sancti Swiberti memoria quæ nos sacrosancta est, opera pretium duxi eius hic huiusmodi breviter annotare. Sanctus Swibertus, natus fuit ex Anglia, ex præclaris ac Christianis parentibus. Hic ipsa adolescentia in optimis moribus & sacrarum literarum scientia diligentissime est instructus, & hanc parentum suorum sollicitudinem multis paralangis superare sollicitus est. Factus vir omnem mansuetudinem & benevolentiam ac humilitatem præ se tulit. Coluit sincere Deum & omnium vitiorum summus factus est hostis, & hac sua modestia, cum in Cænobio quodam Abbatem ageret, etiam nobiles ac Regum filios ad se allexit. Eius hortatu Iodocus & Winotus Regum liberi mundum cum suis blandimentis contempserunt & anachoretæ facti sunt. Ordinatus Episcopus, venit cum duodecim sociis, monachis modestis ac doctis in Germaniam. Instructus est apud præ-

fractos Saxones, quos Westphalos vocamus, diuini verbi præco. Quod quidem munus, ipse apud eos, quos nunc Monasterienses appellant, sedulo executus est. Inde constructo ibi D. Pauli oratorio, quod modo Monasterii summam est templum, diuertit ad grandem quandam vicum, id est, Brunsvick, atque ibi simili modo ad Christi religionem plurimos adduxit. Accessit Coloniæ Agrippinam, & ab eius loci Archiepiscopo religiosissime tum a Plectrude, sancta matrona, quæ ibi pie vivebat, susceptus est. Egredietur hic cum sancto episcopo vitro utroque de rebus ecclesiasticis, sed & piæ matronæ, diuini sermonis avidissima, cuius æternæ documenta ac consolationis impartitus est. Cum vero nobilis quidam diuini morbi molestia cruciaretur, piæ mulieris intercessione eum pristina sanitati restituit. Ut igitur religiosa mulier grata esset, & viro Dei maxime gratificaretur, obtulit ei quietionis locum opportunum, Cæsaris Werdenam scilicet. Ad hunc ergo S. Willibertus se contulit ac totum sese deuotioni ac contemplationi dedit & ingenti à fidelibus argenti auriq; collecta pecunia, in eadem Insula collegium cum ecclesia construifecit. Inde multis collectis discipulis, viris pacatis ac eruditis, ac sua doctrinæ sequacibus, sub arcto sanctæ regulæ iugo, vitam duxit sanctissimam: Willeicum sanctum presbyterum semper in suo comitatu indiuiduum habuit socium. Demum agrotare cœpit & fratres suos sapius aduocauit & eos mundum contempere, Christi vestigia sequi, dilectionis ac pacis virtutem custodire, diligenter adhortatus est. Tandem anno ætatis suæ 69. Calendis Martii, anno salutis 717. feliciter in Domino obdormiuit. Anima sancti viri in obitus momento S. Willibrodo episcopo Tractensi, suo dilecto collegæ, apparuit, petens vt cum suis illius interesse velit exequis. Ad quas se vir pius cum honesta Plectrude ac cum aliis multis prælatis, contulit. Multa per eum Deus miracula operari dignatus est. Hanc eius vitæ historiam Marcellinus presbyter, eius discipulus,

qui 70. annos apud Frifones prædicauit & Dauentia. quiescit, vidit & scriptis posteris mandauit. Est singularis patronus, qui morbo angina laborant. Hildegerus Archiepiscopus Colon. cum esset cum Pipino Carolo Metelli filio contra Saxones perfidos profectus, magnam corporis iacturam passus est, ex quodam calu, cum Werda se contulisset, sancti Swiberti meritis sanitatem concessus est. Anno à natiuitate Christi 748. fuit hic Pipinus Princeps illustrissimus & Christianissimus. Hic extruendicit in Werda munitionem ob defensionem Ecclesiarum, quia S. Swibertus requiescit. Hic quoque Pipinus, in Francia apud Stephanum II. Pontif. Romani. instituit, S. Swibertus è terra leuaretur & sanctorum catalogo describeretur. Mandauit hoc negotium Pontifex Germania Episcopis, præsertim Hildegero Coloniensi Archiepiscopo; qui eo propensior in eum fuit, quod eius beneficio sanitati fuerat restitutus. Hic igitur apostolica auctoritate multis præsentibus prælatis. Iduslunni corpus sancti Swiberti è terra cum summa reuerentia leuauit. Inde anno Domini 803. Leo IV. Pontifex Maximus cum esset in Germania, Caroli Magni instantia ac Hildebaldi Archiepiscopi Coloniensis cum innumeris prælatis nauigio venit in Werdam ac sanctum Swibertum præsentem Imperatore Carolo, sanctorum Catalogo ascripsit. Eius Ecclesia à facinoroso quodam incendio est deleta, quod pessime cellit, quæ tamen breui à duobus Satrapis magno impensis, est restaurata. Huius quoque sancti Swiberti discipuli, qui cum eo ex Anglia venerunt, non parum Germaniam Euangelio Christi illustrarunt. Modo præfenti Collegio præest D. Ioannes Nopelius sacra Theologiae Licenciatus, Decanus dignissimus. Fuit quoque hoc tempore Rabodo eorum duce superato, à Pipino ad Christianismum inducuntur. Apud hos sanctus Wilbrodus, quem nonnulli Clementem vocant, frequenter de Christi verbo habuit conciones; eosque instituit.

Anno

XIII.

Anno primus succedit episcopus. Hic vir vocationem suam ad Dei honorem & animæ suæ salutem ac proximi commodum sempiternum perduxit. Portiones aliquot apud sanctum Seuerinum ordinavit, & à morte ibidem tumulum consecutus est.

His temporibus fuit sanctus Lambertus Traiectensium Episcopus, qui cum non dubitasset Pipinum adultèrè reprehendere, à Dodone Pellicis ipsius fratre, misere traditus est. Homicida ac omnes sceleris conscii intra unam misere intereunt diuinitus puniti. Habuit hic Pipinus filium Grimoaldum, qui à quodam milite Gregorio occisus est.

XIV.

Pharamundus anno Domini 728. ad gubernaculum admotus est. Hic sancti viri officium re ipsa declaravit: nam victu sobrius, actu iustus, sensu pius fuit. Circa hæc tempora Romanum Imperium gubernabat Carolus III. Princeps Christianiss. qui breui tempore totum imperium collegit, quod superiores tot bellis exagitarant. Suspicionem concepit in uxorem suam honestam, quare illa se ab illo abdicavit, & ædificato monasterio in Allatia, illi se inclulit. Exemplum humanæ instabilitatis.

XV.

Sanctus Agilolphus fuit ex illo sacro collegio, quod S. Bonifacius ex Anglia in Germaniam, vt eam ad Christi religionem conuerteret, adduxit: qui fere omnes, vt fuerunt viri sanctitate & eruditione insignes, ita eius quoque consanguinei, & amicitia vinculo coniuncti. Hic Agilolphus in nouello monasterio Malmodariensi, monasticam vitam est professus, inde ob egregiam pietatem eidem monasterio prefectus in Abbatem, & cum à Rege Francorum plurimum diligeretur, ecclesiæ Colonienſi datus est Archiepiscopus anno salutis nostræ 728. Fuit autem vir pius, mitis ac pacificus, & bonus gubernator eccle-

fia. Olim Germaniam ad fidem Christi ac eius religionem
 monachi conuerterunt, nunc apostata, exitu uolunt
 monachi, qualis Lutherus ac eius affectu, eam euerit.
 Fuit & hic Agilolphus iustitia obseruantissimus & adu-
 rorum insectator: ceterum, qui ob suam probitatem
 (ut fieri solet) impiis valde fuit inuisus: hi tandem noctu
 casione virum innocenssum, interemerunt. Quod
 enim intestino Francorum bello, regis partes, quum
 à consiliis esset, secutus est. Cum autem res ad arma uer-
 set, rex eum ad proceres, ut de pacificatione tractaret, ue-
 sit. Exercitus autem in Ardennia prope Malmodarium
 monasterium consistebat: beatus autem hic Pontificus
 nullis conuenientibus, à satellitibus interficitur. Dehinc
 ad Malmodarium cœnobium ibique honorifice sepul-
 tus. Locus ille ubi ab impiis fuerat occisus, multo tempore
 ridis permansit, & nocte ingens lumen ibidem uisum est.
 S. Anno inde eum transtulit Coloniam & ad Gradus Ma-
 ria reposuit, qui multis miraculis claruit. Malmodarium
 Sigebertus rex inter alia cœnobia fundauit, & sic illud lau-
 ctus Remaclus appellauit, quod à malorum spirituum in-
 festatione locum illum emundauerat.

XVI

Ranganfridus, siue ut nonnulli uolunt, Albericus, an-
 no Domini 746. ad clauum Ecclesie sedit rexque fide-
 ter annis 20. Circa hæc tempora, anno Domini 756. in-
 ruit sanctus Gangolphus comes in Burgundia, qui ad hoc
 puer Christiana religionis disciplinis eruditus est. Factus
 vir duxit uxorem, genere nobilem, ipsi non imparem, sed
 moribus dissimilem. Exercuit sub rege Francorum Pipi-
 no militiam, sed plane euangelicam. Uxor ut erat mali-
 gna, omnia eius facta sinistre interpretata est. Emitte-
 rem Gangolphus & hunc fontem diuinitus alio transfusa
 qui morbis variis medetur. Uxor ut sua uacaret cupidita-
 ti, se cum quodam clerico imo apostata, commisit. Cum
 rem maritus cognouisset, & eam sceleris arguisset, neque
 proficeret, omne negotium Deo commisit, & se ad eius
 contra-

in rubernio abstinuit. Ipse pietatis operibus libere vacare cepit. Reddita illa sua libertati, cum suo adultero societate indulset libidini. Ut autem concupitis liberius frueretur complexibus, sanctum virum Gangolphum è medio auferre cogitabant. Vicit pudorem libido & breui alteri dolo interemptus est. Habuit duas amitas, Willtradem & Vullegisam matronas honestas, quæ cum eius cognouissent obitum, corpus honeste in diui Petri basilica, quam ipse construi curauerat, sepelierunt. Dominus eum Deus cum crebris miraculis celebrem reddidit. Rebus autem hæc non mansit impunita: nam homicida aditer intestinorum effluxione in Cloaca interiit, adultera sancti viri calumniatrix ad quodq; verbum fætidum crepitans sonitum, misere obiit. Hanc rem ipso rege Francia pericrutante & comperiente, cognouimus.

XVII.

S. Hildebertus anno salutis humanæ 778 cum apud regem Francia Cancellarium (vt vocant) ageret, Ecclesie regimen suscepit. Fuit vir multis magnisque animi dotibus ornatus, & maioribus vitæ meritis suspiciendus. Causa lapsus est de equo & corporis iactura non mediocrem passus. Inde diui Swiberti Episcopi beneficio (quem postea apud Insulam Werdenam è terra leuauit) consecutus est sanctitatem. Cum postea à Pipino rege Gallia contra rebelles Saxones mitteretur pro pace facienda, apud Weseram fluuiū pro constantia fidei & regni casus est, martyr Christi factus in bello. Delatus est Coloniam & apud Aureos martyres in sacello diuæ Helenæ sepultus. Apud eius sepulchrum hæc inscriptio in saxo incisa est:

*Hildebertus meritis, qui falsi Episcopus almis
Assumptus cælo.*

Obiit incarnationis Domini DCCCIV. 4. Kalend.
Iulii. Prefuit annis 26.

Bertholinus canonicus electus succedit, qui praeter
annis decem, sub Pipino rege Caroli Magni patre. Hic
pinus primus Romanorum Ecclesiasticus ritus & cere-
monias in Franciam accepit atque attulit: a
que negotium S. Remigio Rotomagensium Archiepiscopi
po datum, ex Emilio. Remigius hic fuit insignis Doctus
qui Germanis quoque populis praedicavit. Fuit vixit
mansuetudinis.

XIX.

Ricolphus in successorem eligitur anno tertio sub Co-
rolo Magno, qui praefuit annis 22. laudabiliter. S. Rey-
noldus fuit ex regali familia Caroli Magni, ex Gallie par-
tibus. Relictis bonis temporalibus amplissimis, Coloni-
am peruenit ac in monasterio sancti Panthaleonis factus
est monachus. Vixit hic in magna ac mira abstinentia
virtutes omnes in eo resplendere. Dedit autem illi Do-
minus ad sanitates agris conferendis gratiam non exi-
guam. Tandem ex invidia, quae bonis actionibus sem-
per solet detrahere, operariorum iniquitate, interfectus
est innocenter. Corpus autem, ut scelus posset carere,
proiectum in puteum. Verum Dominus Deus, cui fide-
liter seruierat, tandem illud evidenti signo reuelavit. Cum
autem Trotmanni, qui nunc sunt Tremonenses, nouerunt
essent ad fidem Christi conuersi, & à Colonensibus ve-
cinis aliquas Dei amore peterent reliquias sacras, hietate
quam singularis patronus illis assignatus est, qui in Dei
ac sancti Reynoldi honorem insigne templum construxerunt.

XX.

Hildeboldus, qui alibi dictus est Albericus, ex bo-
nesto sacerdote ob animi candorem & innocentiam,
Caroli Magni autoritate constitutus est Ecclesia Co-
loniensis mirabiliter antistes. Nec enim vultum re-
fert, quali genere ortus sis, sed quanta fide pietatem colat,
neque

neque quos gentiles enumeres, sed quorum vestigia persequare. Nec enim Dominus genere, sed fide allectus est, ut cum sanctis hominibus fœdus sanciret, nec humana nobilitati, sed fidei claritati præmia diuina proposuit. Præfuit hic optimus episcopus vtilissime ac summa cum laude. Ludouicum Caroli Magni filium Aquisgrani in regem Romanorum consecrauit. D. Petri monasterium Coloniæ, vbi modo est summum templum, in quod fere omnes Episcopi sepulti sunt, construxit. Olim templum S. Eugenia, quod nunc est S. Cecilia, pro summo templo habebatur. Hic S. Luitgerum sacerdotem ordinauit & Episcopum consecrauit, & eum inde apud Frisones verbi Dei prædicem constituit: qui Monasteriensis primus fuit Episcopus. Tandem Hildeboldus huic mortali vitæ valedixit, & ad aureos martyres, id est, D. Gereonem sepultus est vir sanctitate conspicuus.

XXI.

Hattebaldus siue Hagebaldus vnanimi cleri & populi consensu constitutus est Episcopus. Fuit vitæ bonitate ac morum integritate præditus. Sub eo festiuitas omnium sanctorum in Ecclesia celebrari cœpit. Præfuit laudabiliter Ludouico Pio annis 12. Hic Imperator Aquisgrani ex omnibus Germaniæ Principibus ac Episcopis celebrauit Conuentum pro reformando Ecclesiæ statu, præsentem hoc Episcopo, qui summa diligentia effecit, ut ministris ecclesiasticis vitæ necessaria subsidia præberentur. In hac quocumque synodo vanitates vestium, luxusque gemmarum & aurum argenti nimia pompa ecclesiasticis interdicta sunt. Vt in nostris temporibus Ludouice viueres. Tempore quoque huius Imperatoris celeberrimum monasterium D. Cornelii prope Aquisgranum, quod Carolus Magnus fuerat auspiciatus, consummatum est. Obiit Archiepiscopus anno Domini 890. Pipinus Maior domus apud Francos habuit in matrimonio Plectrudem feminam nobilissimam, ex qua duos suscepit filios, Drogonem & Grimoaldum. Verum cum Pipinus ad Alpaidem animum adiecisset, Ple-

Strudis eius legitima cum multis opibus Colonia Agrippinam se contulit & illic in honorem beatæ Mariæ virginis, matris Domini, in sine nobilium virginum collegium condidit & amplissimis muneribus dotavit, & cum nepte Noitberga, quæ ei erat adiutorio & solatio pie vivebat. Cogitauerunt consanguinei Noitberga eam deitate, verum ipsa omnem seculi pompam cum suis oblectamentis, malens immortalibus nubere sponsis, contempsit. Cuius vero pro sui corporis dissolutione vehementius insistens Christus eam à corpore sustulit & regni cœlestis hereditatem effecit. Circa eius exanime corpus duo apparere luminaria, quibus Christus eam cœlesti frui lumine, monstravit. Reliquia eius ac reliquæ magno honore & religioso studio Colonienfibus sepultum est. Inde translatum Confraternitatem ad Carthusianos patres, ubi hodie reuerenter asseruatur. Cum autem Præstrudis multis annis in maxima vixeret religione, mortua est, & in suo templo Colonia honorifice sepulta. Palatium ducum Agrippinensium & Lotharingorum Colonia in claustrum virginum Sanctimonialium commutavit. Multæ reliquæ in eo templo conseruantur.

XXII.

Guntherus siue Guntharius ex nobili Francorum stirpe prognatus, assumptus in summum sacerdotem circa annum Domini 890. fuit vir in sacris literis apprime eruditus ac magno animo præditus. Habuit sororem Valterdam, quam dux Lotharingæ Lotharius, repudiata sua legitima vxore Tyberga (quod ei crimen incestus impositum fuit) superduxit & hoc diuortium Guntherus approbavit cum Theigaudo Treuerensi Archiepiscopo: quare ambo à Nicolao I. Rom. Pont. excommunicati sunt. Cum autem hic excommunicationem non curasset, ac Roma iret, apud Xantos cum sacris operaretur, sacris vestibus à Angelo (vt ferunt) spoliatus ac breui mortuus est. Treuerensis ab Adriano II. absolutionem cōsecutus est, qui postea

re obiit. Sub hoc Gunthero fuit Eberhardus, Comes Clivenfis, ac vxor eius Berta, nobiliffima matrona de Magni Caroli stirpe & S. Luthardus, Berengerus Episc. Tullensis, eorum filii: hi duo cœnobia seu congregationes instituerunt in Witelhel, ordinis Canoniorum Regularium ac alteram Nouesim, in honorem matris Christi, quæ nunc sunt Conuicta. Fuit quædam deuota illius monasterii Abbata Giepa nomine: hæc deuotionis ergo profecta est Romano, & à Romano Pont. S. Quirini martyris caput impetravit & Nouesim transfudit, qui patronus Nussienfis singularis apud Deum crebrius comprobatur. Saxones perpetuo rebellantes perpetuoque victi, coacti Romanam ac Catholicam religionem sub Carolo Imp. acceperunt.

XXIII.

Sanctus Willibertus precibus & intercessione Caroli diligenter populo Agrippinensi commendatus consecutus est Pontificatum per legitimam electionem. Fuit ante presbyter Colonienf. doctus pariter ac pius. Habuit synodum Colonia, cui Moguntinus ac Treuirens. Archiepiscopi interfuerunt. Statutum ibidem, vt sacerdotes sacris operam sedulo dent, ouesque Christi fideliter pascant, neque eas malis exemplis trucident. Præfuit Episcopus sub Arnulpho Imperatore annis 20. laudabiliter, mortuus anno Domini 889. cuius ossa apud sanctum Andreæ conseruantur. Hic Ecclesia sancta Cecilia Collegium virginum addidit, quod inde sanctus Bruno Archiepiscopus, ampliauit. Tunc temporis populus vix cum Cero Episcopum eligere solebat & penes Imperatorem conferendi Episcopalia insignia summa erat potestas. Hoc tempore, id est, anno 877. Alefridus ex diœcesi Colonienfi ortus, Episcopus vero factus Hildesheimensis, fundauit amplissimum ac potentissimum Collegium virginum Elfenste.

XXIV.

Hermannus cognomento Pius, ab vniuersim consenti-

ente Clero summi Collegii, eligitur Anno Domini 892. Archiepi copus Coloniensis. In aula Arnulphi Imperatoris summa erat autoritatis. Fuit utique vir bonus, iustitiae aequitatis promotor ac defensor, iniquitatis ac violentiae vindex. Praefuit annis 35. sub tribus Imperatoribus laudabiliter, & à morte anno reparatae salutis 924. in Ecclesia D. Matthaei, quae nunc est S. Andreae Apostoli sepultus. Hic collegio D. Andreae de Decimis in Bacharach optime prospexit Arnulphus Imp. cum se voluptatibus immergeret & ecclesiae bona sibi vindicasset, deficere coepit & peritiam, ut sacrilegus, mortuus est.

XXV.

Witfridus anno salutis aeternae 925. creatus est Pontifex, ac in eo administrationis munere annis 25. sub Henrico Aucepe inculpate vixit. A morte bonus ac fidelis praefector supernis spiritibus sociatus est Anno incarnationis Christi 953.

XXVI.

S. Bruno ex regali ac honestissima familia Henrico Imp. ac Saxoniae duce, matre Mechtilde, matrona religiofissima, natus est. Fuit in Brunone magna sublimitas & summa apud eum humilitas: fuit natalium nobilitas, honorum dignitas, scientiae excellentia, animi ac habitus submissio. In primis annis optimo iuventutis institutori Baldrico, Episcopo Traiectensi, ut in bonis literis ac moribus educaretur ac institueretur, traditus est. Habuit & alium, scilicet Israel Episcopum prudentem, moderatorem, qui veteri de eo testatus est, eum virum sanctum eualurum. Tale magistri de discipulo extat testimonium. Sub his in facris literis ac moribus honestis plurimum profecit. Poetarum laudatione, praesertim Christianorum, valde delectatus est. Cumque eius frater Otto, natu maior, ad imperium periret anno Domini 937. sublimatus esset, ad aulam ad eum evocatur. Hic iam pietatis ac eruditionis suae mira & re-

ad dedit specimina. Bibliothecam suam semper secum con-
duxit. In diuinis officiis, quibus assidue interesse gaudebat,
regit attentissimum. In aula calamitosi ac pauperibus
erat consilio & solatio. Witfridus Colon. ecclesie pastor
patrie ac regie maiestati, relictis terris, caelum adit:
interitur igitur e sanctissimo Colonien. ecclesie senatu,
notandum humato predecessore, quatuor summi viri & eo-
dem numero laici, viri eruditione ac grauitate excellentes
pro Imperatorem, petunt episcopum. Sciens ac probe no-
uens Imperator fratris ingenium, quare eis eum obtulit.
Primo vocationem hanc tanquam a Deo factam, submis-
it. Accepit, tum Colon. tumma animi gratitudine cum am-
plexu sunt. Eo igitur Pontificalem conscendente cathedra,
hostes non mediocriter conturbati fuere. Tenuem
ecclesiam vir permagnificus ac ex regali stirpe, non ab-
deruit. Vidit ergo ipse hanc dietam, hunc locum, alios re-
ferre mores, quare se totum ad religionem composuit,
hanc ecclesiam plurimum illustrauit. Cum iam in sum-
mum sacerdotem esset consecratus, nihil tam sibi in votis
habendum arbitrabatur, quam religionem in sua diocesi
in officio continere. Omnem vitae luxum ac vestium mol-
liam execratus est, & suo exemplo ad hoc alios instigauit.
Namque naturali plurimum polleret facundia, quare ipse
magno cum fructu tum predicabat, tum prouinciam
tam diligenter visitabat. Licet semper variis esset disten-
sus negotiis, magnam tamen diei partem sacrarum lectio-
num ac precibus transigebat. In monasteriis ac col-
legiis noluit religiosos ociari, ignauum inquit, pecus a pre-
cipibus arcendum. Ipse quoque sapius se a turba subduxit,
vita solitaria plurimum delectabatur. Valde cauit ouis
suis, ne possent villo modo seduci. In colligendis ac co-
muniendis sanctorum reliquiis fuit studiosissimus. Quare
per Abbatem Fuldensem Hadamarium reliquias S. Pan-
thaleonis Colonia affert fecit & in eius honorem mona-
sterium in signe, ordinis diui Benedicti, ex castro Tuitien-
si quod destruxit, & ponte Renano, quem demolitus est.

fundauit. Pons ille à Constantino Magno anno Domini
 310. constructus est. Eius quoque opera baculum diui
 tri eiusque catenas Coloniae habemus. Adduxit & sancti
 Patroclum, Eliphium, priuatum Gregorium Spoletanum
 Pallius est tamen diui Patrocli reliquias Salsatum transie
 ri, in cuius honorem ipse per magnificam construi fecit
 siliam. Transiit & D. Euergisium Tungris & in D. Co
 cilia templum anno D. m. 939. deposuit. Innotuit & R
 ma, & Agapetus Pontifex eum ob insignem suam pietatem
 valde dilexit & apostolorum consortem & propagatorem
 diuinorum praeceptorum appellauit. Cum omnia in res pondi
 entalibus partibus bellis feruerent ac seditionibus. Omne
 Imperator fideli fratri, quorum vna erat mens, regni in pauper
 goria commisit. Fratrism nomine Aquilgrani conuentum
 indixit & principibus dicto obedientes esse & a turbis
 cedere, sedulo & grauitate adhortatus est. Hic iam vtriusque
 statum in bono ordine conseruare summo opere aduigilauit, cito
 uit. Bonos defendebat, ac promouebat, malos & iniquos
 persequabatur, ita sese nouerat accommodare, ut non possent
 sit non esse vtile ac honestum, quicquid instituebat: nempe
 eum iure reprehendere potuit. Cum pacis perturbatores
 insurgerent, coactus est bella eaque ingenia contra hunc
 modi malignos gerere, quare non mediocria mala vidit
 ex omnibus eum eripuit Deus. Profectus est Parisios, eum
 que parere docuit, & Lotharium regem, suum conlangui
 neum, quem illi repulerant, agnoscere ac suscipere, coegit
 Lotharingiam quoque, quod ibi multa committerentur
 latrocinia, domuit, & in solemnem conuentum a fratre Otto
 ne regendam Ecclesiae Colonienſi (quod tamen non potest
 mant) accepit. Fratrism filium Ottonem H. Aquilgrani
 Imperatorem elegit & consecrauit, & cum hoc alter
 rum Ludolphus indigne ferret, ac in patrem conspira
 à sententia desistere compulſit. Eius temporibus fuerunt
 manni, qui multa mala vndique faciebant, quibus illere
 stitit, & multos ex iis ad fidem Catholicam induxit. Otto
 Mag. frater venit cum vxore sua ac insigni nobilitate
 pa Co

Coloniam, & ibi festiuitatem Pentecostes, presentibus
 Moguntino ac Treuirensi Archiepiscopis cum magna læ-
 titia peregerunt. Hic ciuitatem Coloniam à tributis liberã
 reddidit. Cum iam denuo Galliam accedere ob nepotum
 horum dissidia componenda disposuisset, aduocauit pri-
 uos Cleri ac populi, & quæ ad Dei honorem ac ecclesiæ
 tranquillitatem agenda diligenter adhortatus est. Cum
 hæc omnia pendii, ac nepotum animos dissidentes conate-
 re conciliare, cœpit infirmari, & cum ab Episcopo Remẽ-
 Wigfrido interrogaretur, quis eum morbo molestaret,
 respondit, non morbum, sed sui corporis dissolutionem
 esse. Condidit testamentũ & omnia sua in ecclesiæ vsum
 s, regni pauperũ sustentationem distribuit. Cum autem astantes
 conuenirent, maximum videret cõtristari: nolite inquit fratres hæc mea
 a turbare. Cõtristari: tristibus istis mox læta succedent: Illuc per-
 in vtriusq; ubi viros longe plures & clariores, quã hic vnquã vide-
 re adiuuabo. cito videbo. Facta confessione ac summa deuotione sa-
 & in quocũq; Eucharistiã, extremã vnctionem percepit, & inualescẽ-
 , vt nõ potest morbo, integra mente, media nocte feliciter obdormi-
 bat: obiit, Idus Octob. vir omni virtutum genere laudatissimus
 curabat summã perfectionis. Obiit autem an. Do. 924. cũ sum-
 tra huiusmodi cum laude ac pari vtilitate annis 12. præfuisset. Corpus
 ala vidit, & exanin e breui delatum est Coloniam ac in suo mo-
 nasterio, id est, Diui Panthaleonis, multis collachryman-
 tis, vt iusserat, tumultatum est. Falemarius autem eius
 Deaconus ac successor, quo semper familiarissime fuerat v-
 tu eius exequias, sicut ei fuit mandatum, cui omnia sua
 cana commisit, diligẽter executus est. Huius sancti Bru-
 nis Epitaphium apud sepulchrum tale legitur:

Fundite corda preces, lachrymosas misite voces:

Ecce pater patria conditus in silice.

Regia progenies, terras memoranda per omnes,

Bruno pacificus, vir bonus atq; pius.

Archos antistes, cui clara Colonia sedes,

Visus erat cunctis charus vbiq; bonis.

Offendit tenebras lux vinacissima terras,

*Non fuit hic mundus tam raro munere dignus
 Raptus ab hoc nauo, tam fructus Domino.
 Idus Octobris quinto praesul duodenus,
 Vita concessu spes comes alma fuit.*

In monasterio illo diui Panthaleonis olim sancti vincti
 ere, qui illud vt sanctorum reliquijs, ita quoque pia
 plurimum illustrarunt. Primus monasterii Abbas fuit La-
 dericus: qui vero modo gubernacula tenet, id est, Anno
 Domini 1579. est R. D. Godefridus Werdenſis, qui mo-
 nasterio laudabili praesidet regimine: Anno Domini 1579.
 sub Henrico Imperatore primo, fuit quidam vir nobilitatis
 ac opulentus, pius, Sibido ab Hochſteden dictus Comes
 de Are. Hic cum admodum eſſet religioſus, de ſuis facultati-
 bus in Dei eiusque genitricis ac diui Petri Apoſtoli hono-
 norem, monasterium conſtruere cogitauit. Locum in-
 tur in Andenna finibus, Steinfelt, per oportunitatem elegit.
 Conſtructo primum caenobio, ſanctimonialium Virgini-
 ginum in decliuiori loco, ſub diui Benediſti regula con-
 gregationem illuc conſtituit. Cogitauit quoque ſancto-
 rum reliquijs ſuum nouellum collegium exornare: ad quod
 igitur Archiepiſcopum Treuironum Ruſgerum, vtiliſſimam
 liberalitate ac authoritate nonnullas habere poſſet. Eius
 igitur fauore ſancti Potentini, Simplicii, Felicii marti-
 rum ex Cardena, obtinuit, & ad Steinfeldenſe monaſte-
 rium, tranſtulit. Caenobium illud inde illuſtrius factum
 eſt. Cumque iam ſanctimoniales illa laxius viuere cœpi-
 ſent, amotis illis, quae per annos 177. ibi fuerant, Car-
 nici Regulares Sprencckirſbaccenſes illuc ſunt tranſ-
 lati & caenobium opera cuiuſdam nobilis in edificatione
 co, conſtructum eſt. Hi per annos tantum viginti illud
 permanſerunt. Cum autem Ordo diui Noitberu, qui
 Praemonſtratenſem appellant, celebrari cœpiſſet, hic
 luc quoque inductus eſt, & in hodiernum vſque diem per-
 durat. In eodem monaſterio requieſcit S. Hermannus
 qui ob animi candorem ac innocentiam, dictus eſt Iodep-
 miraculis multis clarus. Modo praesenti anno 1579. mo-
 derari

deratur habenas, R. D. Pater Iacobus ab Exoteren, pietate simul & senio venerandus Abbas. qui multis annis summa laude ac vtilitate spiritualis œconomia ac temporalis præfuit.

XXVII.

Folkmarus Brunonis Archidiaconus fidelissimus, quo in omnibus suis negociis coniunctissime fuerat vsus, in regimine succedit, verum non in ea magnificentia excelluit. Præfuit sub Ottone II. annis 4. mortuus est anno 929. Hoc reliquit memorabile, quod in sapientia virtute fuerit admodum perfectus, Ducatus Lotharingia ecclesie Coloniensi per Brunonem additus fuerat, verum sub hoc Folkmaro Imperatore annuente, per regem Francie subtractus.

XXVIII.

Gero filius Marchionis Lusatia, illustri familia Saxonie ortus, singulari animi mansuetudine & pietate post eum præfuisse anno Domini 930. cœpit. Electus quidem fuerat legitime, verum Otto II Imperator, inuestituram agre cõtere voluit, donec per Angelum Casar admonitus libenter acquieuit, ac eum postea plurimum veneratus est. Hic in Deo deuotissimus, insignis monasterium Ordinis diuini Benedicti in Glaidbach construxit & sanctorum reliquiis plurimis exornauit. Conseruatur ibi S. Laurentii martyris caput in magna reuerentia Caroli Magni dono. Ante annos aliquot Philippus I L. rex Hispaniarum immenso pretio illud expetiit, verum religiosi illi Patres pro pecunia illi cedere nefas arbitrati sunt. Huic cœnobio his temporibus præfectus est R. D. Iacobus Aquensis, in factis literis ac bonis moribus apprime versatus. Gero Archiepiscopus, cum annis 7. optime præfuisset, inter mortales esse desit & in monasterio D. Petri Coloniæ, quod modo est summum, terra mandatus.

XXIX.

Watinus siue Walramus fuit Geronis religiosissimi
m m m m

præfulis Diaconus, at plane infidus in dominum suum.
 Cum enim Archiepiscopus vehementi capitis dolore
 quem morbum Ecstasim dicunt medici, laboraret, & mo-
 tuo per aliquot horas non esset dissimilis, & cum ea agi-
 tudine corripere, huius fraude (vt fertur) optimus
 pressus est & sepultus. Cum iam sublatus esset, Walramus
 episcopatum ambiit & obtinuit, verum demum doctæ
 pœnitentia de seelere, Romam profectus est, reatu-
 suum summo Pontifici confessus ac ea ratione absoluitur
 vt aut nouum institueret monasterium, aut vetus aliquod
 in sua diœcesi instauraret: monasterium igitur D. Martini
 Colonia restituit, ac bonis multis pro religiosis ex Sco-
 tia, quod S. Brigida, in cuius honorem episcopus viciniam
 consecrauit parochiam, virgo Scotica fuit, donauit. Hic
 Episcopus baculum D. Petri, quem S. Bruno Colonia
 integrum transtulit Metis, ad petitionem Egberti Treuiri
 Archiep. per medium secuit, partem Colonia retinuit, &
 partim Treuiri assignauit. Cumque annis 9. præfuleret,
 anno Domini 975. aut circiter mortuus est & in monaste-
 rium diui Martini sepultus. Huius monasterii fundatio-
 nem seu originem paulo altius repetamus. Cœnobium
 illud Benedictinæ professionis magnificum in Iulius Rho-
 ni intra vrbs mœnia situm, fundatum legitur primarium
 Odgero potentissimo Dacia duce, tandem vero repa-
 tum ac auctum post primam eius euerfionem, quasi de
 nouo instauratum, annum Christi circiter 986. sub Otto-
 ne III. Qui modo præest monasterio, est ordine 59. R. Al-
 Paulus Proftmannus Tungrensis. In hoc monasterio con-
 seruantur sacra reliquiæ S. Eliphii martyris, ex regio ge-
 nere orti. Iulianus hunc pium virum anno Domini 367. ad
 Christi religionem decollari præcepit. Ipse at repto proprio
 capite militare fere vbi voluit sepeliri, detulit. Hunc marty-
 rem Eliphium ex Gallia Grandensi ciuitate cum aliis sacra-
 reliquiis Coloniam transtulit S. Bruno, cuius meritis ma-
 gna mortalibus præstantur beneficia.

XXX.

Evergerus anno salutis 988. propter insignem probitatem & prudentiam, designatus est episcopus & annis 155 fideliter præfuit, qui à fato in monasterio sancti Petri repositus est anno Domini 990.

*Hunc decorat pietas, & sobria vita, fidesque
Impolluta, virum candidum ad astra vocat.*

XXXI.

Sanctus Herebertus vixit in Episcopatu Colonienſi annis viginti tribus, mensibus duobus, diebus viginti duobus. Cæpit autem sub Otrone III. anno Domini 990. Natus ex illustri familia ex Comitibus à Rodenburgo ad Turbarum satis mirabiliter, alii ex Lunningen Comitibus duntaxat traditus literarum studiis sub Gumperto præceptore, viro doctissimo, qui postea factus est Pontifex Romanus, & Silvester secundus dictus. Hic Deus incrementa non vulgaria dedit, ut Pontifici Wormaciæ Hildebaldo ingenitus puer innotesceret, qui eum suæ ecclesiæ præpositum fecit. Inde Imper. Ottoni tertio innotuit, qui tantum sibi in eo complacuit, ut cum suo lateri sociaret & primum constitueret Cancellarium, quod officium prudentissime exercatus est. Ab Episcopo Wormatiensî vna cum Brunone, qui postea quoque Romanus Pontifex factus est, & Gregorius, sancti presbyterii gradum suscipere inductus est. Oblatum Herbipolensem Episcopatum ab Imperatore, recusavit, malens fratrem suum Henricum sibi præferri. Interea defunctus est Evergerus Colonienſis Archiepiscopus: cû iam de nouo agerent Præsule & Wetzicunum virum probum elegissent, deprecante illo & hunc præferente, statim omnes consenserunt & Herebertum conclamarunt Episcopum. Imperator qui ei ex animo congratulabatur, talem ad eum misit epistolam: Otto Imperator Augustus sola Dei gratia, Hereberto Archidoghetæ gratiam suam & Coloniam & pallei cubitum vnum. Vale. Ipse autem ab ambitionis vitio proclius fuit immunis. A Benevento, vbi hæc literæ illi traditæ fuerunt, pro-

fectus est Romā, & à sede Apostolica Pallium obtinuit
 pridie natalis Domini se Coloniā conuulit & eadem
 die ab Episcopis, qui cum eo venerant, consecratus est.
 Hic alta mente repositum retinebat illud Apostoli :
 confecto vos ego vincitus in Domino, vt digne ambuletis
 in cōsecratione, qua vocati estis cum omni humilitate & mansue-
 tudine. Otto III. Imperator, cuius extremam con-
 sensionem exceperat, tertio suæ promotionis anno veniens
 obiit, cuius corpus Romæ Aquisgranum transferri con-
 uulit ac honorifice sepeliri. Tempore eius ingens famula
 pestis grassabatur, quare ipse processionibus & ieiuniis
 populo & ciuitate multum orabat. Induxerat iam ducem
 in animum cœnobium construere & hac de re cum
 imperatore Ottone aliquando mentionem fecerat. Qui
 solum viri voluntatem commendabat, verum etiam
 animæ suæ salutem eidem cœnobio bona assignauit.
 dicitur igitur Dei genitricis Tuitiense, in Dei ac eius genitricis
 honorem, adiuuante eum fratre, cœnobium con-
 struxit. Licet multis polleret virtutibus, semper tamen
 omnem præ se tulit humilitatem ac modestiam. Oratio-
 ne pepulit ab obsessio dæmonem : aqua qua vir sanctus
 manus in Missa abluuit, ægrotos sanauit, vinum quo
 oculos lauit, cæcam curauit, ligno crucis adito, paralyticum
 curauit : illo orante fugatis tenebris lux diffunditur.
 tot ac tanta pietatis opera, Christi seruus, quasi male
 orans, persecutionibus non carebat. Didicit verum esse
 Omnes qui pie viuere volunt in Christo, persecutionibus
 patiuntur. Et per multas tribulationes oportet nos intrare
 in regnum Dei. Ab inuidis, malignis à quorum malitia
 ipse vita & disciplina dissidebat, male exceptus est.
 Henricus Imperator licet vir candidus ac pius ab amicitia
 male persuasus, eum suspectum habuit, verum per
 Imperator admonitus, & ab inimico animo delistebat.
 eum postmodum semper patris loco habuit. Erat pius
 vbiq; faciendæ & reconciliandorum exulceratorum
 animorum tam studiosus, vt vulgo ab omnibus pacificus
 cogebatur.

rognominaretur. Habuit fratrem Rotenburgi apud Tu-
 barum in patriæ gentis arce viuentem, cuius nomen non
 constat. De quo legimus, quod in magna sui seculi anno-
 re difficultate Hattonis Moguntini exemplum imitatus,
 magnam mendicorum turbam in horreum conuocatam,
 incendio deleuerit. Cuius sceleris pœnitentia tandem du-
 ctus, & Romam etiam vt ab ipso Pontifice veniam pete-
 ret, profectus est: vbi cum absolueretur, iussus est mona-
 sterium construere in compensationem talis delicti. Co-
 loniam igitur ad fratrem Herebertum Archiepiscopum
 veniens & quid eum iussisset Pontifex, edocens, vna cum
 Tuitiense Benedictinorum monachorum, opulentissi-
 mum cœnobium è regione vrbis in altera ripa Rheni con-
 didit & amplissimel liberalissimeque dotauit. Eo ipso loco
 (vbi antiquitus Tuisconis primi Germanorum regis ca-
 strum fuisse affirmant) oratorium & domum Dei condi-
 dit, in qua pietatis & literarum studia florerent. Postremo
 sanctissimus Herebertus Nouesii febri correptus est, &
 delatus Coloniam, sacramentis ecclesiasticis per D. He-
 liam Abbatem Tuitiensem deuote iniciatus est. Moritu-
 rus omnia sua largitus est pauperibus, & Comiti fratri in-
 digne ferenti ac mœtenti optime consuluit. Solebat pau-
 peres, fratres suos ac dominos quos primariis viris vnice
 commendabat, appellare. In extrema agens ægitudine
 ipse succëssorem declarat. Tandem beatus antistes 17. Ca-
 lend. Aprilis anno Domini 1021. fœliciter in Domino ob-
 dormiuit apud oratorium SS. Apostolorum, & in Tuitio
 in oratorio sanctæ Dei genitricis, quod condidit religio-
 sissime, sepelitur. Eodem die obitus sui cuidam pio episco-
 po Bambergensi de eius dissolutione visio oblata est. Cum
 ex huius mundi tempestuosissimo pelago ad portum salu-
 tis enataffet, multis clarescere cœpit miraculis. Ad caput
 in tumulo Episcopi tabula plumbea cum tali inscriptione
 habetur: *Anno ab incarnatione Domini nostri 1021. 17. Ca-
 lend. Aprilis obiit Herebertus sanctæ Colonien. Ecclesia Ar-
 chiep. scop. u. qui de suo proprio sumptu hoc monasterium fecit.*



Ad pedes vero episcopi est talis inscriptio in eodem sacro-
phago. *Herebertus Colon. Archiepiscopus constructor huius
ecclesie anno incarnati verbi 1020. ipsam consecrauit in hono-
rem Saluatoris mundi eiusque genitricis.* Fuit hic primus
Electoꝝ Colonien. qui sanctum Henricum Imperatorem
cui mortis suæ diem prædixit, cum aliis Electoꝝ, elegit.
Sub Hereberto in Saxonia admiratione dignum factum
contigit, vt nonnulli viri 15. ac 18. mulieres petulantem
cæmeterio iuxta Ecclesiam sancti Magni martyris in Kol-
beck villa saltarent, & cum diuinum perturbarent offi-
cium, sacerdos, qui sacris operabatur, eos increpauit: vo-
rum illi suæ vanitati intenti nolebant abstinere, quare ita-
tus sacerdos eis deuouere cœpit, & hac eius imprecatione
per integrum annum saltarunt. Quos tandem sanctus
Herebertus absoluit. Ex his nonnulli breui mortui sunt,
nonnulli vitam emendarunt. Huius vanitatis & peccati
aliud addere exemplum non grauabor. Legimus de sancto
Simeone Sale Abbate, quod cum transiret chorum puella-
rum saltantium, & illæ deriderent senem, effecit illarum
imprecationibus, vt fierent subito straba: cum autem
cognouissent se infortunio affectas ob petulantiam, cum-
que rogassent pro restitutione oculorum ac luminis, non-
nullæ sunt sanatae, nonnullæ autem ob impudentiam ac le-
sciuam luscæ permanserunt aliis in exemplum.

In Tuietensi monasterio olim, id est, anno Domini
1124. vixit D. Rupertus, translatus Leodio ex cenobio
diui Laurentii per R. D. Hermannum H. qui fuit decimus
illius loci Abbas, qui omnes sui temporis magistros, breui-
gum scientia, eruditione & doctrina excelluit, testante
tor ab eo adita scripta. Modo eidem cenobio anno cur-
rente 1579. præest cum magna dexteritate R. D. Nicolaus
Vredensis Abbas ordine 37.

Monasterium Vallis Angelorum Bonnæ initium ha-
buit anno 1002. per quandam prædicitam ac deuotam
matronam Gekelam. Hac cum esset Deo ac sanctis Ange-
lis de-

is deuotissima profecta est Romam & obtenta à summo pontifice ædificandi Ecclesiam, licentia, in Dei ac SS. Angelorum honorem construxit collegium, & hereditatem illi assignauit. Cum autem incendio periisset anno Domini 1246. restauratur per Officialem Coloniensem & præpositum S. Seuerini. Olim sanctimoniales istæ iuxta D. Augustini Ordinem uiuebant, verum anno Domini 1417. constitutionem Capituli Windesheimensis, id est, Regulares profiteri & esse cœpere.

Arnoldus olim Caroli Magni cytharædus, qui fuit valde benignus ac liberalis in pauperes, pie obiit, & reliquiæ eius ob crebra miracula in Aquilæ, in honore conseruantur.

XXXII.

Pilligrinus diui Hereberti ac Imperatoris Heintici decreto, ex honesto sacerdote, anno Domini 1021. in Archiepiscopum constituitur. Diœcesim annis 15. prudentissime administrauit & basilicam SS. Apostolorum Colonia, quam S. Herebertus fuerat autpicatus, & collegium ipse feliciter consummauit & congregationem pro 40. Canonis, uiris modestis instituit. Clerum auxit, opesque in eius honestam sustentationem contribuit, & pudice uiuendo norma fuit, templaq; passim per diœcesim construxit. Consecrauit in Imperatorem Conradum Suenum Aquilgrani. Mortuus in suam Ecclesiam Apostolorum honorifice est sepultus. Vbi ad Angelicam tubam resurrecturus, diem iudicii extremi operitur.

XXXIII.

Hermanus II. Palatinus Rhæni, cognomento Nobilis, eligitur in Archiepiscopum vnanimi totius cleri & populi consensu sub Conrado II. Imp. Qui diœcesim legitimo ac optimo iure acquisitam, sibiq; donatam, magno subditorum commodo administrauit. Et sine armis decer-

randum erat, siue pace, res turbulenta transigenda, ut
 vtrumque paratus erat. Ecclesiam sancti Severini ex
 state collapsam ipse sub Henrico III. renouauit & am-
 uit. Hic quoque templum Stabulanum, quod S. Poppo
 Abbas reparauit, in multorum praelatorum presentia con-
 fecrauit ac dedicauit in honorem D. Petri ac S. Martini
 S. Remaci anno Domini 1040. Sub Hermanno Archie-
 piscopo fuit illustris Comes Palatinus Erenfridus He-
 manno sanguine, qui vna cum sua coniuge Matilde deu-
 tissima, quæ fuit filia Ottonis II Imperatoris, monasterium
 in Brauweiler in Dei ac diui Nicolai honorem fundatum
 anno Domini 1024. ordinis S. Benedicti. Cœnobium hoc
 paulatim religionis ac temporalium bonorum augmentum
 celeberrimum factum est. Modo, id est, anno præsentis
 1579. præsidet R. D. Andreas Munsterus, literarum Pa-
 tronus, sui cœnobii instaurator, ordinis 36. Abbas. Her-
 manus cum hanc mortalem vitam cum alia commutasset
 anno salutis humanæ 1054. in monasterio diui Petri immu-
 latus est. Monasterium Regiæ Villæ anno domini 774. à
 Carolo Magno in loco venationis suæ sub Regula diui Be-
 nedicti, ancillarum Christi auspiciatum, variis tum Barba-
 rorum Nordmannorum incurribus direptum ac sancti-
 monialibus occisis, tum etiam aliis incommodis utroque
 peste corruptum est, nunc autem & numero virginum &
 optima disciplina floret. Anno domini 937. cum rursus
 set reparatum per Ottonem Magnum Imp. Leo Pontifex
 Rom. VII. eidem multa concessit priuilegia, & Vdam Mo-
 nogundi Comitis Zutphaniæ neptem, quæ erat transita
 ex Virginum collegio beatæ virginis, matris Christi Colo-
 niæ, in Abbatissam præfecerunt. Anno domini 1031.
 Virgines peste breui sublatae fuere, & autoritate Her-
 manni Archiepiscopi ex cœnobio diui Pantaleonis 11.
 monachi delumpti sunt, & sub præfecto Guidone illis
 collocati. Tunc monasterium magna damna passum est.
 Inde rursus anno Domini 1133. totus ille monachorum
 conuentus peste sublatus est, & Brunonis Archiepiscopi
 author-

authoritate 17. moniales ex D. Panthaleonis cœnobio translata, illucq; sub Vda magistra posita. Cumq; varia essent de translatis bonis temporalibus controuersia, tandem anno 1158. confirmante Adriano IV. coram Friderico Archiepiscopo, omne illud dissidium compositum est.

XXXIV.

S. Anno ex superiori Germania, patre Waltero, matre Engela honestis ac nobilibus parentibus natus est. Habuit auunculum, qui erat Canonicus Bambergensis, & eius disciplina ac instructione talis euasit, vt merito suæ familiæ, imo totius patriæ decus appelletur. Pater eum militia destinauerat, verum auunculus, cum videret iuuenis religiosam indolem, ad ecclesiastica eum officia induxit. Ob excellentem literarum eruditionem in Gymnasio Bambergensi factus est Rector: verum Henricus III. Imperator cum ad Palatium accersit, eiusque consiliis plurimum delectatus est. Erat autem præter animi virtutes, corporis dotibus haud mediocribus ornatus, statura procerus, vultu venerabilis, eloquens, inedia patiens, erat & recti ac iustitiæ renacissimus, nemini adulans, ac timens Deum, in pauperes liberalis. Imperator eum ad Archiepiscopum Colon. Hermannum II. misit Legatum. Tum temporis bonus hic præsul male habebat, & vt Anno ob morum suorum leporem, secum maneret, vehementer institit. Vidit eius prudentiam & in rebus agendis dexteritatem: deliberat igitur cum suis, cum videret sibi mortem imminere ac vicinam, vt eum in Episcopatu haberet successorem. Moritur Hermanus, & iuxta eius præsagium, vt Anno Legatus Cæsaricus pro Archiepiscopo assumatur, omnes boni exoptat. Erant tamen nonnulli quibus eius promotio non æque arripit. Ordinatus est autem Anno inuitis improbis, ac consecratus Episcopus anno Domini 1055. Nonas Martij. Hic iam memori mente pertractabat: reddenda Deo, quæ Dei ac Cæsari quæ Cæsaris sunt. Secularia negotia prudenter

disponebat, spiritualia quoque pie pertractabat. Vestire
 batur simplici, mensa quoque frugali. Multa in pauperes
 in religiosos, in monasteria eius fuit liberalitas. Coloniae
 Principum Conuentui interfuit, ubi à Victore summo
 Pontifice & Imperatore Heintico III. honorifice excep-
 ptus est. Cum Imperatoris vidisset mores, ei mortem viti-
 nam praedixit, & filium eius educandum suscepit. Apostoli-
 documentum diligenter memorabat: In omnibus labora-
 opus fac Euangelicæ ministerium tuum imple. Suis mu-
 tijugæ eruditionis concionibus, ad quas multi confue-
 rant, multum fructus praestitit. Coloniae pro pauperibus
 ac languidis insigne construxit xenodochium, & in hoc
 multa impendit subsidia. Solebat nocte Ecclesias frequen-
 tare ac religiosorum, Deum laudantium, mirum in mo-
 dum delectari vigilantia: quare nocte quadam à malignis
 qui in tenebris delitescunt, inuasus est ac pugnis bene con-
 tusus. Scottationi ac libidini deditos acriter castigauit. Mon-
 asteria in sua diocesi florere in suo vigore summo per-
 aduigilauit: hic obsecrabat ut pater, increpabat ut magister
 ac dominus. Negotia publica sine ullius personæ respic-
 tu, disponebat. Mortuo Heintico III. filium eius Heintic-
 cum IV. quem Coloniae procerum Imperij voluntate edu-
 cauerat, in regem Romanorum vnxit, cuius quoque
 tutor ac Vicarius per Imperium, factus est. Huius viri co-
 leberrimi fama commoti Reges & Principes terræ, ut cum
 haberent amicitiam, munera obtulerunt. Licet polleret di-
 uitiis, quæ illi à magnatibus mittebantur, ipse tamen eger
 videbatur. Religiosorum collegia quinque construxit ac
 liberaliter dotauit. Coloniae ad Dei genitricis honorem
 monasterium, quod ad Gradus nuncupauit, pro triginta
 Canonicis, viris scientia & moribus claris, construxit, &
 vitæ sufficientiam eis ordinauit. Secundo ecclesiam Dionisii
 Gregorij martyris extra muros Coloniae & congregatio-
 nem clericorum, quibus & annuos assignauit redditus
 auspiciatus est & feliciter consummauit. Hanc ecclesiam
 cum

tam magna solennitate ac deuotione consecrauit, ac de-
 dicauit. Tertio, cuiusdam ignoti senis hortatu, in monte,
 quem à Palatino Comite Henrico obtinuit, qui à prater-
 sente flumio Sigeburg dicitur, in honorem D. Michaelis
 & S. Mauritij anno Domini 1066. ecclesiam ac monaste-
 rium diui Benedicti ædificauit ac consecrauit. Voluit hoc
 cenobium esse tanquam seminarium omnis pietatis, qua-
 re ut probos haberet monachos, profectus est Romam, &
 ex Italia probatissimos adduxit duodecim monachos. Ad-
 hoc hoc dilexit monasterium, ut omnia vitæ necessaria illis
 abundanter procurauerit, & dire illis ac æternum vix im-
 precatus sit, qui elemosynis illis abuterentur. Videant iam
 boni illi Domini, videant qui respondeant Deo & S. An-
 toni fundatori. Summis quoque priuilegijs à Romano
 Pontifice ac Imperatore muniri voluit. Hos religiosos pa-
 tres venerabatur ut suos dominos, amabat ut suos fratres,
 cum his sapius commorabatur, eis ministrabat, imo ut vnus
 ex illis, Regula statuta strictim obseruabat. Alia quoque
 duo cenobia construxit, vnum in Westphalia, quod Gra-
 chaff dicitur, & in Saleuel in Thuringia confinio, extruit,
 & ex suo Sigeburgi, tanquam pietatis schola, illis mona-
 chos dedit. Corpus S. Innocentij martyris ac caput sancti
 Vitalis suo Sigeburgi inferri fecit. Construxit & Sacel-
 lam diuo Gregorio martyri Coloniae contiguum, quod
 nunc est Parochialis Ecclesia diui Iacobi, in quod & bra-
 chium sancti Casarij posuit. Sanctum Agilolphum Archi-
 episcopum Colonientem, qui hætenus apud Malmodarium
 hæuerat, transtulit Coloniam, & in suam Ecclesiam ad Ma-
 riaz Gradus collocauit, & duorum Eunalduum corpora
 apud diuum Cunibertum è terra leuauit. Corpus quoque
 sancti Benigni martyris ac sacerdotis ex Sueuia adduxit in
 Sigeburg. Licet hic Antistes de omnibus optime mereri stu-
 duerit, ac iustitiæ & pietatis esset tenacissimus, & vitia ve-
 hementer detestaretur, persecutionibus tamen non ca-
 rebat. Clarebat in vita miraculis, & moleste ferebat, se
 laudari. Ipsi sui metropolitani, quos impense diligebat,

fatis improbe in eum egerunt. Facta enim quadam in
 ciuitate Paschalibus feriis seditione à mercatoris cuiusdam
 filio, indignissime tractatur, ministri eius male excipiantur
 & nisi eorum callide euasisset manus, in tanto satanico
 rore, vbi furor arma ministrat, vbi Episcopi aulam im-
 probe & procaciter ingressi, omnia diripuerunt, sacerdotes
 quendam trucidarunt, crudelissime eum interfecerunt.
 Paulo ante hanc seditionem visus fuerat Coloniae horren-
 dae magnitudinis coruus (diabolus) qui crocitando horren-
 de intonuit. Cum hanc sancto & innocentissimo viro ille
 tam iniuriam prouinciales Episcopi (Monasteriensis affue-
 rat) & alii amici eius audissent, vehementer indignati
 contristati fuere, & in commune statuerunt, crimen vici-
 sci: Colonienfes agnoscentes factum indignum ac culpam
 veniam petunt ac pacem. Hanc ob summi viri humanita-
 tem, facile impetrarunt, & autores huius seditionis, pro-
 fertim mercatoris filius, puniti sunt, nonnulli autem oculis
 priuati. Postremis vitæ suæ annis se in suo Sigeburgensi
 monasterio potissimum cõtinebat. Mirabile sane est, quod
 omnium Iudicum Scabinorum Coloniae fecerit oculos.
 Contigit enim alti iudicij Iudices iniquam cuiusdam paupe-
 rulae ferre sententiam, Mulier questum Archiepiscopo de
 iniuria sibi illatâ à Scabinis Sigeburgum venit, præsul. mox
 illos ad se cum libellis iudiciariis venire iubet, exposcit
 cur sic tam iniuste viduam iudicassent: non habentibus li-
 ellis, quo se excusarent, mandat omnium effodi oculos, vti
 interim, cui filium è fonte Præsul susceperat, sic patrem
 quod huic vnus tantum oculus eruetur, vt esset, qui alios
 sex reduceret domum. Vtq; huius rei memoria firmius de-
 reret, iussit domorum, in quibus isti iudices execranda
 habitabant, summis vestigijs superimponi lapideum ablo-
 culis caput, quo sic ab iniquis iudicij etiam posteri dete-
 rerentur. Laudatur Cambyles rex, quod iniustum iudicem
 excoriari fecerit: Atqui si hoc tempore iniusti Iudices ad
 huiusmodi iustitiæ limam redigerentur, multorum sane
 mendum esset pelli. Multi famam, pauci conscientiam ve-

rentur. Tandem beatus Anno graui cœpit laborare morbo & obitum suum præuidit ac prædixit, sepulturaq; locum designat. Demum Colonia decumbens, quam diligentissime sese ad mortem præparauit, & postremo anno Domini 1164. Pontificatus sui anno 21. pridie Nonas Decembr. fœliciter ex hoc mundo ad cœlum emigrauit. Hac crebrescente sancti viri obitus fama, luctus ac mœror vniuersam occupauit urbem. Corpus eius exanime per septem dies Colonia permansit & maximis exequiis celebratum est. Colonienſes vt ibi sepeliretur, valde instabant, alij autem, vt eius voluntati posset satisfieri, volebant: tandem delatus est in Sigeburg & summa pœmpa ac reuerentia sepultus, post longas dilceptationes. Trãslatio corporis eius facta est post mortem anno centesimo & octauo, per quendam Cardinalem & D. Petrum Lunensem Episcopum. Habuit fratrem Vvessilonem, quem Magdeburgensem constituit Archiepiscopum, qui illi ecclesia 14. annis summa cum laude ac vtilitate præfuit. Fuerunt ambo ex nobilitate Sueuicæ prima nati, ex Comitibus de Sonnenberg. S. Annonis tale legitur Epitaphium:

*Patribus egregiis ornata Colonia multis,
Ecclesia speculum misit ad hunc tumulum.
Emicuit mundo noua lux Annone secundo,
Qui per cuncta suo par erat officio.
Mensibus hoc denis annis octog, vicenis,
Quarta Decembris cum lux tulit è medio.*

In pedo seu baculo pastoralis S. Annonis ligneo, qui adhuc in monasterio Sigeburgensi religiose asseruatur, in superiori parte in cupro incisi sunt versus sequentes:

*Tu yre coge pecus, cecus ne ducito cecos.
Moribus esto grans, Rector sui e discere suanis:
Aspum serpentis volucris tege simpla gementis.*
Monasterio illi celeberrimo Sigeburgensi præesse iam cœpit Reuerendus dominus Godofridus Eyell, Abbas dignissimus.

Quia hic incidit mentio de D. Wolphelmo Abbate, qui fuit S. Annonis tempore, merito eius hic recitanda historia. Hic Wolphelmus generosa propagine lineam titulo sanctitatis ornauit. Colonia quum S. Herebertus Ecclesiam præfideret, summæ ædis factus est Canonicus. Sanctus Herebertus iam senio grauis, eum adhuc renellum suscepit commendatum. Fuit corpore castus & mentis valde sobrius. Erat in eo magna grauitas, morum maturitas, vt facile intelligi posset, illum vas electionis esse. Vt tamen vni domino plene ac perfecte posset seruire, ad sanctum Maximinum Treuirum se contulit & monasticam vitam est professus. Reuocatur inde & cum solitudinis esse studiosus, per D. Heinricum diui Panthaleonis Abbatis monasterio Gladebacensi præficitur. S. Anno Episcopus insignis inde eum eduxit & Brauwilerensi monasterio præfecit. Suam eruditionem insignem declarauit, dum docta epistola Berengarij hæretici errorem confutauit. Eius tempore fuit D. Richera Comitissa ex Palatinatu, mulier religiosissima, cuius progenitores Brauwilerense conuicium extruxerunt: hæc vt regni cœlestis hæres esse possit, suarum possessionum fecit Ecclesias heredes. D. Petrus Comburg & Saleueli inscripsit, diuo Nicolao villam Clotten cum omnibus suis attinentijs. Hanc legationem D. Anno vna cum corpore D. Richera suo nouello Collegio Gradus Mariæ assignare & vindicare molitus est. Hæc domini Episcopi, qui etiam regni Romani negotia gubernabat, intentio, ob quorundam adulationem, vix reuocari potuit. Cum iam aduersa laboraret valetudine venerabilis D. Abbas Wolphelmus, eum adiit, iniuriam suo illatam monasterio conquerens, verum parum profecit. Moritur S. Anno, & in hac permansit sententia: quare Abbas vt legatio pro suo monasterio rata esset, apud Roman. Pontificem Gregorium VII. institit & tandem obtinuit, & vt Hilpolfus Colonien. subscriberet, licet a gerrime impetrat. Voluit Wolphelmus vt fratres sui essent hospitales, & vt sibi ab omni cupiditate & auaritia cauerent, sanxit. Episcopus autem

autem præter simplicem victum & amictum, nihil possidere voluit. Fuit vir valde pius, affabilis, benignus, ad veniam pronus, ad iram lentus. Habuit fratrem Frumoldum & duas Germanas sorores, quæ illi vita dissimiles non fuerunt. Post obitum sælicem, eius exequiis Hermanus Archiepiscopus Colon. interfuit, & Deus famuli sui multis signis mundo declaravit pietatem. Mortuus est autem plenus dierum & bonorum operum anno Dominicæ incarnationis 1091. sepultus in suo monasterio Brauvveilerensi.

XXXVI.

Hildolphus Canonicus Gaslariensis, ac Henrici IV. Imperatoris Sacellanus, Archidiaconus D. Annonis anno Domini 1067. in Archipræsule assumptus est. Præfuit annis 15. vtilissime ac summa cum virtute, tum omnium laude, ut verus Israelita in quo dolus non fuit. Cum hanc lugubrem vitam reliquisset, in diui Petri monasterio, sepultus est, anno Domini 1084.

XXXVII.

Sigeuinus Decanus Ecclesiæ Colon. maioris, iuxta D. Annonis prælagium, ut & superior, creatus est Archiepiscopus. Præfuit laudabiliter annis 10. sub Henrico IV. Deceffit post laudabiliter administrationis suæ annos ex hoc calamitosissimo seculo ad beatarum animarum sælix domicilium. Tum temporis populus vna cum clero Episcopum eligere solebat & penes Imperatorem summa erat potestas, quæ res inter Imperatores & summos Pontifices multa & infinita peperit mala & scandala, quæ tamen potestas postea Imperatoribus subtracta est.

XXXVIII.

Hermannus III. Diues vulgo dictus, ex Saxonia, filius Comitis Northé ann. Domini 1089. Erat hic senerus rerum Episcopatus inspector & gubernator diligentissimus, honestæ conuersationis. Absente imperatore, ipse Imperij Ro-

mani vices prudenter administrabat. Reliquias S. S. in auream capsam, quam ex sua substantia opulenta con-
 ri fecit, reposuit. Habuit ipse sororem Rizam, quæ Lothar-
 rio Augusto nupta fuerat, quæ à morte ad Gradus Mar-
 Colonia sepulta est: ipse vero completa vitæ mortalis pe-
 iodo in regimine annis 10. mens. 5. in Siberg monasterio
 sepelitur. Hic Leodio ex monasterio D. Laurentij D. Na-
 pertum transtulit & propter incredibilem eius erudi-
 nem Abbatem Tuitiensis monasterij constituit.

XX XVIII.

Fridericus I. Marchio Foroliviensis, anno Domini
 vnanimi cōsensu Canonorum electus succedaneus He-
 mano fuit. Præfuit prudenter & vtilissime annis 36. est
 egregie doctus, sapientissimus, multisque virtutibus egre-
 gius conspicuus princeps. Hic Colonia Lotharium
 cum sua vxore Riza in Imperatorem vnxit. Cum vero de-
 à Bauaris & Suenis impeteretur, parua manu ingenitè ho-
 stium exercitum prope Andernacū prostravit, inde plerum-
 oppidum muris & turribus cinxit, quod prius pagus erat.
 Construxit & monasterium sanctimonialium in Illud
 Rulandi ordinis D. Benedicti, quod multis nominibus re-
 mendatur. Anno hoc currente, id est, 1179. præfuit Ger-
 trudis Hildeshymensis, Abbatisa prudentissima, ac
 zabeth Holtorpi à matertera mea œconomia. Hic quoque
 Hermanus monasterij Veteris Campi ordinis Cisterciensis
 sis author fuit anno Domini 1122. Cum enim in diocesi
 suæ finibus in inferioribus partibus congregationem reli-
 giosam instituisset, voluit ibi agere homines plane mode-
 stos prorsusq; religiosos, quibus de prouentibus plebe
 abunde prospexit. Primum ibi Abbatē constituit D. Hen-
 ricum, quem cum 12. fratribus ex Morimundensi cœno-
 euocauerat. Hoc monasterium Principum fauore pa-
 tim celeberrimum euasit. His temporib. illi in vigila R. D.
 Ioannes à Vvachtendunck, sacre Theologie professor
 Hermannus quoq; Cellam religiosorum S. Apollinaris in
 Remago

Remago construit & arcem in Rolanfeck. Eius quoque temporibus, id est, anno 1130. monasterium Knechtsteden cepit. Fuit D. Hugo Comes Sphanemensis, Canonicus ac Decanus summi templi Coloniae, vir pietate ac nobilitate clarissimus. Hic cum esset solitudinis ac vitae contemplativae studiosus, in eremum secessit, & ibi oratorium sine Basilicam auspiciatus est. Mortuo autem Friderico Archiepiscopo, D. Bruno in ecclesiastico regimine illi successit. Hic illam ecclesiam, quam dominus Hugo in illa eremo inceperat, multis facultatibus ac privilegiis exornavit, & inde Collegium Ordinis Præmonstratensis ordinatum est. Hic quoque Bruno brevi mortuus est in aliena patria & ad superos translatus, & inde Dominus Hugo nouelli collegij mandator, vacante sede Coloniensi, legitime in Archiepiscopatum assumptus est anno Domini 1138. Statim cum Imperatore Lothario familiaritatis ergo in Italiam profectus est & Romæ ab Innocentio secundo Pontif. Max. coronatus. Verum dum bonus præsul ad patriam reditum suum maturaret, diem clausit extremum, cuius memoria in benedictione est. Huius quoque Friderici ætate, id est anno Domini 1117. initium habuit monasterium Virginum nominatum Ordinis Præmonstratensis, quod ab exciso nomine Dunwalt, ab altera Rheni parte, nomen habet. Fuerunt liquidem tunc temporis optima secula, ita & optimi homines, qui portionem patrimonij sui in diuinos vsus, ut suis temporalibus, æterna bona lucrarentur, distribuerunt. Aedificato itaque paruo Conuentu, statim ubi puram didicerunt innocentiam, Principum accessit liberalitas. Quare R. Fridericus Archiepiscopus & Arnoldus Comes de Monte & D. Conradus, Præpositus D. Petri Coloniensis, fraternitatem hanc adiuuerunt & non parum promouerunt. Anno autem Domini 1496. iussu Ducis Montensis, Collegium hoc per R. D. Reinerum Abbatem Steinfeldensem reformatum est & conclusum, cum antea esset liberum. Præsunt præsentis temporis R. D. Ioanna à Reuere Abbatissa, & D. Vvillhelmus à Nøruenich, Rector vigi-

lanatissimus & D. Christianus Marcoduranus, Sacellanus
mihi charissimi.

XXXIX.

Bruno I I. filius Adolphi II. Comitis de Alrene & Me-
ren. anno Domini 1152. Præpositus S. Gereonis, magis
trulus, quam legitime assumptus. Fuerat quidam alius,
licet Godefridus, Præpositus Xantenis, vir bonus, et
ctus, verum hic ob gratiam Cæsaris cuius sequebatur
stra, admissus. Fuit vir non ineptus, verum morbo commo-
li laborans. Mortuus in Apulia Barræ & ibidem in templo
D. Nicolai sepultus. Præfuit annis 6.

XL.

Hugo ex familia Comitum Sphannemensis, summi Col-
legij Decanus, in defuncti locum ab Imperatore postula-
tus, & à Capitulo electus anno Domini 1158. succedit. Præ-
fectus est Romam & ab Innocentio II. Pont. Max. con-
cratus, verum antequam Coloniam venisset, mortuus est
& ob regiminis breuitatem a quibusdam inter Archiep-
scopos non computatur.

XLI.

Arnoldus filius Comitis Geldriæ, ac Coloniae Præposi-
tus SS. Apostolorum, sub Conrado III. anno domini 1160
electus, qui non ita vtiliter præfuit. Leuauit hic corpus
Hereberti in Tuitio. Per Eugenium II. Rom. Pont. apud
Remos habitum est Concilium generale, vbi hic Arnoldus
ac Moguntinus Archiepiscop. sunt de Simonia accusati,
ab officio diuino suspensi. Ambo inde sese Romam com-
lerunt, Moguntinus gratiam obtinuit, verum hic non po-
tuit obtinere. Cum autem varie annis 10. præfuisset, mor-
tuus est ac apud S. Andream sepultus. Huius temporis
est anno 1163. monasterium Ordinis Candidi, quod Ha-
uerburna vulgo Hambor dicitur, prope Duisburgum fun-
datur ab illustribus Gerardo de Hoenstadt & Otrone de
Wickrad Comitibus. Circa hæc quoq; tempora inueniuntur
buere duo monasteria sanctimonialium, quæ nunc sunt
militari

instituti Præmonstratensis. Monasterium Lanckuaderi
 ac monasterium Maris prope Nouesium. Fundatores pri-
 oris, scilicet Lanckuaden, quod est prope Greuenbroich
 in nemore, fuerunt nobiles milites ac Domini in Wiuel-
 kouen, Christianus & Albero filius eiusdem anno Domi-
 ni 1147. Alterius autem foundationem, id est, Maris, reperio
 factam anno Domini 1166. sub Friderico primo Rom. Im-
 peratore ac Arnolde Archiepiscopo Coloniensi à genero-
 sa Comitissa de Meer & Aer, nomine Hildegunde, quæ
 habuit filiam nomine Hadvvigem, quæ in erecto nouello
 collegio prima facta est Magistra Virginum Ecclesiæ Maris.

XLII.

Arnoldus II. de Altenae illustri genere, summi templi
 Coloniæ Præpositus, Conradi Imperatoris Cancellarius,
 assumptus est ad gubernaculum Ecclesiæ. Tum temporis
 Archiepiscopi Colonienses Imperatoris aulam fere seque-
 rantur. Fuit hic vir omnino religiosus, iustus ac æqui studio-
 sissimus, qui violentiis resistebat & Ecclesiam defendebat.
 Annis 5. Ecclesiam suam laudabiliter rexit. Cœnobitum
 nobilium Virginum prope Bonnam in Rindorp, ab altera
 parte, in honorem D. Clementis ædificauit & dotauit, &
 cum à facie iniquitatis tolleretur, in illud terræ omnium
 accepticem, mandatus est anno Domini 1161. Collegium
 vicinum Vilichium, generosarum puellarum fundauit
 Mengosus, Comes Geldriensis, vir deuotus, qui ibidem,
 foreo mundo, vixit, & cum vxore ac duabus filiabus sepul-
 tus iacet. Fuit autem hic Mengosus tutor Geldriensis (vs-
 tum dicebantur) quintus anno Domini 1011.

XLIII.

Fridericus II. de Dassele (qui sunt nobiles in Saxonis)
 S. Georgij Præpositus anno Domini 1166. post mortem
 Arnoldi, non quidem per legitimam Canonicorum sena-
 tus viam electus, sed mandato Friderici I. Imperatoris sub-
 rogatus & ab Adriano IV. consecratus est. Fuerat quidam
 alius D. Gerardus Præpositus Bonensis à Capitulo electus.

Fridericus autem non fuit improbandus Episcopus, quibus suam vitam religiosam commendatur. Praefuit triennio, ab eodem Imperatore esset secutus in Italiam, Papae anno Domini 1169. debitum naturae soluit. Relatus est in hanc partem, & in monasterio Veteris Montis Colon. diocesis sepultus. Hic Castrum Randerot propter latrocinia, construxit. His temporibus S. Bernardus Abbas sanctissimus venit in Germaniam, & cum intrasset, tam excellentem sanitatum gratia enituit, ut nec verbis nec scriptis neque exprimi. Venit Spiram, ubi eum Conradus Imperator hospitio suscepit, ubi tantus circa eum visendum populatus concursus erat, ut eum rex Conradus sua chlamyde cooperaret, ut posset à Basilica egredi. Visus est & Colonia, & curationis beneficia in aëros aliquot ibidem operatus est. Haec quoque Imperatorem Fridericum ac multos alios principes induxit, ut expeditionem militarem in terram sanctam susciperent.

X L I V.

Reinoldus filius Comitis à Dassele, ex Saxonia Westphalia, ex præclaro stemmate, Praepositus Hildesheimensis ac Imperialis aulae Friderici Barbarossae supremus Castellarius, eligitur in Archiepiscopum Colon. anno Domini 1163. quo tempore vna cum Caesare rebus bellicis in Italia occupatus fuit, missus ab eo post mortem Friderici Coloniam, qui omnes in eius electionem uniformiter condescerunt. Erat Imperatori propter acumen ingenij, admirabilem facundiam & summam prudentiam cum summa etiam mansuetudine ac humanitate coniunctam, charissimus. Quod in armis esset exercitissimus, denuo ab Imperatore postulatus est in Italiam rebellem vna cum eo proficisci. Dispositis igitur suarum provinciarum negotijs, ac Praeposito D. Philippo ab Heynsberch substituto, castra Castris praecessit, & se virum longe exercitissimum in rebus Imperij declaravit. Apud Tusculanum 40. milia Romanorum parua manu prostravit, cepit & fugavit & triumphum

phum ex eis retulit. Fridericus subsequutus, eius opera ac Christiani Moguntini Archiepiscopi totam Italiam, Apuliam, Lombardiam subegit Imperio. Imperator obsedit Mediolanum, cepit & expugnauit. Hic cum omnes suis studeant commodis, Reinoldus summis apud Imperatorem institit precibus, vt pro suo labore trium Magorum posset pignora habere. Inductus igitur licet agerrime, concessit tandem preciosissima Regū, Naboris & Felicis martyrum corpora, quæ Reinoldus cautissime anno Domini 1164. transmisit Coloniam. Mortui sunt hi venerabiles viri, tres Reges, quos Euangelista Magos appellat, in suis regionibus orientalibus, & in vnam tumbam, non vt mortui, verum vt dormientes, reconditi. Locus autem sepulturæ eorum etiam apud infideles in magno fuit honore. Nulla ætate fuit, quam horum merita non sanauerint. Ecclesia autem in qua seruabantur, apud Orientales prima fuit Christiana & augustissima. Sancta Helena inde eos transiit Constantinopolim. Inde tempore Emanuelis Græci Imperatoris fuit Enstorgius, vir summæ prudentiæ ac sanctitatis, quum Imperatoris Græci Legatum ageret, & designatus esset Episcopus Mediolanensis, eos ad Mediolanum transferri curauit. Postremo Fridericus Imperator Romano, de iuncta ea ciuitate, ac D. Reinoldi Archiepiscopi Coloniae instantia Coloniam translati sunt: qui ibi in magno totius terræ commodo & honore magnificentissime conseruantur & honorantur. Idem quoque sanctorum Machabæorum corpora ex Italia Coloniam transtulit. Vide folio 10. Reinoldus quoq; apud Bonnam SS. Thebeorum corpora terra lenauit, postquam septingentis & septuaginta tribus annis in terræ puluere recondita iacuisent. Dies elevationis eorum celebris habetur. Xenodochium in pauperum usum Hilheshemij cōstruxit ac liberaliter dotauit. Eius absentia tempore D. Philippus Præpositus ac prouinciæ Vicarius prudens, nonnullos, qui eam inuadere ac demoliti conabantur, è sua ditione profligauit, & aduersarius contulis, Castrum Reneck, asylum Ecclesiæ Coloniensis

in monte extruxit. Fuerunt autem isti, qui provinciam Coloniam demoliri cupiebant, Ludolphus Langranus, Fride-
ricus dux Sueviæ, Conradus Palatinus. Tandem laudandus
Reinoldus post varias expeditiones in diuersas
partes, peste correptus in Italia, diem clausit extremum
pridie Assumptionis beatæ Mariæ. Dux Sueviæ eius ossa
Coloniæ aduehi curauit, quæ in summo templo in Sa-
culo B. Mariæ honorifice collocata sunt. Præfuit summa cele-
bratione & utilitate annis 22. mortuus est prope Romanam
anno Domini 1181.

XLV.

Philippus Comes de Heynsberg, summae sedis Coloniensis
Præpositus ac Imperatoris Cancellarius, quem Reinoldus
in sua absentia diocæseos Vicarium constituit, cano-
nicè ac legitime electus est. Fuit sane vir sapiens,
audax ac insigni virtute præditus. Ante electionem multa
egerat præclara facinora, verum cum ad clauum aduocatus
esset, se virum præstantem declarauit. Fuit corpore insigni
& eleganti præditus, audaciam suam iustitia ac armis & li-
beralitate defendit. Aduersarios suos contigit & semper
de eis triumphum agere visus est. Iam recenter trium Ma-
gorum corpora Coloniæ translata fuerant, & multi erant
principes, qui illi hanc gloriam inuidebant & ei insidias
non desistebant, quare necesse erat ciuitatem munire &
aduersus hostes defendere: quare hic clarissimus princeps
eam ampliauit confirmauitq; muro validissimo, turribus
multis per circuitum cinxit, includens multa monasteria
Collegia mœnibus anno Domini 1192. Præfuit sub Fride-
rico Imperatore ac Heintico VI. eius filio. Hinc Heinticum
in Regem Romanorum, patre postulante, pridie Assum-
ptionis B. Mariæ consecrauit. Hic quoq; duos Ducatus Sa-
xonie, Westphalie ac Angarie, ecclesie Coloniensis Ca-
saris autoritate, adiecit. Heinticus enim dux Saxonie ac
Westphalie, cognomento Leo, potentissimus, ab Impera-
tore, post Principum multas querimonias euocatus, cum
imperia-

imperialia iussa contempisset, ducali honore ab Imperatore Friderico exiit, & eius dignitates vna cum prouinciis aliis Principibus attributæ sunt. Imperatoris igitur auctoritate Archiepiscopus Colonien. Ducatum Westphaliæ, quæ est vetus Saxonia, adeptus est, & Spartam sibi traditam per triennium vindicans, Ecclesiæ Colonien. Præfatis quietam reliquit possessionem. Fuere hi duo Principes D. Reinoldus & D. Philippus tanquam duæ ferreæ columnæ pro Ecclesiâ Colonien. Fuit quoque Philippus religionis diuiniq; cultus obseruantissimus, qui monasterium Cisterciensis ordinis diui Petri, in Heysterbach, quod paulatim auctum est, anno domini 1210. instituit. Postremo cum in Cætaris castris in Sicilia Neapolis ob regni negotia ageret, Pontificatus sui anno 30. adijt solem, occasum nescientem. Ossa eius Coloniam allata sunt, ac in summa ad honorifice non procul à Sacello trium Regum, tumulata. His temporibus fuit ille S. Thomas Cantuariensis Archiepiscopus, qui cū in Gallia annis 7. exulasset, in Angliam reuersus, sub Heinrico II. pro ecclesiæ libertate occiditur martyr anno Domini 1171.

X L V I.

Bruno III. de Altenae, Præpositus Colonien. anno Domini 1111. ad Archiepiscopatum legitime creatus est. Erat autem vir profus religiosus & ætate venerabilis, fuit sub Heinrico VI. annis 3. gubernans. Fuerat autem alius à Laicorum nobilitate, Lotharius Bonnensis Canonicus de puratus, verum hic Brunoni, qui à Clero electus erat, cessit. Anno tertio sui præfulatus se vltro magistratu abdicauit, & consentiente Clero, Adolpho fratri resignauit, ipse vitam solitariam in cœnobio Veteris montis, loco tranquillitati, simulque pietati peropportuno, amplexus est, & in habitu monachico mortuus & sepultus est. Monasterium hoc celeberrimū hoc modo habuit initium. Annum circiter 1126. Adolphus primus Comes de Altenae, fratrem habuit Gerardum, cui in fraterna diuisione patrimonij

cessit Castrum Aldenberg ad Dunum fluvium, qui deuotionis zelo postea accensus, factus est monachus Cisterciensis ordinis in Morimundensi monasterio, ad cuius petitionem Castrum suum Aldenberg Adolphus frater eius commutauit in cenobium Ordinis Cisterciensis, ubi postea Adolphus sepelitur eius fundador. Anno autem Domini 1311 fuit Wichboldus, Episcopus Culmensis, qui eam Ecclesiam pulchris ædificijs exornauit, qui quoque Ecclesiam D. Cornberti Colon. duabus turribus politiore reddidit. Habent hic in hoc cenobio sua reconditoria Duces Montenes. Commendatur cenobium ob duorum præsentiam V. D. Godefridi Sundorpij Abbatis ac vigilantissimi D. Engelberti Prioris grandæui, tertium non incongrue addendum arbitror D. Ioannem Iuliacensem œconomum, nepotem meum chariss. Hoc tempore Christiani regnum Hierosolymorum amiserunt: sancta urbs 89. quam de Barbaris recepta fuerat anno, sexto Cal. Octob. anno gratiæ 1187. restitutori Salatino reddita est. Quia huius pij Bernonis facimus honestam commemorationem, nõ absurdum hic addendum videor, quod illi diuus Bernardus consuluit. Cum enim ad Episcopatum à suis Collegis esset electus, consuluit sanctum virum, vtrum hoc munus assumere sine crimine deberet. Hic sanctus Bernardus noluit licet magnè blandiri, sed magis metum incurere, quem sciebat principium esse sapientiæ. Adulando ad interitum ducuntur, veterum terrendo beati redduntur amici. Qui vocati & electi ad aliquod munus accedunt, illi securius, licet non debeant esse plane securi, accedunt. Fuit Saul à Domino electus, Iudas à Christo vocatus, non ergo meliores. Curent in alto gradu positi, non altum sapere, sed timere, sed humilibus consentire. Principem te constituerunt; esto sicut vnus ex illis. Quanto maior es, tanto esto humilior in omnibus. Christus saluator ait: Qui maior est vestru, fiat sicut junior. Iudicium durum his, qui præsumt. Seruus sciens voluntatem Domini sui & non faciens, plagis multis vapulabit. Timeat nobilis, quia Iudex non est respector personarum.

sonarum. Prius quis suam curet, quam aliorum conscientias. Aequum est ut se indignum iudicet, potens est tamen Deus in homine suam gratiam accelerare, & misericordiam multiplicare, & eius iniquitatem absumere. Sanctus vir Archiepiscopo non potuit certam, nisi huiusmodi sententiam proferre, & per se orationis suffragia promittere, de ceteris quæ spectant ad suum officium, consulat Noibertum, virum in diuinis interpretandis mysteriis expertum & promptum. Hac ex epistola 8. & 9. potissimum.

XLVII

Adolphus de Altenae Brunonis frater summæ ædis Coloniensis Praepositus sub Philippo & Ottone III. consentiente Capitulo, post fratris resignationem in Archiepiscopum assumptus est. Hic Ottonem III. Brunsvicensem vnam Philippo Barbarossæ filio electum, Aquisgrani anno Domini 1193. in sui perniciem coronavit in Imperatorem. Ob duorum Imperatorum electionem facta est non parva in Imperio dissensio, & hoc schisma plurima intulit damna. Adolphus autem hic, alioquin non malus vir, non bene consuluit suæ provinciae: & quod ipse huius mali videbatur autor, summus Pontifex Innocentius III. eum per Syfridum Moguntinum Archiepiscopum, & Cameracensem deponi curavit. Depositus est Colonia anno 1205. in summo templo, coram Ottone Rege & vniuerso Clero & populo. Praesuit turbulenter annis 12. & post depositionem numerata sunt illi ex annuis redditibus 300. marca. Otto hic electus Imperator, fuit illius profugi Heinrici Leonis ducis Saxoniae, quem Fridericus amouit à ducatu Westphaliae, filius. Sub hoc Adolpho & Heinrico Imperatore initium habuit monasterium Virginum Schinlincks Capella, ordinis diui Augustini, anno Domini 1220. constructum à domino Wilhelmo Schinlincks, nobili milite & Aleide eius vxore. Episcopus autem hic illud & consecrauit & in suam suorumque successorum curam ac protectionem suscepit. Anno Domini 1221. fuit Comitissa Sæy-

nenfis, domina Mechtildis: hæc quum esset matrona piæ
 sus religiosa, Monasterium sanctimonialem ordinis Ce-
 stertiensis Coloniae, quod Seynense siue in Speculo dicitur,
 fundauit, quæ & à morte in illud sepeliri uoluit. Circa
 hæc tempora duo illa luminaria S. Franciscus & S. Domi-
 nicus in ecclesia Dei floruerunt. Ille Minores dictos, hic
 uero Prædicatores instituit. Nam alii religiosi aut Mo-
 nachi aut Canonici, iam erant facti opulentiores, & do-
 mini potentes, contempto uerbo Dei docendo in ecclesia
 cum Principibus agebant. Quare hi duo ceperunt præ-
 dicare & socios sibi ascuerunt, homines modestos & pe-
 caros, quales studiosi literarum esse debent. Minores Co-
 loniæ locum acceperunt anno Domini 1220. quorum in-
 signis Ecclesia consecrata est per Reuerendiss. Dominum
 Heinricum episcopum Curiensem anno Domini 1260.
 Habent hic multi nobiles sua sepulchra, quorum liberali-
 tate præcipue ornata est in sacra suppellectile.

XLVIII.

Bruno III. Comes de Seyna, Præpositus Bonneasis,
 in depositi locum uniformi consilio & sententiis creatus
 est Archiepiscopus & per Syfridum Moguntinum sac alios
 duos Episcopos ex Anglia, sub Innocentio III. consecra-
 tus. Innouatio hæc, tum duo Imperatores una electi, nihil
 nullus alteri cedere uoluit, non tantum aliis nocuit pro-
 uinciiis, uerum Coloniensi diœcesi non mediocriter peperit
 mala. Coronauit Adolphus Ottonem III. Aquilgrani
 Imperatorem, & hanc electionem summus Pontifex ta-
 tam habuit. Electus est ab aliis Electoribus Philippus Bar-
 barossa filius Moguntie, & per Tarentinum Legatum Pæ-
 tificis confirmatus. Secularis potestas erat cum Philippo
 uerum cum Ottone Romana Ecclesia stabat. Collecto ex-
 ercitu Philippus per Rhenum descendit, uerum Ottone
 occurrente, traiectum illi prohibuit & transitum inter-
 clusit. Interim inter utrumque Regem varia & grauissi-
 ma bella habita sunt. Colonia adharebat Ottoni & par-
 qua-

quædam Westphalia. Adolphus Archiepiscopus Colonienſis à Wilhelmo Comite Iuliacenſi perſuaſus, cum diu Ottonis partibus adhæſiſſet, cœpit iam in partes Philippi declinare, & eundem perductum Aquilgranum, ipſum quoque regem conſecrauit.

Hæc res Capitulo & populo Colonienſi plurimum diſplicuit, & ei in faciem reſiſtebant, quod tantopere variaret: ipſum eſſe qui Ottonem ſummo Pontifici commendaſſet, nunc mutata ſententia, illum ſine cauſa reprobare. Cum vero ille in ſuo permaneret propoſito, per literas apud Pontificem eius fluxam taxant ac acculant fidem Capitulares. Non parum indignatus in eum Papa, vocat, vt veniat infra menſem, ac dimidium, & ad obiecta reſpondeat. Episcopus nihil curauit. Dati ſunt Iudices, Canonicus & duo Parochiales Paſtores. Pontifex autem Adolphus nec his dignatur reſpondere. Cum autem in ſua pertinacia perſiſteret, poſt manifeſtam excommunicationem, deſtituitur: ſic ille, vt meruit deſiſtus eſt & eiectus, & Bruno Præpoſitus Bonnenſis in eius locum ſurrogatus: qui à domino Apoſtolico, Archiepiſcopatus inſignia ſuſcipiens, & cum Ottone, quæ pacis ſunt, ſentiens, in ſua prouincia ſubditis ſuis bene præerat. Adolphus autem vir nobilis magni generis, nonnulla retinuit Caſtra. Erant qui apud ſumum Pontificem illum ſtudebant reconciliare, ſed fruſtra. Philippus iam Aquilgrani coronatus, non ceſſabat ſibi plurimorum conciliare principum fauorem. Cœpit & Coloniam infeſtare. Habebant Colonienſes ducem à Lymburg vrbis ſuæ præfectum. Commiſſum eſt à duobus Regibus non procul ab vrbe, prælium. Aderat cum Ottonem Archiepiſcopus Bruno, & ducis filius. Otto rex iam 400. ex ſuis amiſſis & nonnullis captis, ipſe quoque læſus, cum ducis filio fugit in arcem Waſſenborg. Verum cum non fideret arci, nocte cum ducis filio inde diſceſſit, manente Brunone Archiepiſcopo. Altera die adſunt hoſtes, oppugnant arcem, rati ſe hoſtem concluſiſſe. Capta arce, Archiepiſcopum deprehendunt, Herbipolim ad captiuum

tatem deducunt. Missi sunt duo Cardinales Romam in Germaniam componendæ pacis gratia. Conuenerunt cum multis Principibus in Quedelborh, & multa vitro conque sunt ventilata. Philippus ab excommunicatione absoluitur, & ut Bruno dimitteretur, ægre induci potuit. Iam dimissus, ecce denuo ex improviso à Philippo capitur, & in munitissima arce Rodenburg asseruari iubetur. Motu improbitate Romanus Pontifex, grauissime Philippo minatur, ut Brunonem dimittat. Bruno dimissus profectus est Romam, & Pontificis onustus literis, ad suam Ecclesiam Coloniensem, quietus iam regreditur. Contulit se Coloniæ & religiose ac summa cum gratulatione exceptus est, qui & breui mortuus anno Domini 1218. cum per trimum turbulentis temporibus & casibus præfuisset, sepultus est in Ecclesia S. Petri maiori. In istis tumultibus & dilata est arx validissima in ditione Coloniensi, quæ Lanckron dicitur, & quia magna ubique grassabatur fames, plurimi ob solum victum accessere, & sic arx celerrime perfecta. Anno Domini 1207. Philippus rex mitissimus, gemellus Ottonis, qui in diuina religione non segnus habebatur, à quodam scelesto viro Ottone de Witsbach, Comite Palatino, quod ei filiam suam negasset, Bambergæ in conclauis suo gladio confossus est, & sic Otto Brunswicensis solus longe lateq; gubernauit, qui inde Philippi duxit filiam, uxorem. Apud summum Pontificem Philippo paterna & fraterna durities oberant. Otto Comes homicida in conuentu Principum condemnatus est, & non post longum obruncatus.

XLIX.

Theodicus Comes de Monte, Præpositus S. S. Apostolorum ope Ottonis III. Imperatoris, occiso Philippo, amulo Ottonis, succedit, tum vnanimi Cleri consensu electus. Initio sui præsulatus admodum benignam se exhibuit, verum quod mores mutasset & insolita imperasset vectigalia, mulis iniustus factus est. Adhuc præterea

excom-

excommunicato Ottoni (nam summus Pontifex hunc quoque ob perfidiam in Ecclesiam Romanam, excommunicavit) & cum ipse Theodoricus esset anathemate notatus, nec curaret, per Moguntinum Syfridum ab officio & beneficio, amotus est. Et quamvis Romæ restitutionis suæ causam per triennium ageret, nihil tamen obtinere potuit. Præfuit annis 6. vsque ad annum Domini 1214. quo tempore Castellum Gudesburgum, vbi fuit capella S. Michaelis, construit, ære cuiusdam Iudæi vsurarii, quem captiuum tenebat. Toto tempore vitæ, quo vixit, postquam deiectus fuerat, 300. marcas quotannis pro sustentatione ex redditibus Episcopatus accepit. A morte sepultus est in monasterio Veteris montis ad suos consanguineos, vbi Montenses Duces sua habent reconditoria.

L.

S. Engelbertus ex illustri Comitum familia de Monte, patre Engelberto, matre filia Comitis Geldriensis natus, liberali ingenio ac egregia corporis forma, electus est in Præpositum maioris Ecclesiæ, & cum in Monasteriensem Episcopum, ob insignem suam virtutem, eligeretur protulit recusavit, timens lubricæ ætatis. Adolphus Colonien- sis Archiepiscopus deponitur, Bruno illi succedit, Bruno Theodoricus, qui quod Ottoni Imperatori, contra summi Pontificis voluntatem, faueret, à Syfrido Moguntino deponitur. His duobus trecentæ marcæ ex redditibus Episcopatus pro sustentatione sunt assignatæ. Engelbertus aliis amotis, legitime, licet reluctaretur, anno Domini 1216. à suis collegis vniformiter sub Friderico II. Imperatore, Archiepiscopus creatus est. Admotus ad clauum gubernaculi, cum omnia restituere conaretur, mox acerrimos expertus est hostes, id est, tyrannos, quos sua prudentia compressit. Vocatus est ad curiam Imperatoris, & ita se gessit, vt omnibus Principibus gloria & magnificentia præferretur. Friderico Imperatore absente, ipse

Imperii habenas citra Alpes summa cum laude ac commo-
 ni pace gubernabat. Imperatoris filium enutrit, & Augu-
 stini in Imperatorem consecrauit, ac suæ Ecclesiæ pluri-
 mum profuit. Ob summam probitatem innotuit multis
 Regibus ac Principibus, qui eius gratiam ac amicitiam
 iam magnis muneribus venabantur. Confessarii eustu-
 le de eo refertur testimonium: Licet Dominus meus seco-
 laris habeatur, non tamen intus talis est, qualis foris appa-
 ret. Sciatis illum multas consolationes à Deo habere.
 Erat præterea in pauperes ac afflictos, valde liberalis, &
 famis tempore ipse multos sustentauit. Erat princeps
 omnino non superbus, sed humilis, mitis, placidus
 omnibus benignus: erat & aspectu decorus, statura
 corporis procerus, robustus viribus, & tanta pulchritudi-
 nis, vt ei similis nullus inueniri possit. In omnibus suis
 negociis siue belli siue togæ tempore, se alterum Macha-
 bæum exhibuit. Colonia eo illustriorem præfulem (ex-
 cepto primo Brunone) non habuit. Episcopatum in bo-
 num statum ac tranquillitatem miro artificio restituit. Ec-
 clesiasticas personas in summo semper honore habuit, &
 eis vnice prodesse, vbi Dei vidit timorem, studuit. Beatam
 virginem Deiparam ieiunando quartis sabbati feriis sum-
 mopere coluit. Sub eo Franciscani & Dominicani, quos
 contra malorum calumnias, defendit, Colonia emerere.
 Tres superiores Archiepiscopi, multa debita conseruauit,
 quæ omnia ipse (quorum summa transcendisse dicitur
 26. milia marcarum) soluit. Verum quum virtus sine ad-
 uersario marcere soleat, ex sequentibus eius integritas pa-
 tebit. Erat Comes quidam Fridericus de Isenburg, alius
 Limburg, Fratris sui filius, ex Clerico factus miles: hic Ec-
 clesiam Essendientem, virginum Collegium molestante
 cœpit, quod cum Archiepiscopus ei interdiceret, ex amico
 factus est summus hostis, qui inde ei insidiari cœpit, imo &
 mortem minitari. Tractatum est aliquoties, vt Comes
 manum abstineret, & quod sui iucis nec officii esset, omi-
 teret, Comes

reret, verum nulla potuit via inueniri, qua Comes esse posset contentus: maluit enim in sua pertinacia perdurare, quam saluo iure cedere. Sentiens autem Engelbertus sibi malum intentatum, in eo Ecclesie libertatem defendendi permansit proposito. Quare se serio ad Dominum conuertit, seque Deo committit. Interea Comitum animus plane, vt alter Pharaos, induratus, de nece optimi presulis cepit deliberare, & quibus eum posset mediis e medio auferere, tractat. Contigit Episcopum cum suis aliquot domesticis in Westphaliam iter facere & hoc Comitem non latuit. Obseruat igitur vt facinus iam diu conceptum, complere oportune posset. Iamque sceleris immanitatem aggressurus, degener animus non parum extimuit, verum a suis animatur, & simul vno animo ac glomere R. D. Archipresulem iniqui aggrediuntur, circumueniunt, & in concaua via misere vulnerant, & innumeris confidunt plagis. In hoc rerum articulo, omnes sui eum deserunt, fuga sibi consulentes. Duo, qui non procul aberant, Leonies miles & Henricus Cellarius Hemelrode reuertuntur, accedunt, & ita eum extinctum reperiunt. Vestimenta autem eius cruore resperfa horrendae caedis testimonio fuere. Corpus inde iam instante nocte sublatum & in proximum pagum, qui Sauchme dicitur, delatum ac in templum repositum. Mane venerabile martyris corpus cum summa veneratione deductum est ad Montense monasterium, & ibi a fratribus, quos ipse vnice dilexerat, honorifice exceptum, ac eis multum lachrymantibus, exhibitum. Hic intestina relictas ac reconditas. Inde Colonia perlatus pridie diui Martini & totius urbis in cetero exceptum, repositum in summo templo ac post aliquot dies in Sacello D. Catharinae sepultum. Magnus erat luctus ubique pro optimi Pontificis indigna morte. Praesuit laudabilissime ac vtilissime annis 10. Fridericus eius homicida, ab imperatore totoque regno proscribitur, excommunicatur, & omnes eius necis cōscii breui male mortui sunt. Comes Leodii captus ac Colonia perductus crudelissimo

supplicio (qui valde de scelere pœnituit) anno elapso
 id est, 1225, interemptus est. Nobile corpus coruorum
 Dominus Deus mortem martyris preciosam crebris mi-
 raculis testatus est. Habet Ecclesia Colonienſis ex ſuis
 Præſulibus tres martyres. Agilolphus palam à raptoribus,
 qui diœceſeos eius terminos peruulerant, quod eos
 de criminibus redarguerat, occiſus eſt. Euergiltus nocte
 à latronibus clam necatus eſt. Hos ambos martyres fecit
 pietas & vitæ innocentia : verum Engelbertum virtus
 obedientiæ & zelus iuſtitie. Diuerſæ ſunt ſpecies marty-
 rii, ita & cauſæ. Thomas Cantuarienſis occiſus eſt pro-
 pter libertatem Eccleſiæ : eadem cauſa exitit in Præſule
 Engelberto. Occubuit ille pro libertate Eccleſiæ Can-
 tuarienſis, iſte vero pro deſenſione Eccleſiæ Eſſendienſis
 liberauit iſte morte ſua Eccleſiam ſuæ deſenſioni commiſ-
 ſam ab intolerabili exactione Comitis Friderici. Paſſus
 eſt Engelbertus anno Domini 1225, meſe Nouembri
 die ſeptimo, Pontificatus ſui anno decimo, ſub Honoro
 Pontifice Romano, Friderico ſecundo Imperatore. Paſ-
 ſus eſt à cognatis & amicis, à quibus nihil tale merebatur,
 quoſque ipſe ſublamarat. Philoſophi cuiuſdam ſenten-
 tia eſt, duplicari dolorem, cum ab eo, à quo bonum me-
 rueris, malum venit : itemque tanto iniuriam magis affli-
 gere, quanto propinquior eſt, qui fecit. Habuit Comes
 Fridericus duos fratres Episcopos, Monasterienſem &
 Oſnaburgenſem, de quibus ſuis locis, iam poteſtas ele-
 gendi & conſtituendi Episcopos Imperatoribus (qui tra-
 ctentus apud ipſos manſerat, vnde tot inter Pontifices &
 Imperatores diſſidia, tot ſcandala fuere) ſubtrahenda,
 cuiuſque Episcopatus Canonorum Senatui à Romano
 Pontifice conſeſſa erat. Sub ſancto Engelberto multa
 monaſteria initia ſumpſere. Anno enim Domini 1225,
 auſpicatum eſt Cœnobium Virginum Cisterciensis Ordi-
 nis Bennickhouen Colonienſis diœceſis non procul à Lip-
 pia, promotore D. Conrado Archiepiscopo Colonienſi &
 Geuelsbergio, vbi iuris Eccleſiaſtici aſſertor ſanctus En-
 gelber-

gelbertus sanguinis effusione martyr occubuit. Reformatum est hoc cœnobium anno domini 1477. voluntate Comitum de Lippia. Sub hoc quoque Archipræsule anno Domini 1214. Cœnobium Virginum in Karlesforff siue in Eppinckhouen non procul à Nouesio sua habere cœpit fundamenta. Quod cum esset ob bellorum turbines debilitatum, bonorum elemosynis est redintegratum, & cum à disciplinæ auitæ rigore non nihil defecisset, anno Domini 1478. correctum est. Eodem fere tempore cœpit monasterium eiusdem Ordinis quod dicitur Aula Zarne, ubi S. Engelbertus cœmiterium consecrauit. Hæc aula deficiens anno Domini 1476. reformata est. Anno Domini 1218. sumptibus & expensis D. Gerardi Comitis Geldriæ apud Ruremundam monasterium Virginum extrui cœpit. Hic nobilissima D. Richardis memorati Comitis patens, spreto mundo Sanctimoniam & primam Abbatissam egit.

Anno Domini 1199. Mons Principis Xantensibus viduus, opera Noiberti canonici sancti, post episcopi Parthenopolitani (qui Præmonstratensis disciplinæ est autor) exornatus à Sigebergen. monachis inhabitatus, monialibus aliquot ex Hoerft (quod flammis fere absumptum erat) ad inhabitandum traditus est: quæ progressu temporis è Benedictinis in Cistertienses mutata abiit. Qui mons subsidens & in ruinam propensus, reformatione restauratur anno Domini 1467. à Principe Cliens. Ioanne præcipiente & adiuuante.

LI.

Henricus de domo Nobilium Moellenarcken, Præpositus Bonnensis, vniformi omnium consensu, antequam suus antecessor S. Engelbertus tumulatus esset, creatus est Archiepiscopus Colon. anno domini 1125. sub Friderico II. & à Colonensibus summo cum honore exceptus est. Erat vir eximia prudentia præditus, qui apud summos & imos parem gratiam iniit, bonis affabilis, malis vero & iu-

o o o o

micis Ecclesie sue crudelis & terrori fuit. Hic S. Engelberti
 prædecessoris sui iniustam cædem egregie vindicauit. Co-
 mitem homicidam Leodii captum Coloniã pertrahi
 curauit pro duabus milibus marcarum, & extremo supplicio
 affici. Arcem Isenberg & aliud Castrum deiecit, & totum
 Comitatum delere, apud Imperatorem conatus est.
 Germani fratres eius, Bruno Osnaburgensis & Theodoricus
 Monasteriensis, ambo episcopi, velut complices aut certe
 conscii, accusantur apud summum Pontificem, & interfertur,
 etiam conuineuntur, deponunturque: sed gratiam
 consecuti, restituntur. In Comitibus Norinbergæ vestem
 antecessoris cruentam, Principibus exhibuit, Imperatoris
 Heinrici coniugem Aquisgrani in Regnam consecrauit.
 Ipse Henricus Colonia à Treuren. Archiepiscopo in vigilia
 Matthæi consecratur, præsentibus omnibus Suffraganeis
 cum maxima solennitate. Decessit ex hac vita anno gratiæ
 per Christum reparatæ anno 1131. cum præfisset annis 12.
 laudabiliter. Anno Domini 1134. monasterium in Duissenen,
 quod Via cali dicitur, ab Alexandro quodam honesto &
 religioni dedito, cuius Duilbergenis, inchoatum est &
 Coloniensi Ecclesie sub Henrico ob protectionem subiectum.

S. Reinoldus ex præclarissimo natus fuerat stemmate,
 verum ob Christi amorem & animæ suæ salutem, omni
 hac terrena in florenti fortuna posthabuit, & ex strenuo
 milite factus est verus monachus. Colonia igitur in monasterio
 S. Pantaleonis vitam cœnobicam tum professus est, tum
 duxit, arctissimam. Ipse in toto corde Dominum
 quæsiuit & coluit, quare etiam ab eo maxima exornatus
 est gratia. Fuit circiter annum Domini 1139. Ab impiis
 clam ob nimiam suam pietatem, quæ illis ingrata esse
 solet, interfectus est, & vt celaretur facinus, in puteum
 præcipitatus. Inde ob crebra miracula & diuinas reuelationes
 extractus, & cum Tremonieos, qui Coloniensis sunt
 diocæseos, à suis metropolitanis vicinis, aliquas late-
 ctorum reliquias expeterent, huius obtinuerunt, quoniam
 eius

et us honorem egregium construxerunt templum. In eodem quoque cœnobio olim vixit Martinus martyr. Hic inuentus est quando sanctus Bruno illud monasterium ædificare cœpit anno Domini 964. est Abbas sanctus.

LII.

Contadus natione ab Hoisteden, Præpositus summæ ædis à toto vniformiter consentiente clero, in Archiepiscopum anno Domini 1232. eligitur, vir literatus, facundus, magnanimus, bellator gnauus, ac tanto honore dignus. Sedit in Episcopali cathedra annis 34. Hic obtinuit, vt Elector Colonienſis Imperatorem nouiter electum, Aquiligrani coronet primum, quum antea inter Electores disceptatio semper de coronatione non minima fuerat. Quare ipse elegit ac consecrauit tres Imperatores. Ecclesiam Colonienſem amplis prædiis sublimauit, qui priuilegiorum eiusdem strenuus fuit propugnator, qui & pro temporum varietate, aduersa æque ac prospera fortuna vti potuit. Romanæ quoque Ecclesiæ se fidelissimum protectorem exhibuit. Comitatum suum Hoesteden cum omni suo iure & attinentiis ac nobile castrum Are vna cum altero Nurburg, ac aliis quam plurimis de sua paterna hæreditate ecclesiæ suæ in perpetuum assignauit. Castrum quoque Waldenborch & Castrum Weda eorumque possessiones comparauit digno precio & ecclesiæ inscripsit. Hic Bonnam ciuitatem foueis aqua probe instructis anno Christi 1240. exornauit. Colonia Ecclesiam diui Cuniberti restauratam ipse dedicauit denuo. Eius quoque tempore varia fuere disceptationes metropolis Colonienſis aduersus suum Præsulem, quas tamen ille compescuit, & vt intra suos manere terminos, docuit. Eius quoque seculo, id est, anno Domini 1236, Marburgi, præſente Imperatore ac infinita hominum multitudine, indiges facta est siue canonicizata B. Elizabeth Regina Vngariæ, pauperum vera mater, quæ anno Dñi 1230. Marburgi sepulta est. Anno Dñi 1247.

electus est Wilhelmus Hollandiæ Comes, ætate & opibus florens, in oppido Nussia, ad Imperium Roma. Comes Iuliacensis Wilhelmus se ecclesiæ Colon. declarauit hostem, & contra eum Archiepisc. se opposuit, qui tandem huius fraude captus est & per menses nouem satis duriter in custodia asseruatur. Cum autem Conradus hic multis ac infinitis pene opibus ac prouentibus abundaret, magnificentissimam basilicam in diuorum Regum honorem iam senio grauis, auspiciatus est. Si hoc æternum opus consummatum fuisset, simile in orbe non conspiceretur. Erat tum temporis ob sanctissimas Magorum reliquias, oblationes tam abundantes, ac vere aureum seculum, ut nunquam defecturas quis credidisset. Ad Ecclesiæ suæ dedicationem Electores Ecclesiasticos, omnes suos Coepiscopos, omnes Abbates, religiosorum præfides ac innumeram populi multitudinem, adesse voluit. In dedicatione Ecclesiæ mirabilis in aere dæmonum auditus est ululatus. Postremo laudatissimus Princeps cum Colonæ apud D. Gereonem ageret, cœpit infirmari & inualecente vi motu, fœliciter in Domino, anno gratiæ 1261. obiit, ac positus est in veteri diui Petri Ecclesia, qui tamen postmodum in nouam cum suis antecessoribus, translatus est. Huius quoque tempore Cænobium apud D. Gertrudem Colonæ cœpit, qui illi multa priuilegia contulit. Eisdem quoque temporibus inchoatum est monasterium Virginum in Sreckerode per inclytam Merrildem, dominam ab Holt, in honorem beatæ Mariæ Virginis: reparatum hoc magno desiderio & conatu dominæ Haduigis de Loe Abbatisse anno Domini 1465.

LIII.

Engelbertus de domo nobilium de Valkenbreg, Prepositus S. Gereonis anno Domini 1261. concorditer ab vniuerso Clero eligitur. Statim ab initio sui præfatus Colonæ religiosissime inauguratus est, & omnes de hoc præfule, ut iugum paululum subleuaretur, quo nonnulli preme-

premebantur, sibi bene polliciti sunt, verum pro thesauro, ut dici solet, carbones. Causam potissimum in adulatorum coniciunt nequitiam. Vbi enim in Principum aulis Gnathones locum obtinuerunt, iustitia exulat, pariterque pietas.

Ocium & cibus alienus, multa in multis operatur.

Summa fastigia cum omnia possideant, eo tamen carent, qui eis verum dicat. testis est Seneca. Fuit hic Engelbertus vir quidem bonus, verum in suis negociis parum scilicet. Cum ad reprimendas ecclesie iniurias contra aduersarios copiosum sapius conduxisset exercitum, fortuna tamen sibi se nper aduersari visa est. Nam per Wilhel mum Comitem Iuliacensem, in loco, qui ad syluam beatæ Mariæ dicitur, inter Tulpetum & Lechernich commisso prælio, cum multis de suis capitur, & in castro Nitecken per tres annos ac dimidium inhumaniter in custodia detinetur, & post longas disceptationes, intercedente Alberto Magno, liberatus. Inde Colonia cum pro tribunali sedisset cum suis in aula Episcopali, per ciues captus est, & in quadam domo occultatus per dies aliquot. Ob hanc Pio Pontifici illatam iniuriam, Ciuitas Colonia per annos sex & ultra à summo Pontifice interdicto subiecta fuit. Cum iam hac quoque absolutus esset Engelbertus custodia, ob hanc in ipsum commissam contumeliam, exacerbati consanguinei ac amici, ipsum vindicare studuerunt. Erant à Pontificis parte Comes de Falckenburg, frater Engelberti, dux Lymburgensis, Comes Cliuensis, & alii nobiles quam plurimi, qui omnes in ciuitatem conspirauerant circa annum Domini 1268. Hi omnes magna manu obsident ciuitatem, & fortiter oppugnant, & intempestæ noctis silentio per quandam domum, muro adhaerentem, am- plo aditu per ciues aliquot, qui pecunia erant corrupti, petefacto, subintrarunt. Verum ciues cognito negotio, ad arma conclamantes, dictos nobiles ac milites, armata vi fortiter repulerunt. Hic frater Engelberti primo con-

gressu, occubuit, dux Lymburgensis capitur, alii plurimi
 occiduntur, alii fuga dilabuntur. Sic quoque conatus ille
 Episcopo minime successit. Quid sanctorum, præsertim
 tutelarium patronorum, posset protectio, hoc sane articulo
 Colonie innotuit. Protegam urbem hanc propter me,
 & David seruum meum, Domini stat sententia. Si bonus
 hic Archiepiscopus D. Conradi, sui prædecessoris consi-
 lium secutus fuisset: nunquam tantam forsitan cladem ex-
 pertus fuisset. Consuluit enim ut exemplum Roboam filii
 Salomonis expenderet, & ciuitatem tanquam vicinam, co-
 leret. Hic Engelbertus duas insignes turres Colonie
 erexit, quæ possunt esse tanquam propugnacula ciuitatis
 vnam superiorem, scilicet Beyen: alteram inferiorem, id
 est, Ryele, pro defensione Ecclesie. Ipse tandem rebus suis
 dispositis post varios casus, Bonne, Pontificatus sui anno
 14. redempti per Christum orbis 1272. in fara concessit, at-
 que in monasterio D. Cassii, eo quod Colonia anathema-
 te à summo Pontifice teneretur, tumulatus est. Inscriptio
 illius tumuli talis est.

*Floreat in caelis tua laus Verona fidelis.
 Filia tu matris Engelbertique patris,
 Quem tua metropolis non habet ossa colis.*

Sub isto, id est anno Domini 1273. postquam interre-
 gnatum fuit, hoc est Imperium Romanum sterisset sine cer-
 to Casare, 17. annos, Rudolphus Comes Habsburgensis
 electus est. Quid præstiterit hic Rudolphus, vnde illi Au-
 striaci ad tantam sunt euecti gloriam, non inconueniens
 ascribere arbitratus sum. Rudolphus cum esset tenuis
 conditionis, paulatim ita eius fortunæ auctæ sunt, vt fami-
 liam suam longe potentissimam ac celeberrimam reddide-
 rit. Quod autem hæc Austriaca domus ad tantam sit exal-
 tata excellentiam, quod ipsa Catholica semper paruerit
 Ecclesie, Dominus Deus, ita disposuit. Fecit Maria Magda-
 lena opus exiguum, quod caput Iesu ac pedes eius vixerit,
 & tamen hoc in toto mundo Dominus voluit celebrari.

Opus

Opus enim (inquit) bonum operata est in me. David
 exiguus, Saule abiecto potente rege, in regem super Israel
 electus est. De Rudolpho vnum depromam ac proferam
 exemplum: Legimus de hoc Comite Habsburgi, quod se-
 mel vna cum alio, eques venerit, & Sacerdos ei obuiauerit
 pedes, qui V. Sacramentum portabat. Huic Comes pro-
 prium equum donauit ob V. Sacramenti corporis & san-
 guinis Christi honorem: socius vero & suum ministro de-
 dit, & sic coëptum iter peregerunt, donec ad quoddam Sa-
 cellum siue Cleusam peruenerunt. In quo comes bene-
 dictionem siue prophetiam accepit, quod fortuna illius
 mirum in modum crescere & augeri deberent, eo quod V.
 Sacramento eam exhibuerit reuerentiam, quod non so-
 lum ipse (qui eo tempore admodum tenuis erat) Impera-
 tor futurus esset, verum ea maiestas multis annis apud po-
 steros eius esset perduratura & multas regiones ipsis subii-
 ciendas, vt hoc ipsum clara luce hodie cernimus, & à Deo
 euidenter demonstratur, quod Casarea Maiestas pariter
 apud Domum Austriacam permaneat & nullus in orbe sic
 potestatus, qui sit potentior & ditior, sicut illius posteris,
 qui ex domo Austriaca prodierunt. Per hanc ætatem men-
 dosus quidam senex, quem Fridericum Holstuch dixere,
 alii Tile Kolup cognominant, Colonia exortus, venit Nuis-
 siam, inde in Westphalam, mentiens se esse Fridericum
 II. Imperatorem, multis credulitatis fidem fecerat. Sed Ru-
 dolphus iussit in quæstionem abripi hominem. Hictor-
 mentis confiteretur, se ista confingere, quare igne concre-
 matus est iussu Imperatoris tantus fallarius. item alius qui-
 dam nebulo Lubeca exiit, qui se Fridericum II. simu-
 labat, sed tandem euauit. Rudolphus præfuit Imperio
 annis 19. obiit ætatis 73. anno Christi 1292. sepultus est
 Spiræ.

LVI

Syfridus de domo Nobilium de Westerburgh, Præpo-
 situs Moguntinensis Canonicus Colonien. anno gratiæ

0.000 4

1275. Archiepiscopus Colonienſis factus eſt. Hic omnem
 fere ætatem ſuam variis bellorum exercitiis contriueſcit,
 quare frigoris ac ætus erat patientiſſimus. Ad vtrumque
 ſtatum, eccleſiaſticum & politicum erat aptiſſimus, quare
 hac promotione erat digniſſimus. Hic diuina ac humana
 pariter ſumma prudentia, & cum applauſu ſubditorum
 omnium rexit. Cumque ad Eccleſiæ gubernaculum ad-
 motus eſſet, multi Principes in eum inſurrexerunt: quare
 cum ſuam prouinciam defendere contra hoſtes conatur,
 egregie illis obuiavit. Comes Arnsbergenſis vna cum
 ſuo filio arma contra eum ſumpſit, verum Syfridus eos pa-
 rere docuit, nec contemnere diuos. Habuit acerrimum
 bellum cum Comite Iuliacenſi Wilhelmo, qui interim
 Aquilgrani cum filio ſuo interimitur, vna cum 400. equi-
 tibus. Syfridus ob illata ſibi damna omnem prouinciam fa-
 cile occupauit, Iuliacum oppidum cepit, & Caſtrum ibi-
 dem funditus deſtruxit. Tulpetum muniuit & caſtrum ibi
 admodum validum conſtrui curauit. Verum ſummus
 Pontifex Martinus III. ſe interpoſuit, & omnia qua fuerant
 Comitum Iuliacenſis, reſtituit. Habuit etiam contro-
 uerſiam cum Comite Monteneſe, quem tamen ad æquas
 redegit conditiones. Dux quoque Brabantia illi aduerſa-
 tus eſt: nam ipſe ab hæredibus Gymnich comparauit Ca-
 ſtrum Carpenæ cum omnibus attinentiis, verum Epifco-
 pus hanc vicinitatem ſibi pernicioſam arbitrans, Caſtrum
 obſedit, cepit & deleuit, & hæc cauſa ſimulatis fuit, & ſo-
 mes. Hic Syfridus cum Rudolphus Imperator apud Her-
 bipolim comitia ageret, ac ingentem à Germania curati-
 bus pecuniam imperaret, ſe viriliter oppoſuit, ac exactio-
 nes illas ſuſtulit. Hic quoque Adolphum Anaxonium Im-
 peratorem cum ſua vxore Imagina Aquilgrani coronauit.
 Ipſe quoque cū Colonienſibus, magnas & longas diſceptatio-
 nes habuit, & tandē res ad præliū peruenit. Habuerūt bel-
 lū de clauū potestate, non ſpiritualiū, & Epifcopo hoc bel-
 lū ſatis fuit infauſtum & ſuæ prouinciæ pernicioſum. Syfri-
 dū Comes Monteneſis anno Domini 1283. in die S. Bonifacii
 capti

captiuum abduxit & per septennium in custodia detinuit, & Comitatum suum pingui bolo deliciosem reddidit. Optimam enim portionem captiuo Archiepiscopo extorsit. Verum Comes Adolphus postea incautus ab eodem interceptus est & misere afflictus, in cauea ferrea interijt. Aestate solitus est ipsum nudum cauea ferrea includere, melle illita, & hoc pacto muscarum morsibus & aculeis obicere, quoad vixit. Et quamuis Comes omnia illa quae extorserat, se redditurum polliceretur & multa plura additurum, vt libertatem consequeretur, nihil tamen impetrat, praeterquam insolens responsum: Habere diuum Petrum, quo suos enutrire queat, nec quicquam rerum ipsius indigere, velle se ipsum docere, quid sit Archiepiscopus tenere captiuum. Sic igitur ad mortem vsque Comitem detinuit. Hic quoq; Brulense Castrum post captiuitate suam contra Coloniensium rebellionem extruxit, & turrim munitissimam iuxta Berckam ad Rhenum, Arcem Sontinam aedificari curauit. Castrum Brulense anno Domini 1188. per Colonienses obsessum est per 4. menses, qui illud expugnare non potuerunt. Hic quoq; Syfridus Ecclesiam D. Francisci Bonnæ aedificare cepit anno Domini 1298. Campensi monasterio sua priuilegia confirmauit & noua conferendo adiecit anno Domini 1295. Postremo cum rebus varie annis 24. praefuisset, vt fidelis seruus Christi, valedixit vitae mortalium, anno Domini 1298. & Bonnæ in monasterio D. Cassij sepulturam suam consecutus est: nam Colonienses à diuinis erant suspensi. Eius epitaphium licet sit difficile lectu & barbariem sapiat, ascribendum tamen putauit:

*Fulget Syfridus de VVesterburg quasi fidus.
Lugduni festo palmarum, qui cathedratu.
Est eodem maesto planctu Bonnæ tumulatus.
Hic prius electus iacet. Hic modo puluere tectus.
Annis vndenis postquam fuit & duodenis
Praesul Agrippina. Sit ei requies sine fine.*

*An. tria c. mille tribus i. minus, inclutus ille
Victurus Christo de mundo transit isto.*

Sub Syfrido anno Domini 1292. electus est ad Imperium Roman. Adolphus Comes de Nassau, qui regnavit annis 6. & per Electores ab Imperio depositus est. Habuerunt Electores Conuentum Moguntia, vbi deligitur Caesar Albertus Austriacus dux, Rudolphi Caesaris filius. Sed cum retinere veller Imperium Adolphus, armatis copiis contra eum profectus est dux Albertus & infestis signis vtrinq; pugnatum est prope Wormaciam. iam in eo conflictu perit Adolphus.

Albertus cum annis 10. regnasset, à fratris filio & Comitibus quibusdam Austria, trucidatus est.

S. Irmgardis Comitissae Zutphaniae filia, omnia terrena caduca respuit, vt Christum eiusque regnum lucificeret. Defunctis parentibus, ipsa omnium bonorum haeres facta est, quae ad Dei honorem pauperumq; sustentationem expendere cogitavit. Contulit se Coloniam & ibi propter loci sanctitatem summi templi, habitationem elegit, & Christo in magna abstinentia & humilitate deuotissime cultum sedulum praestitit. Profecta est tertio Romam, & caput S. Siluestri Pontificis transtulit Coloniam. Rees opidum Ecclesiae Colonienae assignauit & Suichtelen cum omnibus suis pertinentiis, monasterio diui Panthaleonis, eo quod illius Conuentus Abbas, huic esset frater, donauit. Defuncta est plena bonis operibus, & Colonia in summo templo eius corpus visitur. Non est canonizata. Huius Syfridi tempore, id est, anno Domini 1275. fuit quidam religiosus pater F. Nicolaus de ordine diui Francisci, sanctimonia conspicuus. Mortuus est 13. Aprilis, ac illius sacrum corpus sepultum est Nouesij in suo cenobio, qui multis & infinitis claruit miraculis. His temporibus ordinem diui Francisci sanctus Bonauentura instituit.

L V I I.

Wichboldus Baro de familia ab Holte, Westphalus
Decan

Decanus Colonien. & Præpositus Aquisgranensis propter insignem prudentiam, rerum experientiam, ac summam eruditionem anno domini 1298. magis tamen factione nobilium, quam Canonica ad Episcopatum Nuffiæ constitutus est. Fuit vir doctus, prudens ac ætate prouectus, qui professionem suam magis rebus sacris, quam bellicis exequi studuit. Sua prudentia Ecclesiam regere & erigere labriter satagebat. Sui superiores funestis bellis ac tumultibus Ecclesiam mire turbauerant, quare facultates valde exhaustæ erant. Colonia ipsa metropolis iam annis 11. se excommunicationi & interdicto subiacerat. Bonus autem hic pater ac pastor sua vigilantia & virtute, ve absolueretur ab anathemate, procurauit, & effecit, vt apud omnes Principes bene audiret, & ecclesiasticum statum sanctum in bonum ordinem redegit. Multas arces atque oppida, quæ sui antecessores amiserant, ipse recuperauit. Pacis publicæ erat obseruantissimus: cum vero à quibusdam Centauris, bellis impeteretur, eis viriliter restitit. Comitem de Marca, infestissimum Ecclesiæ hostem, qui ausu experiri voluit vires, ita domuit, vt disceret non temerè diuos. Hic Albertum Austriacum Aquisgrani coronauit, Imperatricem vero Norinbergæ. Demum cum auctus & laudabiliter & vtilissime præfuisset, exitiali correptus infirmitate, saluberrimo Christi corpore & sanguine mystico munitus, ex hac lachrymarum valle Princeps optatus, migravit, & Susati in templo Patrocli martyris, repositus. Tempore Wichboldi Archiepiscopi circiter annum Domini 1300. fuit quidam pietate ac nobilitate illustris miles Hermannus Geyr, qui cum in illo, quod patriæ ac pietatis ergo ministrabat bello cecidisset, vxor illius insignis matrona, religioni Christianæ deuotissima, suis ac mariti expensis, construi ac ordinari fecit duo virginum cœnobîa, ambo ordinis Cisterciensis: Vnū in nemore pro Gluell, quod Fontem beatæ Mariæ virginis appellauit, alterum Colonia, quod Hortum D. virginis nuncupauit. Ipsa vero

religiosissima matrona Guderadis mortua est anno Domini 1312. 4. Februarij, & vna cum marito suo sepulta in suo monasterio Fontis beatæ Virginis in nemore. In monasterio Hortus Mariæ Coloniae habent sua reconditi Comites de Noua Aquila, ex quorum familia defunctus est anno Domini 1530. generosus & illustris Comes Hermannus, Præpositus summi templi Colonien. cum virtutum suarum eulogio insigni: qui obiit Augustæ in Comitibus à Carolo V. indictis, & delatus Coloniæ, iuxta vtrumque parentem in eodem cœnobio reconditus. Mortuus est ætatis 39. Anno domini 1305. translata est Pontificia sedes ab vrbe Romana ad Auenionem Galliarum urbem, ubi successores manserunt per 70. annos.

LVIII.

Heinricus II. Comes de Virnenburch, Præpositus Colonien. Vvichboldo succedit. Electio inter Capitularium Senatum facta est diuersa: tres siquidem simul sunt creati: Vvिल्helmus Comes Iuliacensis, qui fuit Præpositus Trebiti apud S. Seruatium, qui cum in bello Flandrico Tribunum militum ageret, nomine regis Franciæ, breui occubuit, cuius electio iam per Bonifacium 8. confirmata fuit. Alij autem duo, scilicet, Reinhardus Vvestenburgius, & hic Heinricus, profecti sunt ad Pontificem Romanum, sed dominus Heinricus, quod notus esset Nicolao IV. Pontifici, quo cum olim Romæ vixerat, confirmationem obtinuit per Clementem successorem. Præfuit annis 16. sub Alberto I. & Heinrico VII. ac Ludouico Bauaro IV. qui paucos dies vixit pacifice. Vndique insurgebant aduersarij, & dum Ecclesiæ iura ac priuilegia conaretur defendere, ad terram confugere, compulsus est. Qui cum plurimis manibus confereret, tum etiam (nescio quo fato) cum ipsa ciuitate Colon. Ecclesiæ tamen commodis & dignitati valde studuit: oppida & arces ædificauit & oppignorata redempta comparauit. Castrum Hulkeroidæ cum suis attinentiis prouinciæ addidit. Idem pro defensione terminorum Ecclesiæ

clisæ oppidum Vrdigen & oppidum Linse denuo com-
 muniuit. Castri in Lechenich fundamenta iacere ceperat,
 licet suus successor compleuerit. Elegit & consecrauit Fri-
 dericum Austriæ ducem in Imperatorem Bonnæ, cum alij
 Ludouicum Bauarum elegissent, & Aquisgrani à Balduino
 Treuitorum Archiepiscopo inungi curassent. Controuer-
 sia hæc in eligēdo, ingentis civilis belli occasionem in Ger-
 mania peperit. Austriæ dux fautores habuit Pontificem
 Roman. Franciæ & Hungariæ reges, Sueuos, Palatinum,
 Argentinenfes & alias multas vrbes: Ludouicum autem,
 qui viribus infirmior erat, & humano destitutus præsidio,
 fortunauit Deus. Imperauit annis 33. Fuit R. D. Henricus
 in Viennensi Cōsilio, quod Clemens V. congregari man-
 dauit. Fuit & Sacerdotum, qui castitatem perpetuam vo-
 cerunt, impuri concubinatus summus osor ac acerrimus
 iudex. Tandem prouidus æconomus ac Princeps ma-
 gnanimus, plenus dierum, viam vniuersæ carnis anno salu-
 tis 1337. ingressus est, & Bonnæ in Sacello D. Barbaræ,
 quod monasterio contiguum ædificauit, sepultus. Huius
 tempore, anno Domini 1310. damnatus est & periit ordo
 Templariorum, qui annos durauerat 180. & eorum do-
 mus alijs religiosis sunt traditæ. Sic Nouesij Minores fra-
 tres, Senatus fauore, eorum cōsecuti sunt Collegium. Hac
 ætate, id est, anno Domini 1450. Canonicoꝝ Regula-
 tum cœnobium Coloniae initium habuit hac ratione: Ho-
 mo quidam plebeius, Christi corpus sanctissimum in Eu-
 charistia circa Paschatis ferias sumpserat, & nihil curans in
 vineam abiit eodem die operatum. Præ nausea autem illud
 uomuit, & puerulus inde ac candidus panis apparuit. Ac-
 currunt multi, rem ipsam contemplantes ac mirantes, &
 cum summa reuerentia reliquias colligunt, & in rei mem-
 oriam, ex bonorum hominum eleemosynis, Ecclesiam ac
 monasterium constituunt, quod inde corpus Christi dici
 cepit. Cœnobium D. Claræ Coloniae auspiciatum est anno
 Domini 1304. inde anno Domini 1306. ecclesiæ dedicatio
 facta, præsentē & operante Henrico II. de Virnenburg

Archiepiscopo Colonien. Gerardo de Pomerio, Missorum Prouinciale, Theologo ac innumeris aliis hominibus Eodem anno ordinatum est, vt monasterium illud occideretur, & vt virgines perpetuæ clausura se deuouerent, cõstitutum, quod plerumq; per totum ordinem illum seruetur. Prima in eo Abbatissa consecrata diua Petronella Scherue, quæ virgo fuit valde religiosa, cui Deus arcani multa reuelauit. Anno Domini 1326. fuit Reinoldus primus dux Geldriæ, qui ex altera sua vxore, quæ fuit filia Gerdonis Comitis Flandriæ, habuit duas filias, Philippam & Isebellam, quæ amba sprete mundi vanitate & nuptiarum copula, huic monasterio, in quo & sepulta iacent, non mediocria bona & incrementa dedere. Fuit & Gerardus Comes Montensis, qui ob deuotionem, quam in religionem habuit, portionem non paruam contulit. Nouesiam D. Claræ monasterium huic cõxtaneum est, cui iam multis annis honesto regimine præfuit religiosa ac veneranda Domina Sophia à Reifferscheidt, Abbatissa, cui omnia cum sacris suis virginibus prospera ex animo precor. Ioannes Duns, quem Scotum appellant vit vnde cumque doctissimus, fuit anno Domini 1308. Cum religio diui Francisci exoriri ac florere cõp̄pit, hic inter primos, eam amplectens est, & plurimum illustrauit. Venit Parisijs Coloniam, & cum morbo quodam laboraret peculiati, ita vt abstractus & sopitis sensibus, quasi mortuus iaceret. Cum autem huius morbi ignati, eum pro mortuo haberent ac sepeliret cõcessissent, constanter assertum est, eum viuum sepultum. Habuit inter alios discipulos qui cum eo perseverarunt, quatuor: Guilhelmum Occam Anglicum, Alpharum Hipponum, Franciscum Maronem & Ioannem Canonicum, quos omnes vt ipse eorum præceptor Ioannes, Theologia præfessor Parisiensis, eruditissimis suis scriptis nomen immortalitati consecrarunt. Scotus disputator subtilissimus acer obiit Colonia ac in fratrum Minorum choro sepultus est.

Anno Domini 1350. claruit Colonia D. Ioannes

lerus ordinis Prædicatorum Theologus, ciuitatis fulcimentum: nemini sua ætate secundus. Huius scripta meram tractant Theologiam. Anno Domini 1298. D. Ludouicus Francia Rex, à Bonifacio in sanctorum numerum reuerus est.

His quoque temporibus innotescere cœpit D. Christina, virgo sancta, quæ nata fuit ex Stommel. Corpus eius æternatur in Neitecken oppidulo. Collegium inde translatum in Iuliacum per Principem Vvilhelmum, anno domini 1569. in profesto diui Remigij. Sub Heinricho Archiepiscopo fuit Colonia quidam insignis ciuis, Euerhardus Gryn, quem duo Canonici summi templi ad conuiuium uitarunt. Accedit vir doli prorsus ignarus, & deducitur in cubiculum, ubi erat famelicus leo. Accurrit statim, ut hominem deuoret: ille ut uidet periculum in mora, arrepto pignore & circumuoluto ad brachium pallio, aggreditur leonem & interficit. Cum porro inimicitia inter ciues & Archiepiscopum exacerberentur, cogitauerant, in gratiam Principis, Consulem hunc è medio auferre. Curauit ille ambo interfici. Narrat Chronicon Coloniese, & pro miraculo apud ipsos celebratur.

L I X.

Walramus Gerardi Comitis Iuliacensis filius, Præpositus Leodiensis, Thesaurarius Colonien, sub Ludouico ac Carolo I V. Imper. ad Ecclesie Colon. clauum admotus ætatis 28. Capitularium Senatus Colon. postulauerat quidem D. Adolphum Episcop. Leodiensem, virum diuitia experientia perspicuum, verum Ioannes X XII. Romanus Pontifex eo posthabito, hunc proposuit. Inde Capitolium consentiens, D. Vvalramum vniformiter creant, & statim Rom. Pont. confirmationem contulit. Erat egregius iuuenis, summæ modestiæ & humanitatis ergo omnes, cum summos, tum infimos: laude insignis & idcirco omnibus etiam suis longe charissimus. In rebus mundanis uidebatur non ita esse exercitatus, qui iuuentutem suam in

liberalibus studiis Parisiis & Aureliae contriuerat, verum ad Ecclesiae gubernaculum admotus, se virum exercitantissimum, ac vtilissimum declatavit. Ob generis sui nobilitatem ac potentiam, seditiones illae & bella, quae haecenus Ecclesiam mirum in modum conturbauerant, cessabant, & in eandem consopitis bellis, in summa pace ac tranquillitate per annos 12. rexit. Summus Pontifex, quo cum olim Bononiae literis operam dederat, eum plurimum diligebat. Ipse Ecclesiae castra inuenit aut collapsa, aut destructa, aut oppignorata, nonnulla initiata, sed nondum perfecta, quae omnia reparare & consummare magnificis ac decentibus structuris, studuit. Habuit fratrem comitem Iuliacensem, cum quo illi non bene conuenit, ob facultatum Ecclesiae ambitionem: ipse tamen suae provinciae optime prospexit. Quare castrum Lechernich, ut esset singulare Ecclesiae Colonien. fulcimentum, inuito fratre erexit & perfecit. Alia castra utpote Brulense, Gudesberg, Hatt, turribus ac mœniis egregie muniuit & possessiones nobiles acquiritur precio. Oppidum Reinbach, castrum Ode & Poppellort, Nordenai, diœcesi adiecit. Castrum Zeltanck super Mosellam ab Ecclesia abalienatum, à comite de Veldenze magna pecunia obtinuit. Oppidum Minden in terra Westphaliae restaurauit & mœniis fortiter communiuit. Sub hac temporum amœnitate Clerus & populus Coloniae excussis illis bellorum tumultibus, tranquilla gaudens felicitate, egregie respirauit. Monasterium Carthusianorum Patrum Coloniae construxit, fundauit ac liberalissimum dotauit anno Domini 1331. Commendabile est hoc cœnobium tum ob bonorum hominum fauorem & gratiam, tum ob religiosorum patrum summam pietatem. Laurentius Surius suis assiduis vigilis, laboribus multum Christianae Reipublicae profuit, qui anno domini 1578. 11. Maij feliciter in Domino obiit. Ordo hic sacer per D. Bretonem Coloniae Agrippinae ortum anno Domini 1081. inuicem habuit, & per plurimos summos Pontifices confirmatus. Walramus Archiepiscopus cum aliis quibusdam

Electo

Electo-
ro in
Rens,
contra
Ludou-
icum
excom-
muni-
catum,
Caro-
lum IV.
Impera-
torem
elegit,
& Bonnæ
coronauit.
Hæc
electio
non ces-
sit VVal-
rano
feliciter:
Nam cum
Ludou-
icus
Impera-
tor in eum
arma
sumeret,
& nonnulli
Comites
sines
illius
aggred-
erentur:
in his
casibus
ac rerum
discrim-
ine, ipse
ob nimios
sumptus,
quos bellum
requirit,
dis-
cessit,
& maluit
peregrinari,
quam illas
molestias
ferre.
Regimen
Ecclesiæ
Laicis
quibusdam
personis
commisit,
& hæc
mutatio
Episcopatu
non mediocri
peperit
malas.
Agebat
aliquot
mensibus
Parisiis,
& ob animi
mœtorem
agrotare
cœpit
pridie
Assump-
tionis
B. Mariæ,
& inuale-
scente
morbo
anno
Domini
1349.
ibidem
mortem
obijt.
Inde
delatus
est
Coloni-
am & hono-
rica
sepultura
in tem-
plo
summo
donatus
est.
Successor
eius
supra
tumulum
ip-
sius
insigne
de mar-
more
albo
atque
nigro
artificio-
sissime
construi
fecit
mauso-
leum.
Fuit
autem
D. VVal-
ramus
statura
corporis
mediocri,
pius
in pau-
peres,
qui neminem
ad vindi-
ctam
expetit,
nec exactio-
nibus
intendit.
Patriam
facis
opulentam
reliquit
& Eccle-
siam
liberè,
nisi quod
Vi-
carii
eius
eo
absente
minus
rectè
instituerant.
Quod
leui-
bus
personis
sua
commiserit
consilia,
à quibusdam
taxa-
tur.
Anno
1352.
ex illustri-
bus
Canonicis
interfecti
sunt
D. Reinardus
de Span-
heim & D.
Ernestus
de Molen-
arcken,
& à diuinis
multis
diebus
Coloniæ
cessatum
est.
Ven-
alia
hoc
tempore
sacerdotia.
Pecuniæ
obediunt
omnia.

Copia nummorum trahit ad se corda virorum.

L VIII.

VWilhelmus de domo Nobilium de Genepe oriundus,
Canonicus Colonienſis, Præpositus Sufatenſis, anno Sa-
lutiſ 1350. ad instantiam ſummi Capituli ac Nobilitatis, li-
cet inuitus, ad Archiepiscopatum inductus est, ac per Cle-
mentem VI. confirmatus. Fucrat ſuperiori admodum fa-
miliaris & diœceſeos negotia perſpecta, habuit. quare ad
clauum aſcitus, eo commodius præſſe potuit. Fuit vir

PPPP

valde prudens & publica pacis obseruantissimus, & iniurias sibi illatas prudenter nouit dissimulare, & hoc potius de omnibus Principibus bene mereri studuit. Obterum dexteritatem summam erat apud Imperatorem ac Regem Francia autoritatis. Hic pro Ecclesia reformatione & vitiatorum extirpatione omnibus viribus inuigilabat & praenimio zelo Religionis, seipsum viribus extenuabat. Alienenum persoluit & omnia admirabili industria ad integritatem redegit. In construendis, ac ornandis castris suoartecessori non fuit dissimilis. Hic summum altare Coloniae in maiori Ecclesia de marmore fecit: hic quoque argentum illas Apostolorum imagines, quae adhuc viuunt, contulit. Eius tempore Andernacenses inurgebant, & castra apud eos demoliri conati sunt. Undique videbantur angustia premere, verum bonus pastor in omnibus auersitatibus, semper animum inuictum obtinere visus est. Fuit egregius ac gloriosus, locupletissimus Princeps, sed in omnium rerum abundantia ac splendore, cupiditatis taxatus est. Fuit autem statura, & aspectu pulcher, eloquens, prudens, hospitalis in pauperes, habitu magnam praese ferens grauitatem. Cumque iam graui laboraret infirmitate, ipse de Ecclesiae statu non parum angebatur. Aduocari fecit amicos suos & Ecclesiae ministros, eisque non paruam argenti copiam elargitus est. Postremo iam inualescente morbo, aduocatis consiliariis, quem sibi in pontificali sede succedere peroptaret, declarauit. Voluit vniuersioris Ecclesiae Praepositus, Romanam curiam adire, aliorumque nutu Archiepiscopus Coloniensis censebatur, atque ut promptior esset, ingentem nummorum vim illumerari iussit. Verum hic accepta illa pecunia, quae sponderat & quae D. Vvilhelmus exoptauerat, minime est executus. Denique D. Vvilhelmus vita huius usuram amisit anno Domini 1362. & Coloniae in summo templo per magnificum choro, in marmoreo sepulchro, quod viuens erigi curauerat, est sepultus. Reliquit Episcopatum, omnibus rebus necessarius, vino & frumento refertissimum, quae omnia

post eius obitum, ita breui absumpta sunt, vt quasi nihil profus reliquisse videretur. Philargytia vitio in viro principe nihil turpius. Tenax requirit prodigum. Rectè dictum:

*Non sibi sed aliis aries sua veller a portat:
Sic aliis cumulat diues auarus opes.*

Vacauit inde sedes menses 10. Vixit Vvilhelmus sub Carolo IV. Imperatore, qui fuit filius Regis Bohemiæ, coronatus est Bonnæ, quod Aquilgranum & Colonia eum Celatrem nolent agnoscere. Hic Carolus cum ad Imperium licet difficilimè peruenisset, regnauit annis 32. à morte Pragæ sepultus est gloriofus Imperator.

Huius Vvilhelmi tempore, id est, anno Domini 1357, contigit Colonia grassante peste, vt mulier quædam ex nobili familia, in parœcia S. S. Apostolorum, Richmodis vocabulo, ad tumulum, vt putabatur, mortua efferretur ac sepeliretur. Vespillo cum nocte ad detrahendum in digito relictum anulum, venisset, retrahente illa, præ stupore relictis omnibus, aufugit; arripuit illa lucernam & domum repetiit, & admirantibus cunctis, à marito tandem agnita & suscepta est. Quæ inde trium filiorum facta est mater.

LXI.

Joannes à Virnenburg summæ ædis Colonien. Decanus, præfuit vt diœcesis vicarius. Præpositus maioris templi, quem D. Vvilhelmus moriens designauerat successorem, vt dictum est, illius sefellit expectationem, Capitulares in tantis rerum motibus consternati, electione distulerunt. Tandem post longam vacationem, id est, decem mensium, conuenerunt, & de suffragiis dissiderunt: Laicorum votis D. Joannes hic Virnenburg conclamatus est Archiepiscopus. Huic violentæ acclamationi nonnulli ex capitularium Senatu se opposuerunt, nonnulli consenserunt. Joannes igitur profectus est pro confirmatione Romam, & à Pontifice, quem hæc res non latuit, repulsa

PPPP 2

passus est. Reuersus inde, Episcopatum inuasit, relictis amplissima Ecclesie bona cepit invadere, ac pro suo libitu expendere, & se non pastorem fidelem, sed leuatum exhibere. Hic à quibusdam inter Archiepiscopos non numeratur. Interim summus Pontifex Urbanus V. cum sibi ad suas manus omnia assumpsisset, ac vindicasset, quem præficeret, secum expendit.

LXII.

Adolphus II. Comes de Marca quum Monasteriensem Episcopatum per quinquennium administrasset, ad Colon. Archiepiscopatum per Urbanum V. admotus est. Fuerat Canonicus Coloniensis, & in iure civili satis versatus, qui temporibus suis satis pacifice gubernauit, postea tamen ingruentibus malis infestationes aduersariorum sustinere coactus est. Cœpit his temporibus translatio Pontificum frequentari, quæ ante fieri non consueuerat. Adolphus autem promotionem ad Colon. Ecclesiam non ambierat, nec Capitulum eum postulauerat: ipse enim animam ad diuina adiicere nunquam cogitauerat. Cum itaque mensibus 11. parum utiliter præfuisset, resignato Pontificatu cessit, ex necessitate faciens compendium, anno Domini 1364. Fuerat ætate iuuenis & ad huiusmodi fastigium nullam morum grauitate præditus. Tandem oppidanorum Cluensium fauore ad Comitatum Cluensium peruenit, & ab iis pro hæreditario domino habitus est. In hoc rerum gubernaculo annis 26. vixit, ducta vxore Margareta filia Gerardj Comitis Montensis, & ex ea suscipit filios 7. ac filias 9. Fuit Cluensium Comes vltimus anno domini 1381. Succedit illi in Cluensium regimine Adolphus III. anno Domini 1394. Hic primus Cluensium Dux creatus est in Concilio Constantiensi à Sigismundo Cesare, anno Domini 1416. Hic præfuit rebus annis 54. Huic succedit Joannes, dictus mit den Bellen, anno Domini 1449. qui præfuit annis 32. qui à morte Cliuis in parochiali templo sumptuosiss. sepultus est. Habuit vxorem Elizabeth, quæ fuit filia Ducis Burgundiæ. Huic Joannes, quæ Misericordem

dem appellant, anno Domini 1481. qui rexit annis 40. eius
 vxor Mettildis, filia Lantgrauii Hassiæ. Inde Johannes, qui
 dictus est pacificus anno Domini 1521. gubernauit an-
 nis 28. Hic cum esset Dux Cliuensis, & Comes Marchiæ,
 duxit vxorem Mariam vnicam filiam Vvilhelmi VI. Juliæ
 ac Montis Ducis filiam, cum qua Juliacensem & Monten-
 sem Ducatus consecutus est, Præfuit hic Juliacensib. annis
 28. Huius filius Vvilhelmus VII. Cliuensium V. Juliacen-
 sium X. Montensium octauus Dux, Comes Marchiæ &
 Rauensburgen. Dominus in Rauenstein, duxit vxorem
 an. Domini 1546. in magno Germaniæ tumultu, Mariam
 Ferdinandi Romanorum Imperatoris filiam, ex qua duos
 filios & quinq; filias procreauit. Filius maior natu obiit
 Romæ anno Domini 1575. in Martio, qui fuit natus anno
 Domini 1550. sepultus in templo Germanorum ad pedes
 Adriani Pontificis Germani pomposissimè. Anno Domi-
 ni 1537. Carolo Duce Geldriæ defuncto, nec relicto he-
 rede masculino, Geldrienses Vvilhelmum Juliæ Ducem ele-
 gerunt, qui Ducatum illum diu retinere non potuit. Ori-
 ginem Ducatus Juliacensis (quia eius hic commodè inci-
 dit mentio) breuiter hic adducere ab hoc nostro instituto
 alienum non tum arbitratus. Anno Domini 1098. Gode-
 fridus de Bullion, Dux Lotharingiæ, Urbano II. Pontifice
 Maximo adhortante, ad terram sanctam cum multis aliis
 Christianis Principibus expeditionem suscepit. Profectus
 est cum duobus suis fratribus Balduino & Eustachio ac a-
 liis per Asiam & Syriam, & vrbe Hierosolyma potiti sunt
 anno Domini 1099. & ipsi ibi Saracenis pulsis regni se-
 dem constituunt. Hic Godefridus per vnum tantum an-
 num rerum potitus est & decessit. Balduinus autem fra-
 ter post eum Rex creatur: Eustachius autem frater ex Pa-
 lestina reuersus, in Comitatu Bullonienli patri successit:
 ab hoc Eustachio, Juliacenses Comites ortum ducere exi-
 stimantur.

Otho Comes primus Juliæ ex filia Comitis de Vianen
 in Ardenna, vixit circa annum Domini 1064.

Fridericus de Juliaco interfectus apud Vilerum in praelio inter Henricos patrem & filium Imper. anno Christi 1104.

1116. Gerardus Comes Juliacensis.

1170. Vvilhelmus primus eius nominis.

1127. Gerardus II. habuit vxorem filiam Comitis Schauuvenburgk.

1237. Vvilhelmus II.

1247. Vvilhelmus III. vxor Joanna filia Comitis Flandriae. Hic vna cum filio ac aliis plurimis Aquisgran interfectus est.

1277. Vvaltramus Vvilhelmi filius succedit, qui Aquisgranenses multat ob necem patris.

1299. Gerardus III. vxor Elizabeth, filia Comitis Cluenensis.

1325. Vvilhelmus IV. primus Dux Juliacensis, vxor Maria filia Ducis Geldriae. Hic transtulit Canonicos ex Stommel Niteken, qui iam agunt Juliaci. Hunc Ludouicus V. Imperator Marchionem Juliacensem creauit anno 1329. Quem deinde post 26. annos videl. anno Domini 1356. Carolus IV. Imperator Ducem Julia designauit.

1361. Vvilhelmus V. vxor Catharina, filia Comitis Hollandiae.

1402. Reinaldus, vxor Maria de Harcouit, Domina de Arthor & de Burbecke.

1423. Adolphus, vxor prima Jolanda, filia Ducis de Bajer, secunda Elizabeth, filia Ducis Bauariae.

1424. Robertus, vxor Maria vidua Reinaldi III. Ducis Juliae.

1431. Adolphus, IV. Montensis & VI. Juliacensis Dux. Praefuit annis 6.

1437. Conradus IV. Dux V. Montensis, & VII. Juliacensis. Praefuit annis 38. vxor eius Sophia Ducissa Saxoniae.

1475. Vvilhelmus VI. vxor prima Elizabeth, filia Comitis de Nassau, secunda Sibylla, filia Marchionis Brandenburgensis, cum qua Carthusianorum patrum fundauit monasterium, prope Juliacum.

1511. Joannes Dux Cliuens, per vxorem Mariam, filiam Vvilhelmi VI. Juliacensis, factus est Dux Juliae. Ex hoc procreatus est modernus Vvilhelmus Juliacensis, qui natus est anno 1516.

LXIII.

Engelbertus tertius Comes Marchianus, Episcopus Leodiensis, cui Ecclesiae annis ferè viginti sub Carolo IV. laus strenuè ac laudabiliter praefuit. Pontifex Romanus, nequid eius deesse videretur voluntati, eum ad hunc Archiepiscopatum, q̄ tamen malisset in sua sede permanisse, transtulit. Hunc diocesi Colonienfi, tum ob senium, tum ob graue æs alienum, non æquè commode professe potuit. Veteribus debitis noua addere compulsus est. Prope Lynceum oppidum, Castrum contra hostium impetum (quod tamen anno Domini 1475. incendio perit) nouum construxit. Fuerunt nonnulli improbi homines, qui in eum conspirauerant, quorum maligna consilia, prudenter dissoluit. Cum iam senio grauaretur ac aduersa laboraret valetudine, Capituli consensu D. Cononem à Falckenstein, qui diocesi Treuerensem sua vigilantia defendebat ac gubernabat, in coadiutorem assumpsit. Inde in Brulensi castro, vita solitariae vacabat & post longas morborum defatigationes ann. domini 1568. sui Praesulatus s. defunctus est & in summo templo honorificè tumulatus.

LXIV.

Cono à Falckenstein designatus ac confirmatus Archiepiscopus Treuerensis, in coadiutorem Colonien. Ecclesie tertio Capituli consensu assumptus est anno domini 1568. Erat Princeps pietate ac animi dexteritate eximia praeditus. Praefuit duabus amplissimis prouinciis, quas summa cum laude ac utilitate rexit. Erat Colonienfis Ecclesiae graui aere alieno pragranata, quam ille liberam breui tempore reddidit. Andernacenses, qui sub Vvilhelmo Genepeo insurrexerant, compescuit, sed & promuro omnibus hostibus se opposuit. Ecclesiasticum sta-

tum non parum corruptum, sua vigilantia restituit. Sub isto quædam exitialis simultas intra ciuitatem Colonien- sem & Clerum exurrexit, ob insolita vectigalia, quæ semper noua inducuntur, vindicante suas libertates ac priuilegia clero. Quare ciuitas interdicto subiecta est per biennium. Cum autem ciuitas hoc non curaret, Clerus relictiis omnibus, se extra Coloniam ad alia loca transtulit. Inde cum extra urbem per sesquiannum egissent, Reipublicæ Gubernatores ad cor redeuntes, eos reuocauerunt, & Conone intercedente ad concordiam uenerunt.

Immunes habeantur Clerici omnes ab omni publica indictione & labore, ut liberi Deo seruiant, nullaq; coacti necessitate ab Ecclesiasticis officiis retrahantur: liberi iure & à tallis seu exactiõibus 4. Toleta. Conf. Can. 46. Qui ergo eos publicis actiõibus, applicare præsumpserit, agnoscat se pacem Ecclesiæ non habere, nisi humiliter peccatum suum emendet 4. Aurelianum Cano. 13. Cum autem D. Cono annis 3. summa cum laude pariq; uirtute utriq; dignitatis præfuisset, resignato cum gratiarum actiõne Colonien- si Archiepiscopatu, cessit, & ut suus nepos Fridericus substitueretur, à Capitulo obtinuit. Demum à morte cum Confluentiæ diem clausisset extremum, ibidem terra mandatus est. Eo tempore Comes Arnsburgius Goitfridus fuit vna cum coniuge sua nobili de domo Cluensi pietate insigni conspicuus: cum uerò non haberent masculum hæredem & ad senilem ambo peruenissent ætatem Comitatum suum cum omnibus attinentiis Ecclesiæ Colon. augendæ pietatis studio, assignarunt, & Comes post mortem, qui obiit Brulis in castro, Colonia in summo templo honorificè tumulatus est.

Anno Domini 1384. puer de Innocentibus, quos Herodes (teste Euangelista) ob Christum interfecit, Venetiis, qui ex Sicilia illuc translatus, à fratrib. Minoribus Coloniam ad eiusdem ordinis fratres, transmissus est. Archiepiscopus Colonien- sis Fridericus Saruordensis eas reliquias Innocentis pueri, quæ Colonie apud Minores in ma-

gna conseruantur reuerentia, ac à piis frequentantur, sua authoritate, tanquam veras ac legitimas, confirmauit & priuilegijs ac indulgentijs, qui eas uisitarint ac uenerati fuerint, profecutus est. Habent & S. Annæ dominæ nostræ genetricis Christi scapilium, quod magna populi deuotione frequentatur. Digitus eiusdem translatus anno Domini 1478. ex Perusio, apud Prædicatores fratres conseruatur.

Caput S. Annæ matris gloriosæ uirginis translatum est Moguntia Marcoduram anno Domini 1501. per Latomum quendam. Cum autem Moguntinenses insecuti essent, ac sacras reliquias antequam e ciuitate abiissent, per mulieres compulsi sunt, illas illic relinquere. quæ usq; hodie in magna ibidem reuerentia conseruantur.

Anno Domini 1373. fuit religiosus pater Conradus Minorum fratrum Prouincialis, reliquiarum sanctarum collector studiosissimus: hic partem capitis diuæ Barbaræ Nicomediensis Roma transtulit Coloniam, & ibi magna populi deuotione uisitatur & exhibetur. Corpus huius uirginis Placentiæ conseruatur, in monasterio, quod factor Caroli Magni fundauit.

L X V.

Fridericus III. Comes Sarverdensis, Canonicus Coloniensis instantia D. Cononis sui auunculi à Capitularibus in Archiepiscopum Coloniensem anno domini 1370. legitimè assumptus est ac confirmatus per Urbanum V. Carolus IV. Imperator promotionem hanc conatus est impedire, ut suum cognatum Episcopum Argentinensem ad hanc Ecclesiam promouere posset, uerum res aliter cecidit. Postea cum uidisset Imperator, quod impedire non posset, eum amplexus est & ualde dilexit, ac in multis expeditionibus comitem adhibuit. Cum autem Fridericus ad Ecclesiæ regimen esset admotus, erat satis iuuenis ætate, uerum doctus, sapiens & legum Imperialium peritia clarus & morum maturitate pollebat. Dederat olim Bo-

nonia operam bonis literis vna cum Gregorio XI. Pontifice, & eò facilius confirmationem obtinuit. Tres ordine Imperatores Venceslaum, Rupertum & Sigismundum elegit & cōsecrauit Aquilgrani. Venceslaus Caroli IV. filius tandem à Sigismundo fratre propter suam ignauiam captus est, & Viennæ in carcere seruatus. Rupertus Dux Bauariæ Coloniae an. domini 1400. ab Archiep. coronatus est vir Christianis. & iustitiæ amator. Compositis in prouinciis rebus anno 10. Imperit, sabirò mortuus est & Monachii sepultus. Sigismundus Caroli IV. filius rex Bohemiarum ac Vngariæ, vir prudentia & linguarum peritia, letterarumq; cognitione omniq; virtutù genere clarissimus, legitime post Rupertum anno Domini 1411. creatus est. Hic omnium nationum consensu Constantiæ Concilium congregauit. Ibi Ioanne XXII. Gregorio XII. Benedicto IX. Pontificib. abrogatis, electoq; Martino V. vniuersam Rempub. sua industria suoq; maximo labore componere studuit. Quibus reb⁹ ex sententia compositis, mores etiam tam secularium quam clericorum nimia licetia labefactos, suo hortatu in meliorem formam deduxit. Tandem anno Christi 1417. ætatis suæ 70. mortuus est. Hic Comitatum Cliuensem in Ducatù ann. domini 1416. exaltauit. Huius Archiep. tempore Academia Colon. anno domini 1388. sub Urbano VI. procurante amplissimo Senatu, initium habuit. Primam lectionem præsentè Senatu ac Clero in domo Capitulari maioris Ecclesiæ fecit D. Gerard. Gallicariensis ac Theolog⁹ quidam Parisiensis. Hic quoq; olim Vniuersitatis huius fundaméta iecere D. Albertus Magnus, S. Thom. Aquinas, Ioann. Scotus doctissimi viri. Albertus Magnus (cuius corpus apud Prædicatores cōseruatur) maturè mundum contempsit, & ordinem Prædicatorum amplexus. Cum sapientia & insigni eruditione, cum vitæ probitate plurimum polleret, electus est Episcopus Ratisponens. Quam prouinciam cum annis aliquot laudabiliter administrasset, ob negotiorum vndas, vltro deseruit. Inde liberius & maiori cum tranquillitate Domino Deo seruit.

ret, & sacris literis vacaret, pietati simul & diuinis scripturis sese consecrauit. Colonia D. Thomæ Aquinatis egit præceptorem, cuius inde familiaritate semper coniunctus. vultus est. Fuerunt disuncti corporibus, at mente coniunctissimi: quare hic obitum illius per Spiritum cognouit & fratribus suis in cænobio significauit. Coloniae satis diuturnus scilicet anno ætatis 87. cum iam ultra 70. annos in Ordine vixisset, vitæ huius vsuram amisit, & ibidem in choro sepultus. Fertur eum miracula olim ædidisse. Anno Domini 1403. eius sepulchrum in præsentia multorum insignium doctorum virorum, apertum est.

D. Thomas Aquinas natus loco illustri ex Comitum familia, monachus Prædicatorii Ordinis factus sub Conrado Imperatore, Alberto Magno præceptori operam dedit in conuentu Coloniensi. Eo processit eruditionis indefessa cura & ingenii magnitudine, vt facile principatum obtinuerit in gymnasio Parisiensi. De huius autem meritis pauca dicere excellentiæ meritorum detrahit. Fuit autem non postremus, qui Germaniam illustrauit Christi doctrina. Obiit anno Domini 1274. ætatis 50. Joannes XXI. eum canonizauit.

Inter Fridericum autem Archiepiscopum & metropolim incidit quædam fatalis simultas, quæ satis fuit diuturna & exitialis. Colonienses in Episcopi detrimentum monasterium D. Hereberti & Ecclesiam demoliti sunt. Fuit enim inde se anno 1364. à Coloniensibus subdulerunt, quam eiusdem cum illis essent iuris. Hic Fridericus castrum Zons muniuit, & oppidum muro cinxit, condidit ibidem Ecclesiam, quam monasterio Brauueiler incorporauit, vt dicitur. Tandem laudatissimus Princeps, æconomus circumspectus, cum annis 44. laudabiliter præfuisset, Bonæ ab his Babylonis fluminibus ad æternæ salutis portum anno dominicæ Incarnationis 1414. die 9. Aprilis ambulauit & Coloniæ in summo templo iuxta D. Reinoldum honorificè terræ, communi mortalium receptrici, mandatus est. In eodem Sacello missam de B. Virgine

figuratio quotidie decantari suis sumptibus ordinavit. Anno Domini 1448. Cœnobium Bottenbrock monialibus suis destitutum, à Campensibus fratribus, Hermano Kempensi Prioris Vicario, & Arnolfo Brempt, inhabitari cœpit. Agit in eo hoc currente tempore 1579, Priorem D. Vvilhelmus de Cæsaris Vverdena.

LXVI.

Theodicus Comes de Morfa, Præpositus Bonnenfis anno Domini 1414. à maiori Senatus Capitularium pete, creatur, nonnulli contra hunc elegerunt Vvilhelmum Montensem, de Rauensburg, qui erat Episcopus Paderbornensis. Verum hic resignata illa Ecclesia, Theodicus neptem, Comitissam Teckheiburg duxit uxorem. Nuptiæ admodum splendide in arce Arnsbergensi, præsentis Archiepiscopo celebratæ sunt. Inde Theodicus per Vvilhelmi resignationem, Administrator Paderbornensis anno Domini 1415. per Capitularium voluntatem, factus est. Ingressus est cum equitatu numerofo ac splendido Paderbornam & inauguratus anno Domini 1414. sub ingenti tempestate. Dederat operam bonis literis Bonniæ & iuris Pontificii magnam adeptus est eruditionem. Erat corpore pulchro & statura eminenti, animo permagno & liberali. Gessit multa bella pro Ecclesiæ defensione. nunquam tamen sacerdotalia domiunia & ciuilem administrationem neglexit. Habuit duos fratres Ioannem & Vvalramum, quorum hic Traiectensem, alter verò Monasteriensem rexit Ecclesiam. Ipse Albertum & Fridericum tertium in Imperatores Aquilgrani coronauit. Albertus Aultriaci sanguinis Princeps, Hungariæ & Bohemiarum rex, quas regiones amplissimas nomine vxoris sue, que fuit vnica filia Sigismundi, obtinuit. Creatus est aucto Imperator anno Domini 1438. post soceri sui mortem, & vitam anno secundi Imperii finiuit. Fridericus tertius post obitum Alberti, anno Domini 1440. Aultria Dux, designatus Cæsar, præfuit annis 53. Sub eo anno Christi 1451. die Maii 27. post diutinam obsidionem, grauissima ca-

dem oppugnatione potitus est Amurathæ filius Mahometes Turcarum Imperator, vrbe Constantinopoli. in eaq; tantam crudelitatem exercuit, vt nulla id lingua oratione explicari possit. Cæsar Constantinus inter fugiendum prope portam trucidatus est, eius amputatum caput, cuspidi infixum, circumferri per urbem voluit Turca: iussit & crucifixi Christi imaginem erigi in vrbe & superferri: Is Christianorum Deus est. Præcepit autem eam stercorebus proiectis, ignominia causa conspurcari. Cæsaris coniunx & filia, vna cum aliis honestioribus matronis in conuiuium pertractæ sunt, atq; ibi primum constuprata, postea frustulatim dissectæ. Turcæ non tyranni, sed immanes bestia potius dicendi. Archiepiscopus Theodoricas insigni pompa equestri Coloniã ingressus est, & inauguratus anno Domini 1418. Hæreticos Bohemos, qui eius tempore exurgebant, qui templa & monasteria pariter diripiebant & populabantur, vehementer exosus est: quare aduersus huiusmodi hæreticos seditiosos magnis sumptibus, cum aliis Principibus duas fecit expeditiones. Anno Domini 1377. fuit Joannes Hirs, qui modum communicandi sub vtraque specie contra Ecclesiæ Catholicæ consuetudinem & alia nonnulla absurda, induxit. Monasteria aliquot Archiepiscopus, quæ à primæ institutionis suæ vigore defecerant, reformauit & Ordinem S. Brigittæ in suam dioccesim inuexit, ac Collegium fundauit & dotauit, quod Nemus B. Mariæ dicitur. Processionem illam celeberrimam, quæ feria 6. ab octaua Paschatis fit, Coloniæ, Senatus consensu, instituit, ob festum commendationis B. Mariæ. Sub eo festum Transfigurationis Domini anno salutis 1456. institutum est. Theodoricus à Comite Cliuensi anno domini 1424. arcem Cartaris Vverdenam cum teloneo ac oppido obtinuit, qui eam cum omnibus attinentiis ac iure diocesis Coloniensis assignauit, & vt in perpetuum eius esset, confirmauit. Licet autem à Cliuensibus sæpius sit repetita, oblatione & depositione certæ pecuniæ, simulq; actione contra Colon. instituta nihil

obtinuere. Ipsi Principes Electores Colon. iusto titulo
 prescriptione longissima, possessionem arcis & telonei Ce-
 sareæ Insulæ tutati sunt, nec non & in præfentiarum ad hoc
 defendunt, ita vt Cliuenses in annum Domini 1576. nihil
 obtinere potuere, quinimo hæcenus repulsi sunt. Cumq;
 exactiones per prouinciam grauissimas, imperasset, subdi-
 torum exasperauit animum. Inde Sufatenses ab Archiepi-
 scopatu se subdixerunt, quos ne bello quidem compelle-
 re seu reducere potuit. Eo tempore ac Theodorico auro-
 re, prouincia non mediocria passa est damna, quæ non-
 dum sunt expuncta. Fuit homo planè Polypragmaticus,
 qui tam varia attentauerat, fuit tamen egregius Princeps
 & magnum Romani Imperii decus. Cum præfisset Ar-
 chiepiscopatu Colonienſi annis 48. Paderbornensi 38. ac
 Halberſtadenſi totidem, in arce Sontina, ipſo die sancti
 Valentini, anno per Christum reparatæ gratiæ, vitam cum
 morte commutauit. Et quemadmodum horrenda toni-
 trua & cœli valida tempeſtas, hunc urbem Paderbornen-
 sem ingredientem excepit, ita multo maior & concitior,
 ex vita hac exeuntem excepit, quæ non tantum hanc ur-
 bem, sed & finitimas circumquaque terras omnes vide-
 batur perditura. Delatus est Coloniam ac post triduum
 in summo templo solemnibus exequiis, non procul à Sa-
 cello trium Regum tumulatus.

Theodotici Epitaphium post summum altare.

Theodoricus erat formosus corpore, mente

Pulchrior & lingua dulcis, in orbe valens.

Præsul Agrippinus nulli pietate secundus:

Magnificus factis, religione, fide.

Octenis lustris totidem labentibus annis,

Præfuit Ecclesia pastor ubiq; bonus.

Morsâ dedit mundo, Zons hunc sed ad astra remouit.

Quem duce tu Petro suscipe virgo pius.

In sublimi super Sacellum trium Regum hæc
 exarata sunt carmina.

*Anno millesimo quater quarto, trigeno,
Nonas Octobris ventus de nocte flat ingens,
Grandem hunc lapidem testudine pellit.*

Habuit Theodoricus Suffraganeum in Spiritualibus D. Joannem Schlechter, qui fuit de ordine F. Minorum, Theologus insignis, obiit anno 1457. Anno domini 1459. pueri è Germania turmatim ad S. Michaelem peregrinantur. Eius quoque tempore cœnobium virginum Regularium Nouesii, quod Mons B. Matia appellatur, à quadam prædite ciue, matrona Nouesiensi, initium habuit. Præfuit illi multo tempore laudabiliter generosa ac nobilis D. Katharina Anseli senio grauis, agit & presenti tēpore 1579.

LXVII.

Rupertus Dux Bauaria, eligitur concordibus totius Canoniorum ac Nobilitatis senatus suffragiis anno domini 1463. Carolus Dux Burgundia inilitit p Barone de Bourbon: inilitit & Dux Cliuens, p comite de Schvartzéburg, sed uterq; repullam passus est, q̄ indignissimè tulère. Erat aut Rupertus generis ac animi, ingeniiq; virtute ac nobilitate clarissimus Diocesi suam oppignoratam ære alieno & penè oppressam liberare constituit. Erant tunc eo sub principe verè aurea tempora & omnia, q̄ ad hominū vsutū spectant, facilimo ære redimi poterant: nec sanè video ea unquam ob hominum nequitiam, reditura. Præfuit hic variè ac tumultuariè annis .6. Cumq; cum suis capitularibus summi templi similtates exercere cœpisset, anno Domini 1472. & animus illius nullo modo emolliri potuisset, seminarium fuit ingentium malorum. Capitulares sibi prospiciunt, & D. Hermannum Langrauium Hassia, virum in primis nobilem & strenuum, Gubernatorem provincie totius contra Rupertum cōstituunt. Rupertus autem à suis partibus habuit Carolum Ducem Burgundia, virum opibus & bellis clarissimum. De hoc Carolo & in Leodiensibus in Ludouico Burbonio, qui Leodium tractauerat, videre est. Hoc anno Cometa magnus (qui semper aliquid prodigii solet portendere) visus est. Hic

igitur Carolus Colonienſib. grauiffimè comminatus eſt, ut ſuo Epifcopo parerent: Verum cum præter ius ſuum ageret & illi negligenter, ingentem in diœceſim exercitum induxit, & Noueſium grauiffima obſidione, quæcepit altera S. Panthaleonis, per annum ferè obſedit, & eo ad magnam redegit inopiam. Antea totum Ducatum Gledriencem & Comitatum Morſſenſem, domuerat. Verum D. Hermannus ante obſidionem, magno animo cum fortiffimis ac ſelectiffimis ciuitatem ingreſſus, qui ciuitatis ſumma fide affuit, quiq; maluit pro patria mori fortiter, quàm proditoriè quid designare, licet ingentibus promiſſis ad proditionem ſapius ſit ſolicitatus. Ipſe à tremendo Burgundiano fulmine ſe obſideri paſſus eſt, ac contra burius formidandum imperum, annum ferè integrum, quæ obſeſſum fuit oppidum, fortiter tutatus eſt. Tum Coloniensium (qui non in mediocri erant timore) fidelem operam experti ſunt. Fridericus Imperator rei improbitate motus, collecto exercitu Noueſianis ſubuenire cogitauit, & rex Galliarum Ludouicus XI. Ducis fines vehementer moleſtauit. Coactus eſt igitur non minori damno, quam dedecore obſidionem ſoluere anno Domini 1475. Inde anno Domini 1477. hic Carolus Burgundiarum Dux prope Nansen urbem, à Lotharingicis & Heluetiis vincitur & occiditur. Nam Lotharingiarum Duci Nansen eripuerat Carolus, & in Heluetiis Granſen ciuitatem & oppidula illa occupauerat: præterea in Granſen oppido quingentos & duodecim numero Germanos laqueo iuſſerat ſtrangulari. Hic finis opum & deliciarum & triumphorum domus Burgundionum. Caroli Epitaphium ad ſepulchrum huiusmodi legitur:

*Te piguit pacis reduitq; quietis in vita.
Hic iaces Carole, tamq; quieſce tibi.
Vix tandem inuentus, parua requieſcit in vna.*

Reliquit vnicam filiam hæredem multarum regionum conſultatum eſt de filia eius deſpondenda Maximilianus

Friderici Cæsaris filio. Itaque anno Domini 1477. profectus est Maximilianus probe instructus in Brabantiam, accepitq; Mariam Caroli filiam in matrimonium. Vnde factum est, vt auxerit non mediocriter gloriam Austraci nominis, & multas præclaras res fecerit Maximilianus ad traendas eas terras aduersum impetum Gallorum, & ingentia bella confecerit.

Anno Domini 1469. Colon. senatus ante portam S. Severini erigi fecit insigne propugnaculum.

Anno Domini 1474. malitiosus quidam sacrificus Coloniz per septem Suffraganeos degradatus est, vt dicitur, qui multos veneno extinxerat, exustus apud patibulum.

Anno Domini 1472. Suffraganeus D. Hermanni, qui fuit de Ordine Prædicatorum, ac Abbas Tuitiensis, nec non Sigillifer Colonien. ab aduersariis Hermanni capti sunt apud Roekirchen pagum, & malè tractati.

Anno Domini 1468. quod castrum Alstieren prope Bonnam ob furta malè audiret, ab Archiepiscopi ministris incendio deletum. Ruperti vires quotidie decredebant, & D. Hermanno tota prouincia paulatim cessit. Ruperto post depositionem satis honesta erat assignata pro sustentatione, portio, qua cum non esset contentus, in superiori Germania exulabat, & ab Heinrici Hassia Lantgravi seruis interceptus est, ac anno Domini 1480. mortuus. Delatus est Bonnam ac in D. Cassii monasterio sepultus. Eius epitaphium apud mausoleum tale est. Anno domini 1480. 16. mens. Julii obiit Reuerendissimus in Christo pater & dominus, dominus Rupertus Archiepiscopus Colonien. cuius anima requiescat feliciter, Amen.

Fridericus Imperator Nouesium ciuitatem ob res in obsidione fortiter gestas multis priuilegiis ornauit. His temporibus ob Caroli metum (qui tum multis erat terribilis, qui Gelciam sibi & Morisensem Comitatum subiugauerat) Colonien. duo monasteria Virginum eximæ mœnia sua, demoliti sunt & intramuros transfulerunt. Vnum quod Viuariense dicebatur, ad sanctam Ceciliam,

vbi olim virgines collegiatæ nobiles fuerant, & iam fere omnes morte sublata, præfente Imperatore Friderico & Alexandro Epifcopo Foroliuienti, Legato Apoftolico, anno Domini 1475. conftituerunt. Collegio illi honoratiffimo diuz Ceciliæ præfenti tempore 1579. præfidet prudentiffima & generofa D. Clara ab Richenftein, grandæua. Alterum ex Michtoren ad fanctum Aprum Ordinis Cellerenfis. Sorores quæ tunc ibi morabantur, ad fanctum Bonifacium (Capellam, quam ex voto in bello Vvoringeri Senatus conftituit) vbi modo virgines velatæ fub laudabili regimine viuunt, collocarunt.

LXVIII.

Hermannus Landgravius Haffiæ IV. patre Ludouico natus, Præpofitus Aquifgranenfis & S. Gereonis, in Archiepifc. Colonien. anno Domini 1480. altera D. Laurentii, concordib. totius Capituli fententiis eligitur, quum fub Ruperto annis aliquot Gubernatorem diceceles egiſſet. Erat egregiè doctus, fapientiffimus, multisq; virtutibus egregiis, conſpicuus Princeps, pacis ac trati quietatis publicæ ftudiofiffimus, mitis. Vixit cum metropoli Colonia femp amiciffimè. Anno Domini 1489. Colonia fplendidiffimè inauguratus eft. Adminiftrationem diceceſis Paderbornenfis à Simone de Lippia propter feniũ & aduerfam valerudinem corporis anno Domini 1489. Capitulo approbante, dimiffam, quali coadiutor fufcepit, & anno Domini 1498. authoritate einſdem Capituli, plenam omnium rerum adminiftrationem fubit. Diſſidentes vicinos Principes ipſe ad vnitatem ac concordiam fummò ftudio redigere femp intentus fuit. Sacra ſuarum diceceſium collapſa, aut negligentia à vero vfũ abalienata, inftaurat & reformat. Maximilianum Friderici filium in Regem Romanorum anno Domini 1492. cum alijs Electoribus elegit & Aquifgrani conſecrauit, apud quem poſtea femp vixit coniunctiffime. Hic Cæſar Comiti Colonia cum multorum Principum frequentia anno Domini 1505. agitabat, qui vnà cum patre Friderico, ac Hermannis

no, ac aliis multis Principibus religiosissime exceptus est à
 Coloniaensibus. Hic quoque Cæsar liberalia studia pluri-
 mum adauit, & doctos semper summo amore profe-
 ctus est. Cum tandem videret corporis vires deficere &
 mortem vicinam, ad eam se diligenter præparauit, qui an-
 no ætatis 65. regni 33. vir summe prudens ac timens Deum,
 mortuus est & Viennæ in Austria cum patre tertæ man-
 datus admodum splendide anno Domini 1519. Collegi-
 um proficitarum pœnitentium Lutetiæ anno Domini
 1499. institutum, & ad eiusmodi exemplum etiam Colo-
 niæ, quod in Pixide vocatur, eiusdem farinae sub hoc Ar-
 chiepiscopo auspiciatum est. Collegium fratrum in com-
 muni viuentium, ad Riuum Salicum Senatus Coloniaen-
 sis auctoritate admissum. Ipse etiam D. Hermannus Brulis
 ex sua substantia in honorem sancti Francisci Cœnobium
 edificauit & de prouentibus necessariis prouidit. Licet
 suos habuerit Suffraganeos, Vicarios, scilicet D. Joannem
 Marburgensem & D. Henricum ab Vnckel, qui anno
 Domini 1482. casu & infortunio cum sex hominibus in
 magna tempestate in Rheno periit, Theologos de Ordine
 F. Minorum, Ordines tamen factos ipsemet sapius
 contulit, quum alii in suos Suffraganeos Sacellanos con-
 ferre consueuerint. Erat & præter alias virtutes benigni-
 tate ac liberalitate ornatus in pauperes, adeo vt nullum
 mendicum à se vacuum discedere sit passus. Ea virtus ma-
 xime decet Ecclesiasticos Principes, dispensatores diuina-
 rum facultatum. Præfuit admodum tranquille ac lauda-
 biliter (qui merito Pacificus cognominatur) ad annum
 Christi 1508. cuius anni 27. Septemb. huic mortali vitæ
 exemptus est in Poppelstorp. Paderbornæ annis 10. (qui-
 bus nemo hostilem animum ausus fuerat in illam terram
 declarare) præfuit. In cuius funere, & Coloniae & Pader-
 bornæ, omnia in acerbissimo luctu fuere. Sepelitur Co-
 loniæ cum omnium suorum incomparabili luctu, in summo
 templo. Assumpserat in Suffraganeum D. Theodoricum
 Ordinis D. Augustini, qui à morte sepultus est in Bitbur-
 cœnobio.

DE QVIBVSDAM VIRIS DOCTIS ET
celebribus, qui sub Hermanno Colonia
claruerunt.

Anno Domini 1492. mortuus est Colonia, ac in ma-
iori Ecclesia sepultus Nicasius Mechliniensis. Fuit
oculis captus à tertio ætatis suæ anno, euasit tamen, tan-
quam alter Didymus Alexandrinus, in omni doctrina &
scientia eruditissimus. Nam in Gymnasio Colon. iura pu-
blicè docuit. Jura nunquam vidit & tamen auditu didicit,
tenuit mente & apertè recitauit. Louanii sacre Theologie
gradum Licentiæ suscepit, & apostolica dispensatione de-
cerdos ordinatur, prædicauit publicè, excepit confes-
siones, ad altare ministravit, Euangelium cæcus coram o-
mnibus (mente vtens pro libro) recitauit. Tandem in Co-
loniensi Academia omnium Doctorum consensu Doctor
Canonici Juris factus est. Talis fuit Carolus Ferdinandus
ex Brugensi ciuitate, qui à parua ætate oculis fuerat captus,
qui tantam affecutus est eruditionem, vt quasi miracu-
lum fuerit apud omnes. Duxit quoque vitam integerr-
mam. Tandem contemptis omnibus, mundum deleruit,
& Ordinem D. Benedicti ingressus est. Mortuus est anno
Domini 1494.

Anno Domini 1494. Colonia vixit R. D. Jacobus
Sprenger, Prædicatorii Ordinis Prouincialis Colonien-
sis vir valde doctus, inquisitor hæreticæ prauitatis. Scripsit
volumen contra maleficas mulierculas, cuius titulum fo-
cit: Malleus Maleficarum.

Anno Domini 1507. Petrus Rauennas D. J. V. erudi-
tissimus Coloniæ iura illustravit, & toto biennio in celebri
Academia publicè magna laude ac frequenti auditorio
publicè docuit: adhæc & festis quibusq; diebus sacras ad
auditores studiosos conciones (quod & iocundum & reli-
giosum erat) non modo habuit, sed & rara mira q; vehem-
entia declamauit. Contulit hinc Colonia sese Vvorma-
ciam ibiq; in fata concessit.

Anno

Anno Domini 1510. floruit Jacobus Hochstratus, Dominicanus, Theologiæ Professor eximius Coloniae, qui ob sua scripta egregia, quibus Martini Lutheri hæresim in primis confutavit, innotuit.

Anno Domini 1516. D. Bernardus Lutzenburgenfis, item Dominicanus vir pietate ac optimis studiis deditissimus, Coloniae vitis eruditissimis annumeratus fuit, ob sua docta scripta & conatus aduersus Lutherum, quum Catholicam Religionem defenderet animose, innotuit, sepultus apud suos.

Joannes Murmellius Coloniae ob literarum studia ac eam professionem tum ob ædita varia opuscula, innotuit, Qui anno salutis 1513. Monasterii Rector scholæ, obiit.

Anno Domini 1513. maxima ciuium Coloniae Aprippinae seditio contra Senatum suborta est, non aliam ob causam, quam Spirenses & Erfordenses contra Senatum suum habuere, scil. quod nimirum grauarentur importunis exactionibus per singulos annos. Igitur de communitate ciues in vnum armati, cum lanceis, contis & bombardis conuenientes, senatoriam domum, vbi senatus fuerat congregatus, maximis clamoribus petunt, atque in publicum eos, qui in solitis communitatem exactionibus grauarent, euocant. Perterritus insolito populi furore Senatus, blandis furorem commoti vulgi sermonibus temperare student, atque vix tandem dilatione obtenta de singulis petitis se prope diem responsuros promittunt. Et quoniam gratificarent populo, qui ex suggestu rationem reddebant, acquieuit tandem furibunda multitudo, atque à Consistorio in propria secessit. Verum die sequenti Epiphaniæ Domini, conueniente in vnum Senatu, atque tumultus causam lyncei perspicientes, nonnullos se absentasse à Senatu considerant, vnde suspicionem vulgi non vacuam existimantes, vehementer ciuium, qui ad fores responsa prestolabantur, furorem timentes, quid facerent, ignorabant: nam per ciuitatem discurrentes, quos de Senatu conuenire poterant ad vincula coniecerunt. At sequenti,

hoc est, decima Januarii die, quem in vincula coniecerant, Senatoriæ dignitatis virum Theodoricum Stitz prædilectum, in publico sæni foro capite truncatum morti donant. Deinde vndecima die in eodem foro & loco alium ex Senatoribus D. Joannem Reydt Ciuium Magistrum & alium quendam sibi socium in officio Oldendorpium, capitis abscissione vitam finire statuunt. Die verò duodecima tres alii Senatores Petrus Rott, Franco von der Lyden & Bernardus Eys, multum diuites & potentes, truncati sunt. Reliqui autem ex senatu plures proscripsi sunt, atque sic Ciuitati pax restituta. Postea tamen per Czæream maiestatem in hanc Colonienfium seditionem animaduersum est, qui eos ingenti mulcta pecuniaria affecta. Maria Maximiliani Imperatoris coniunx, dum esset in venatione, ex equi lapsu incidit in febrim, & breui moritur, relictis Philippo & Margaretha liberis anno Domini 1482.

LXIX.

Philippus de Thuyn, Comes Obersteineus, Decanus Colon. omni genere optimarum virtutum illustris, eligitur, vnanimi consensu totius Canonicorum summi collegii senatus, superiore ad alteram vitam euocato, anno domini 1508. consecratus anno sequenti. Hic egregius Princeps insigni sua prudentia ac industria plurimum Ecclesiæ Colonienfi contulit. Cum Nobiles quidam in eum conspirassent, conuiuio eos, cui ipsemet intererat, excepti quærebat quornam Christus Saluator habuisset proditores, vnum inquit, ignorantes quorsum hæc proponeret: At ego inquit, vos omnes proditores habeo, & sic prudenter eorum dissoluit machinamenta. Fuit vir summa prudentia ac humanitate præditus. In construendis ecclesiis ac ædib. sacris reparandis, eius ubiq; videre est industria. Anno domini 1515. mortem oppetit vir sanè longiore vita dignus. Mortuus est in castro Poppelstorp & delatus Colonia ac in summo templo iuxta D. Hermannum de Hassia antecessorem, multorum merore, sepultus.

Hermannus V. Comes de VVeda, assumptus anno Domini 1315. in Archiepiscopum Coloniensem, confirmatur à Leone X. Pont. Max. inauguratur Coloniae humanissime anno Domini 1518. Consentientib. totius Capituli suffragiis anno Domini 1532. in Administratorem Ecclesiae Paderbornen. postulatur, Ericoq; Episcopo mortuo, substituitur. Aceodem anno 9. Octob. ipso die Dionysii, ultra mille equitum bene instructorum apparatu, preter aliorum Comitum vicinorū Baronum & Nobilium subsidarium manum, ciuitatem Paderborn. ingreditur. Erat Princeps clementiae studio & multis aliis virtutibus praeclearis praecipue ornatus, natura vir bonus & liberalis, in literarum studiis ob praceptorum suorum negligentiam non ita exercitatus, Catholicam Religionem seruari voluit, & defendi. Dioecesim summa prudentia ac tranquillitate gubernauit, exactiones nunquam exegit, & ob eam causam plurimum à subditis amatus est, & loco parentis ab eis habitus. Habuit diuitas siue comitia Principum aliquot splendidissime, & ab omnib. semper magnā gloriam & laudem assecutus est. Principes vicinos aliquo modo dissidentes non tantum ad concordiam redigere studuit, verum etiam conciliate plurimum aduigilauit. Venationum tamen, quam ecclesiasticarum caeremoniarum studiosior fuit. Multa castella tum redemit, tum pulcherrimis reparauit aedificiis. Carolum V. & Ferdinandum in Reges ac Imperatores Romanos elegit & coronauit. Cœpit hic Carolus gubernare ann. Dom. 1519. q. fuit iustitiae, mansuetudinis, patientiae, castitatis summus amator, & ingenuarum artium eruditissimus. Toto tempore, quo praefuit, optime vixit & multa fundauit instituitq; bona. Fidem Catholicam emergentibus in Germania haeresibus toto defendit pectore, qui de Rep. Christiana optime mereri studuit. Illius laudatissima facta breui descriptione comprehendi non possunt, qui à quibusdam pro mundi miraculo habitus est. Cum sese morbis extenuatum ces-

peret, conscriptis Electoribus resignatoque Imperio Romano, Ferdinandum ipse suffici optauit anno ætatis 38. diæceseos 39. postea soli Deo ac saluti vacans, breui in Hispania summus heros cum duabus sororibus Reginis, relicto Philippo rege potentissimo, mortuus est anno domini 1559. atque ad æternam translatus lucem. Eius epitaphium: *Carolus quintus Maximus, semper & usq; ad ætatum vitam diem Augustus.* Et in ambitu tumuli legitur:

Quanto acrius maior Iouis omnibus ales habetur:

Tanto tu Quinte Carole Cesaribus.

Hermannus autem Archiepiscopus cum tranquille annis 32. laudabiliter præfuisset, & Lutherana professio in ipse prius fuerat persecutus & oppugnauerat, in superiorem Germania grassaretur, tum homines eam inconsulto amplecterentur, huic quoq; adulescere cepit, iussuque Romani Pontificis Pauli III. & Caroli V. Imperatoris, loco mouetur, qui inde priuatim in Comitatu Vvedensi Soperstes vixit. Mortuus est anno Domini 1552. 15. Augusti ætatis 80. & Biuerni in villa sepultus. Frater Hermannii Fridericus, qui dudum fuerat Monasteriensis Episcopus, Boanensi præpositura exiuit, eaque clarissimo viro domino Joanni Groppero Scholastico apud diuum Geronenem, præter omnem eius expectationem, confectur.

Anno Domini 1529. fuit annus toti Germaniæ grauis ac molestus. Nam duobus incommodis homines grauissimè affligebantur. Erat fames & omnium rerum penuria, quanta in hominum memoria nunquam fuerat: alterum malum scilicet pestis quædam, quæ sudor Anglicanus dicebatur, erat malum vehemens & lethale, ut intra viginti quatuor horas homini sano vitam eriperet. Non erat ea pestis Germanis prius cognita, itaque obierunt multi priusquam medici curandi modum adinuenerunt. Vinum verò ita erat acerbum eo anno, ut præ acerbitate sua bibi non posset, adeoque vile ac insipidum eum tempore factum est, ut neque acrum ex eo fieret.

ret, sed ad omnia prorsus inutile, vt tandem effunderetur.

Anno Domini 1547. gessit Carolus V. in superiori Germania bellum contra Saxonem & Lantgrauium, qui eum conabantur Regno perturbare & Lutheranismum inducere. Erant hi peditum ac equitum instructissimi, sed & stomacho causa tamen iusta fugiente, in Cæsarem infensissimi. Oppugnat Cæsar, & eos non solum ad maximam rerum defectionem redegit, verum etiam venit, vidit & Deus (inquit) vicit. Detinuit captiuos Principes & post sexennium dimisit. Postea in omnes illas ciuitates, quæ aduersus eum coniurauerant, animaduertit, easq; ingenti multa pecuniaria affecit.

Anno superiore, id est, anno 1542. fuit bellum Juliacense: quum enim Juliacenses Brabantinos prouocassent, egregie illis obuiauerunt. Tandem vt malorum esset finis, superueniente Carolo Imperatore, quem submersum in mari sibi persuaserant, agnoscente Duce culpam, ac veniam petente, Ducatu Geldriensi exiit, & ad alias suas prouincias liberè permissus est.

Anno Domini 1541. moriens Joannes Dux Juliacensis, filium V. Wilhelmum hæredem sedulo monet, vt Cæsarem officiose colat, externas amicitias ne ambiat.

Anno Domini 1529. Colonia duo comprehensi sunt & accusati de Lutheri dogmate. Cum verò doctorum vi-
torum pias adhortationes & examinationes, vt resipiscerent, ac Catholicæ Ecclesiæ coniungerentur, non curarent, ac in sua pertinacia persisterent, vt hæretici igni ad-
iudicati sunt & exusti. Nomina horum fuerunt Petrus à Flesteden & Adolphus Clarenbach. Huius etiam farinae
anno Domini 1523. Bruxellis duo Augustani & professionis ob Lutheri dogma flammis tradi-
diti fuere.

Qvirinus à Vilich Theologiae Professor, Suffraganeus Archiepiscopi Colonienſis, vir eruditione & grauitate inſignis. Obiit anno Domini 1537. Sepultus apud ſanctum Maximinum.

Cornelius à Dauentria Franciſcani inſtituti, Theologiae Doctor, declamator verbi Dei eloquentiſſimus, qui optimè de Republica Colonienſi meritus eſt: mortuus anno Domini 1538. ſepultus apud ſuos in choro.

Petrus à Leydis Prior Carthuſia Colonienſis & prouincia Rheni Viſitator, vir doctus, qui opera Dionyſii Ryckel promouit, obiit anno Domini 1536.

Joannes Nopelius Theologiae Licentiatus doctiſſimus, Vicarius in Spiritualibus D. Hermanni ac Suffraganeus, qui ſuo officio egregie ac gnauiter fungebatur, contundens haereticorum dogmata eruditiffime, quique cum quibuſdam aliis doctiſſimis & piis viis ea tempeſtate Colonienſem Rempub. in Religione Catholica, continuauit. Obiit vir aeterna memoria dignus anno Domini 1556. die 6. Iulii. Sepultus in ſummo templo apud illuſtres Doctores, cum virtutum ſuarum elogio inſigni.

Epitaphium Joannis Nopelii in edita tabula deſcriptum.

*Occidit ante diem vindex pietatis anite,
Moribus ingenuis conſilioq; potens.
Impia conuulſit praeclara dogmata voce,
Haereticosq; graui conuulſit ore feror.
Sydereo panis te dia Colonia verbo,
Et veteris decuit religionis opus.
Exeptum doleas decus & ſimul orbis honorem,
Non reuehent talem ſecula multa ducem.*

Dignus

*Dignum longæui superet qui Nestoris annos,
Sustulit è medio mors inopina virum.
Corpus humo tegitur, mens lucida templa subiit.
Dum fluet hic Rhenus, fama superstes erit.
Vos decet ô Cives grauium meminisse laborum,
Flagrantesq; Deo congeminare preces.*

Joannes Justus Lanſpergius, natione Bauarus, Carthuſianus Coloniensis, vir scriptis suis notissimus, obiit anno Domini 1539.

Anno Domini 1556. 19. Oct. D. Hermannus Blanckfort, Theologus eximius, Canonicus summi templi, ac D. Columbæ Pastor, Collega D. Joannis Nopelii Suffraganei obiit, ac in templo D. Columbæ cum virtutum suarum elogio, quod ascribendum curauit, sepultus.

Epitaphium insignis D. Hermannii Blanckfort,
in cupro excisum apud sepulchrum,

*Vt preciosa tenui franguntur vascula lapsu,
Non ita solvuntur vilia vasa cito.
Sic excellentes homines cito morte premuntur,
Serius at vilos in sua fata cadunt.
Eheu quam prope re dominus venerandus in atram
Hermannus Blanckfort concidit idus humum.
Innumeris tantus vir erat dignissimus annis,
Doctor tam grauis & pastor ouilis amans.
Erudit inuenis iuuenes facundus ephobos,
Et docuit Sophia dogmata clara viros.
Inde vir eximio solers est sacra professus,
Hereticosq; graui contudit ore vafros.
Hinc canonum mystes euasit in ade suprema,
Hacq; Columbina sustulit ade caput.
Hic caro spe vita dormit depressa perennis
In paradisiacas est anima acta domos.*

Sub isto quoq; Hermannno in summo templo ac in aliis
Coloniæ locis, diuersis temporibus magna sedulitate

ac fructu Concionatores egerunt, religiosi Patres ac eruditione morumq; grauitate conspicui viri de Ordine diuini Francisci, scilicet, Henricus Helmesius, Nicolaus Herborn, Antonius à Koninckstein & Joannes Lerdammannus, qui relictis suis doctis scriptis (quibus etiamnum studiosos instruunt) doctrinam suam declararunt. Vbi autem isti pii Patres & quando obierint, incertum habeo, nisi quod postremus Coloniae anno Domini 1551. I. Idibus Maii obierit, ac in summo templo sepultus sit. De istiusmodi viris verè dicere possumus illud Danielis 12. Qui alios docuerunt, fulgebunt quasi splendor firmamenti.

Theodoricus Løer à Stratis, professor apud Carthaginienses Coloniae, vir eruditus, obiit anno Domini 1555.

Gerardus à Hamont, Prior domus Coloniae, Viscerator prouinciae Rheni, obiit anno 1567. Ob sua scripta celeberris.

LXXI.

Adolphus III. ex illustri familia Comitum Schaurveburg natus, atque omni virtutum genere educatus est. Is cum artium & linguarum fundamenta feliciter iecisset, sese Coloniae contulit & in eius Collegii Canonici conceptus fuit. Ibi cum vitae grauitate & rara prudentia alios anteiret, Hermannus Elector cum plurimum dilexit, atque suum Coadiutorem constituit. Fuit & Praepositus Cathedralis Ecclesiae Leodiensis. Itaque factum, ut Romanus Pontifex cum Hermannum ad Lutheranorum sectam inclinantem officio remoueret, hunc Adolphum substituerit, atque Archiepiscopum ordinaret. Verum Adolphus sua contentus sorte eo usque acquieuit, donec tandem Carolus Imperator fere per Germaniam victor, suos Legatos Coloniae miserit, atque Hermannum reiecto, omnes huic Adolpho parere iusserit. Tum enim per vicinos proceres, qui intercessores erant, factum, ut 25. Januarii 1547. anno, Hermannus sua sponte cesserit, atque Adolpho Archiepiscopatum tradiderit. Vnde postea in Augustanis Comitibus, vbi etiam anno Domini 1548. puerum

num sacrum presentibus Carolo V. & Ferdinando ac multis aliis Principibus, fecerit, comparuit, atq; magna autoritate inter Principes de statu Imperii deliberavit. Postea quoq; domum reuertus, cum suo Clero Conuentum celebravit, atq; iuxta Catholicam religionis formam omnia rite per suam diocesin disposuit. Cum suis collegis Archiepiscopis anno Domini 1552. Tridentino interfuit Concilio, inde propter Brandenburgicum bellum deturbatus est. Colonia splendidiſſimè & faustiffimè presente Wilhelmo Duce Juliacensi ac multis comitibus, infinitisque nobilibus anno Domini 1550. in die S. Panthaleonis inauguratus est: duobus siquidem millibus equitum magno splendore urbem introductus, & magnis honoribus susceptus est. Profectus est Aquisgranum, ubi regina Maria Caroli Cesaris soror comitia celebrabat, in domus Burgundicæ societatem peruenit, quo ab imminentibus periculis tutior esset. Erat autem vitæ integritate, pacis studio, egregia corporis statura, tum plurimis aliis virtutibus præditus, nemini mortalium secundus, qui breui sua humanitate omnium Principum gratiam sibi conciliauit. Catholicæ Religionis erat addictissimus. Præfuit Episcopatu annis 9. optimè ac vtiliffimè in summa æstimatione & Brulis huic lugubri valedixit vitæ, & Colonia in summa Basilica, in concameratum sepulchrum, erecto marmoreo simulachro, terræ omnium parenti, summo suorum lactu, datus est.

Epitaphium Adolphi Archiepiscopi in ædita tabula aureis literis depictum.

*Quis sit sarcophago queris spectator in isto?
 Hac plebeius humo non requiescit homo.
 Hic Archipræsul Princeps Elector Adolphus
 Schauvenburgiacum stemma decusq; cubat.
 Imperii vigor & clarissima gloria sacri,
 Agrippinensis mitra verenda soli.*

Religionis amans & propugnator anime,
 Delicia populi, nobilitatis amor.
 In terram dignus nunquam fui ille reuerti,
 Si non unde satus quisq; resideat homo.
 Terra suam refouet terram cen sedula mater,
 Ad caelestem anima est dia reuersa patrem,
 Tantisper dum reddatur tibi spiritus ipse,
 Corpus humo natum triste recumbit humo.
 Christus enim corpus terra reuocabit ab alio,
 Spiritui & reedet, cui fuit ante datum.
 In spe caelestis recubas hic diuine vite.
 O pater o placida pace potire pater.
 Pace potire pater, toto memorabilis aeo.
 Virtutum specimen pace potire pater.

DE QVIBVSDAM DOCTIS VIRIS,
 qui sub hoc Adolpho Colonia flo-
 ruerunt.

Ioannes Casarius Juliacensis Philosophus doctissimus
 Medicinae Doctor, anno Domini 1551. obiit, & in Col-
 legio fratrum in communi uiuentium, quod ad Riuum
 Salicum dicitur, prope summum altare sepultus est, cuius
 Epitaphium in saxo excisum isthoc est:

Apuero colui Musas studiosus honestas,
 Cura quibus vita qualibet huius abit.
 Non mihi diuitias contraxi turbidus amplas,
 Contentus modico parciore usq; foco.
 Ad senium ueni celebs, mea tempora cani
 Ornarunt crines, barbaq; cana fuit.
 Sed breue momentum uideor uixisse, quid in se
 Portio temporis hac quantula quaeso capis?
 Esse Dei uerbum Christo doctore colendum
 Duxi, quod superat cetera cuncta potens.
 Hoc manet aeternum florens dum axat, at ille
 Perpetua redit huc grande salutis opus.

Arnoldus Lutzenburgensis Theologiæ Doctor eximius, natura facundissimus, ac fratrum Minorum Provincialis, Coloniz innotuit, mortuus est Bruxellis anno Domini 1552. qui doctis merito connumeratur.

Anno Domini 1557. in Nouembri Coloniz defunctus D. Mathias Cremerus, sacre Theologiæ Licentiatus, Canonicus D. Andrea, Moderator Gymnasii Montani, vir doctissimus, q̄ suis scriptis suppullulantes Lutheri hæreses refutare conatus est. sepultus est in cœnobio diui Ignatii.

Wilhelmus Insulanus Menapius, vir ob multarum scholarum ac insignium Academiarum sedulam frequentationem, tum & insignium virorum consuetudinem doctissimus. Eruditionem suam eruditissimis Opusculis posteris declarauit. Vixit diu Romæ & apud Pontificem Romanum in magna fuit autoritate. Tandem onustus aliquot sacerdotiis ad suos rediit Juliacenses, & post varios casus demum anno Domini 1556. pie obiit. Medicinæ professionem potissimum professus est: quare de tuenda bona valetudine volumen edidit in signe.

Eberhardus Bilichius sacre Theologiæ Doctor creatus est, & talis euasit, q̄ doctissimis annumerari potuit. Constitutus est Aquisgrani Carmelitarum Prouincialis anno Domini 1542. Hic sæpius in Colloquiis affuit & cum Protestantibus (vt vocant) acerrimè disputauit, in synodo Tridentina sæpe proposuit, & ob multifariam eruditionem & eloquentiam, magnam sibi autoritatem conciliauit. designatus fuerat & Suffraganeus Colon. verum breuiter obiit, id est, anno Domini 1557. Coloniz in suo Cõuentu sepultus. Habuit collegam eruditione & morum integritate illo non inferiorem D. Alexandrum re ac nomine Candidum, sacre itidem Theologiæ Professore, qui fato cessit anno Domini 1555.

Joannes Gropperus ob tuendæ apud Coloniam & totam diœcesin religionis Catholicæ studium à Paulo IV. Pontifice præter omnem expectationem in Cardinalium senatum coopertus est. Fuit sane admirabili eloquentia,

rara eruditione, animo imperterritus, nocte ac die scripturæ lacræ incubans, atque à fœdo concubitu, quo plerique ex Clero turpiter debonestant, alienissimus Ecclesiastici ut sine scandalo viuerent, & suæ responderent professioni, carnis petulantiam victus parsimonia, sacre lectionis & feruentium precum assiduitate, vigiliis opportunis, mulierum vitanda consuetudine & id genus aliis pietatis studiis adornarent, desinantque aduersum e prouocare iram præpotentis Dei atque procacibus hæreticis veterem eandemque Catholicam Religionem lacerandi ac proscindendi præbere occasionem. Anno deinde 1559. decimaquarta Martii obiit clarissimus hic Johannes Gropperus Ecclesiæ Coloniensis in tuentia Catholica Religione singulare decus & ornamentum. Sepultus est in Ecclesia Germanorum ad pedes optimi Pontificis Hadriani VI. Gropperi scripta doctissima, eius testantur eruditionem. Obit ætatis 50. Huius parentes Colonia apud Diuum Gereonem ante templi valvas sepulti sunt, & quia ex hac præclara familia multi insignes viri prodierunt memoria digni, Epitaphium hic adscribendum non incongruum arbitratus sum: *Joanni Gropper urbis Salsatiensis tertio Consuli, qui zelo Religionis posito Magistratu Coloniæ Agrippinam concedens civitatis inceptis pie ac sanctè transacta, tandem 9. Kalendas Februarii anno Salutis 1543. anno ætatis sue 63. spiritum, quem cœlitus acceperat, Deo reddidit, hic conditus amantissimo parenti Ioannes, Godefridus, Patroclus, & Casparus Gropperi Doctores filii ac fratres Germani officii ac pietatis ergo monumentum hoc posuerunt.*

Ottvinius Grauius in Officina typographica Quectoliana præses Corrector, suis doctis Epigrammatis nominatus & rem docti consecutus est. Obit anno 1542.

Hermannus Schottennius Hessius, Theologiæ Licentiatus, ob sua insignia Opuscula apud posteros celebratus meruit. Obit anno 1543.

Jacobus Schæpperus vir pietate & eruditione insignis

ac vir

et vitæ sanctitate commendatus, innotuit suis scriptis, obiit Tremonia 1556. ab eo tota pependit ciuitas, mortuo defecit.

Ioannes Delphius sacrae Theologiae Licentiatus doctissimus, anno Domini 1557. Colonia innotuit. Factus est Argentinensis Suffraganeus & Concionator, verum dum in Militarum vsuum denud abrogarent, urbem & officium concionandi reliquit, & in vicina sui Principis ditione habitare cepit.

Petrus Canisius Nouiomagi natus anno Domini 1524. Coloniae concionibus & disputationibus innotuit. Vt commodius studio Theologico posset incumbere, Iesuitarum Collegium est ingressus. Ingolstadii sacrae Theologiae factus est Professor, & ab Ottone Cardinale, Augustae concionibus praefectus est. Eam functionem Dominus Petrus suscepit, atque tanto zelo administrauit, vt passim omnibus innotesceret. Tanta etiam facundia docet, vt Ferdinando Casari & Pontifici Romano gratus aliquoties ab eis vocatus fuerit.

Arnoldus à Brauwiler Coloniensis Consul prudentissimus non immerito herouibus istis & viris celebribus annumeratur. Valuit hic naturali facundia & prudentia singulari, licet literarum ignarus. Post seditionem Coloniae electus est Consul anno Domini 1513. & eam functionem magna gloria ad annos triginta exercuit. Imperator Carolus V. & Romanus Pontifex eum singulari amore profecuti sunt. Obiit senex anno Domini 1555. in Diui Laurentii templo honestè sepultus est. De hoc viro nonnulla referuntur apophthegmata.

Arnoldus à Sygen Consul item Colon. qui in suae patriae ciuem maximum euasit, à Casare ob suam integritatem & facundiam & singularem prudentiam Eques Auratus declaratus est & ei à Consiliis fuit. Apud Coloniens. vt omnia ritè peragerentur, magna grauitate curauit. Factus octogenarius Consulatum resignauit & quod supererat vitae, modeste priuatim egit. Natus est anno Dom. 1484.

& obiit anno Domini 1579. in Ianuatio, sepultus in D. Joannis Baptistæ Ecclesiæ religiosissime.

Gotfridus Hittorpius Consul item Colon. natus anno Domini 1485. Ut bonam iuaret studia, typographicam exerceuit artem & optimos quosque autores Colonie edidit. Ob singularem prudentiam electus est in ea Republica Consul, & eam functionem gessit annis aliquot eam magna moderatione animi. Obiit anno 1573. sepultus in aedificia sacra D. Pauli.

LXXII.

Antonius Adolphi frater, Præpositus Leodiensis atque Traiectensis superioris, nec non & Diui Gerconis, à Capitularibus anno Domini 1556. concorditer electus in Archiepiscopum. Referebat hic fratris ingenium aut aliquanto modestius: erat gubernator sapiens & prouidus, verum non diu in eo statu sanus ac viuens permansit. Anno Domini 1558. 18. Iunii decessit ex hac mortali & lugubri vita in castro Gudesberg & Colonia iuxta fratrem in eodem reconditorio tumulatus est. Assumpsit hic in Suffraganeum D. Ioannem Penarium Nouesium de Ordine fratrum Minorum Theologum. Dederat hic Ioannes bonis ac sacris literis operam Bononia & propter excellentem in eis profectum earum declaratus est Professor & instituti Prouincialis. Inde Bonna egit concionatorum magno populi applausu. Innotuit Archiepiscopus Colonia qui cum in Spiritualibus suum Vicarium constituit. Cumque cum aliis quibusdam viris doctis Legatus ad Ferdinandum Imperatorem à Colon. Capitulo missus esset Viennam Austriae, in reditu aduersa cepit laborare valetudine, & aduectus Moguntiam, apud Carthusianos vitam egit anno Domini 1563. 13. Septemb. ætatis 46. ibidem in Choro sepultus. Eius Epitaphio hoc adscriptum distichon:

*Inclita si multos pareret Germania tales,
Hæresis exiguo tempore pulsa foret.*

LXXIII.

LXXIII.

Ioannes Gebhardus è Mansfeldicis Comitibus, Præpositus Traiectensis & S. Georgii, electus vnanimi totius Capituli consensu, anno Domini 1558. ipsa S. Annæ. Fuit quidem natura bonus & tranquillus, pacificus & liberalis Princeps, & verè generosum habens animum. Licet ex Saxonia fuerit ortus, vbi Lutheranismus virus primum egit radices, ipse tamen per omnem vitam fidei Catholicæ fuit obseruantissimus. Ferdinandi inaugurationi in Imperatorem Francofurti anno Domini 1558. interfuit. Imperator hic vnà cum Carolo fratre Adriani, postea Pontificis Romani, disciplina eruditissimus euasit. Electus est in Regem Romanorum Colonia anno Domini 1561. procurante fratre, vt eo absente ipse regni Vicarius esset. Coniugis suæ Annæ, reginæ Hungariæ prudentissimæ nomine, ea regione potitus est, quæ ei bella cum Turcis non mediocriter conciliauit. Anno Domini 1558 resignato à fratre Imperio, concorditer in Imperatorem Romanum creatus est, illudque prudenter & pacificè administravit. De eius laudatissimis factis nolumus hic breuitatis causa referre, saltem hoc annotasse contenti erimus, cum fuisse summa prudentia, pietate, humanitate & liberalitate præditum, & iustitiæ ac pietatis summum amatorem. Cum senio grataretur apud Electores, vt Maximilianus filius maior, Rex Bohemiæ in Cæsarem crearetur, institit & obtinuit anno Domini 1562. Præfuit summa cum laude Imperio annis sex, mensibus sex, aliis regnis 34. Obiit Viennæ anno Domini 1564. ætatis suæ 61. relictis quamplurimis prolibus. Ex Anna vxore multos habuit liberos, mares tres, Maximilianum, Ferdinandum & Carolum; Puellas verò novem. Carolum fratrem pro sua continentia dixisse, fertur, se nunquam vxorem ducturum, si hanc fratris fecunditatem præsentire contigisset. Filius eum à morte transferri fecit Pragam, ibique sumptuosissimè in Ecclesia Arcis sepeliri. Ioannes autem Gebhardus Archiepiscopus præfuit quidem, at non ita commo-

annis quatuor, mensib. quinque, qui anno gratiæ 1562. ipsa Animarum die Brulis aqua intereunte, mortalium valde conuersationi. Colonia in summo templo iuxta antecessores in eodem tumultu repositus est. Moriendi necessitas est cunctis hominibus imposita: sic etiam necessitas mori vniuersis nationibus obeunda est.

LXXIV.

Fridericus IV. ex illustri familia Comitum de Wedauis, & in omnibus virtutib. honestè educatus est. Is à patre optimis præceptoribus commissus, literas feliciter didicit, atque magnum rerum usum sibi comparauit. Ad eam & vitæ innocentia & prudentia rara. Postea se Coloniam contulit & inter eius Ecclesiæ Canonicos receptus fuit. Ibi cum modestè viueret & aliis suis virtutibus exemplum esset, factum, vt tum omnibus gratissimus esset, tum inliberorum eligere, cum iam dudum in Traiectensem Praepositum creatus esset. Itaque postea cum Praesul Ioannes Gebhardus fato fungeretur, ipse omnium calculo anno Domini 1562. in eius locum Archipraesul & Elector declaratus fuit. Eam rerum administrationem nactus, res suæ ditionis optimè disposuit, & talem se exhibuit, vt ab ipsis subditis plurimum diligere. Electioni ac coronationi Maximiliani II. Imperatoris Francoforti interfuit. Imperator hic ad Catholicam religionem fuit deuotissimus, magnanimus, sapiens, pius. Accepit Mariam Carolinam, filiam pulcherrimam ac prudentissimam uxorem, ex qua undecim habuit proles. Mortuo patre Imperator gubernacula illi per Electores anno Domini 1564. commissa sunt. Mortuus est autem ipso anno Domini 1577. qui tenui admodum erat valetudine, sed ingenii facultate omnines facillè omnium sæculorum Imperatores exaequauit.

Fridericus autem Archiepiscopus Pontificatus sui anno sexto seipsum vltro cum summa gratiarum actione propter corporis difficultatem & alia quædam incommoda abdicauit, tradens liberam in manus Capituli electionem.

Assigna

Assignata ei fuerat satis honesta & opima pro sustentatione, portio, scilicet trium millium florenorum aureorum annuatim (huic tamen portioni successor sese opposuit) verum in eodem abdicationis anno morte praeventus, non percepit. Ipse inde per annum cum familia Colonia priuatim sacris literis & lectioni vacans, vixit, & naturae debitum circa natalitia Christi foeliciter soluit, & Colonia ad Praedicatores fratres honorifice sepultus est an. Domini 1568. ipsa D. Stephani.

DE QUIBUSDAM VIRIS DOCTIS,
qui subistis Pontificibus floruerunt.

Anno Domini 1561. cum Colonia Reuerendus Pater & Dominus Balthasar Waneman, Suffraganeus Mouguntinensis, Theologus insignis, venisset, infirmari coepit, & die 8. Octob. diem elaxit extremum, sepultus apud Praedicatores fratres, de quorum fuit ordine.

Georgius Cassander Brugensis, Philosophus doctissimus Coloniae agens, bonorum hominum liberalitate alitus est. Relicto de Reconciliatione libro, anno Domini 1566. 3. Februar. Coloniae obiit. Sepultus est in templo Minoritarum.

Jacobus Omphalius Andernaci natus, literarum amore sese ad varias nationes & Academias contulit, tandem in talem euasit virum, ut etiam doctissimis annumeraretur. Factus est Doctor L.V. Dux Iuliacensis Wilhelmus eum inter suos Consiliarios recensuit, & res magnas expediendas commendauit. Coloniae publice docuit & scriptis suam eruditionem significauit. Obiit anno Domini 1570. apud D. Colambam in coemeterio sepultus, quem inique ob hereseos suspicionem perstringat arbitror.

Bernardus Chronenbergius, natus anno Domini 1515. post varia studia Medicinae Doctor creatus est & eam artem Colonia magna laude exereuit. Obiit anno Domini 1574. in templo D. Laurentii sepultus.

Anno Domini 1574. II. Aprilis obiit D. Gerhardus Matthiſius-Geldrieniſis, ſacrae Theologiae Profeſſor doctiſſimus, Gymnaſii Montani Regens, ac Eccleſiae Metropolitanæ Coloniæ Canonicus, Presbyter digniſſimus. Sepultus eſt in Choro apud Prædicatores fratres. *Actu* obitum eodem die, quo mortuus eſt, hoc diſtichon recitavit:

Quod ſatis eſt, vixiſſam quina decennia natum.

Mors rapit: heu nullus ſum, niſi Chriſte ſumus.

Reliquit tum in Theologia, tum in Philoſophia doctiſſima ſcripta, quare ubique terrarum apud doctos celeberrima habetur.

Anno Dom. 1577. defunctus Gerhardus Habbius Lanerentiſis, ſacrae Theologiae Licentiatus, qui ob ſuas doctas declamationes ac elucubrationes eruditæ annumeratur. Sepultus eſt in templo D. Virginis ad Indulgentias.

Eodem anno mortuus eſt, ac in eodem templo terra mandatus M. Ioannes Iſaicus, Hebraicæ lectionis Coloniæ Profeſſor Ordinarius.

Anno Domini 1569. Collegii Laurentiani ob maiorem commoditatem, Senatus aſtipulatione ac Reuerendiſſimi Archiepiſcopi authoritate, ad Minoritarum Cœnobium translatio æquis conditionibus tranſacta eſt. Huius primus moderator fuit Dom. Laurentius Groningenſis, cuius & nomen eſt ſortitum. Ex hoc Collegio olim multi ingenes viri, eruditione ac pietate excellentes, prodierunt, ac poſteri, qui eius numerantur membra, illi minime deſecti ſunt.

Egit in eo olim Rectorem (vt hos ex innumeris, vt memoria dignos, commemorem) D. Gerhardus Hadericiſis Theologiae Profeſſor, ac D. Columbæ Paſtor vigilantiffimus, qui obiit anno Domini 1506. in eade Diœ Coloniæ ſepultus.

Egit & Moderatorem D. Arnoldus Tungrenſis, ſacrae Theologiae Profeſſor doctiſſimus, qui eruditionis ſuae eximie opuscula in ſignia, quibus nomen ſuum poſteris conſecrauit,

secrauit, reliquit. Hic quòd olim Erardi de Marca praeceptorum egisset, euocatus est Leodium, quum iam esset Episcopus simulque Cardinalis, ac ab eo summi templi constitutus Decanus. Fuerat hic Arnoldus natus anno Domini 1468 obiit autem Leodii anno Domini 1540. ac ibidem in flamma sepultus.

Arnoldus quoque Wesaliensis huius Collegii alumnus, insignis Theologus summi templi Coloniae. Canonicus Presbyter, apud D. Henricum Reus de Plauen, Decanum eiusdem templi, magnae autoritatis. Fuit hic sane πολύγλωσσος ac certe φιλόπνοος, qui tandem insperata morte sublatu est, ac in primaria aede sepultus, cuius epitaphium hic ascribendum non ineptè putauit.

VIRO PIETATE ET ERUDITIONE
in signi ARNOLDO WESALIENSI, huius
sacrae aedis Canonico Presbytero, qui obiit diem
suum anno Domini 1534. die 30.
Octobr.

Quisquis es, in requiem si vis intrare beatam,
Atque ita cum Christo perpetuo pace frui:
Verba Dei auscultes, eademque sequaris oportet,
Ergo dum datur hic viuere, discite mori.
Transitus ad vitam mors est, si credis in illum,
Qui mortem nostri captus amore tulit.

Sic ex eodem Collegio prodiit D. Adamus Kempenfis, apud Diuum Gereonem Canonicus, Theologiae Licentiatus, qui suis vigiliis ac assiduis doctissimisque concionibus de Republica Coloniaensi optimè meritus est, qui anno Domini 1577. iam veneranda canicie conspicuus ac venerandus, sepultus est.

Agit praesenti tempore huius Laurentiani noui Collegii Moderatorem prudentissimum D. Paulus Cuichouius Ruremundanus, Theologiae Licentiatus eruditissimus, vir perhumanus. Habet & Colonia multos insignes in

qualibet arte eruditos viros, qui eam ab hæreticorum improbitate tueri, & in sana Catholice religionis doctrina continere aduigilant. Sunt in summo templo egregii Cancellatores, Magistri nostri, quorum nomina propter eorum modestiam non exprimo: sunt vigilantes Pastores, qui vobis suis accuratè prospiciunt. Memoria quoque æterni immortalis dignum æstimo clarissimum D. Godefridum Frechen, Doctorem iuris consultissimum, optime de merito, cui omnia felicitia ex animo precor.

LXXV.

Salentinus illustris Comes Isenburgicus, Decanus apud D. Gereonem ac Canonicus summi templi, eximia virtute, eruditione ac sapientia præditus concordibus totius Capituli Colonienf. procerum suffragiis electus anno Domini 1567. 23. Decemb. declaravit fidei sese Catholicae studiosum & defensorè. q. initio sui Archiepiscopatus, ecclesiasticum statum per viros pios ac doctos visitari ac professionis iuræ eum admoneri voluerit: declaravit se quoque iustitiam obseruantissimum, quod iudicibus omnibus serio mandauerit, & æconomis, ab ea nullo pacto declinare. Vidi quoque dioccesin ære alieno oppressam & oppignoratam, quare eam liberam reddere, summis viribus incubuit. Hac ætem sedulitate nominis immortalitatem apud omnes contectus est. Elegit Ratisbonæ cum aliis Electoribus Rudolphum II. in Imperatorem Romanum anno Domini 1576. Anno Domini 1574. per conscientia Dominorum de Capitulo vota, in Administratorem diocesis Paderbornensis die 21. Aprilis designatur. Anno eodem 19. Decemb. cum omnium diocesis Ordinum applausu & acclamatio, mille equitum numero introductus & inauguratus est. Præfuit prouinciis utilissimè. Vt verò innotesceret quid diocesi Colonienf. contulerit, paucis adiciemus. Theodoricus bonæ memoriæ, à Moers, ob ingentia bella quæ gessit, possessiones aliquot, arces, præfecturas collectus est oppignorare, has ille maximo ære grauatas à neuopignoris liberare cœpit. Inter alia domum cum attinen-

tis vniuersis in Netten prope Andernacum, Praefecturam
 & arcem in Erprode prope Nouesium, Wichternich sub
 praefectura Lechernich, Castrum & Ciuitatem Vrdigen,
 Rheno adiacentem: Item in Nahem, Brilon & alios redditus,
 Ecclesiae restituit. Castrum deinde Hornenburg totumque
 districtum Westa Richlingkufenfis. Cum hoc territorium
 Comites de Schäuwenburg ultra 150. annos quiete possedissent,
 huic reductioni ac redemptioni argente consentire potuerunt,
 verum Reuer. instantia ac Caesarea maiestatis auctoritate compulsi,
 tandem summa pecuniarum olim sub Theodorico à Moers Archiep. expositarum,
 scilicet 17550. florenorum aureorum accepta cedere coacti sunt.
 Neque enim operapretium seriem rei omnem hic annotare arbitror,
 sicut nec de Casaris Werdena, cuius nomine illi non exigua
 lis cum Cluensibus fuit, donec ipsa tandem decisa ad quietam
 possessionem Colonienfis peruenit Ecclesia. Cæpit & hic Princeps
 cum suis Capitularibus de euacuando & restituendo Castris,
 telonio & oppido Zonsis, quæ Capitulum aliquot annis occupauit
 & possedit, strenue agere, adeo vt hæc res atque actio ad Imperatoris
 decisionem sit relata. Nec desinit bonus Princeps castra, in quibus
 cum aulica familia plerunque agere solitus, vtputa Poppelstorp,
 Bruël, Cataris Werdenam, Berckam, & Arnburgum, ipsam Bonnam,
 nouis structuris & aedificiis ex fundamento splendide ornare ac
 augere. Hic igitur Salentinus cum annis decem laudabiliter ac
 vtilissimè diocesi præfuisse, conuocatis Nobilitate ac Oppidorum
 Praefectis, Brulis anno Domini 1577. 13. Septembr. in pleno
 Conuentu renunciavit, inde altera die, id est, Diui Materni, qui
 primus fuit absolutissimus Episcopus Colonienfis. Colonia in summo
 templo ac Capitularium Senatu, quum quæ diocesi contulisset,
 quas molestias pertulisset, quas eius nomine profectio-
 nes fecisset, longa oratione commemorasset, summa gratiarum
 actione, tota prouincia cessit tradens liberam in manus
 Capituli electionem. Resignationis causam po-

tissimum adducebat, quod stirps illa Hsenburgica, unde ipse originem trahebat, masculino careret hærede, illam sibi prouinciam commendatam assererat. Post resignationem anno eodem, die 10. Decembris cum Antonia Wilhelma, nata de Marck, & Comitissa de Arenberg, matrimonio contracto, tranquillus & priuatus uixit. Nuptiæ admodum solemniter in Aduentu Domini in oppido Bonnensi celebratæ sunt. Si in suscepto permanisset munere, & sibi (multorum non incongruo omine) hanc malè consulisset. Verùm aliud fati forsitan uisum fuit. Quadrat non ineptè paradigma apud Tertullianum, qui abiecta toga, pallio uestitus est. Quod cum ei quidam uerteret, oratione lepida, docet, non mirandum, cum totus sit mundus mutationi obnoxius.

Anno Domini 1574. in die Natalis Deiparæ Virginiæ consecratus est iamdudum in Suffraganeum Coloniam designatus debitis cæremoniis in summa æde Reuerend. Dominus Theobaldus Aquisgranensis Theologiæ Professor eximius, per D. Ioannem Monasteriensem Suffraganeum.

Anno Domini 1574. 26. Octobr. admodum tristis & funestus Coloniae in Gymnasio Iesuitarum accidit casus, ut à quodam furioso homine tres Sacerdotes de Societate Iesu, in temporis momento, interficerentur, scilicet D. Ioannes Retius, Theologus, Collegii Regens, Leonardus Louaniensis, Nicolaus Faber, optimè de Republic. Colonienf. meriti. Qui totius ciuitatis mærore incomparabili sepulti sunt. Circa annum Domini 1546. D. de Societate Iesu Coloniae sedem habere cœperunt, & paulatim eorum numerus ac auctoritas & auctior & notior facta est. Horum sanè studium non potest non iuuenturæ, imò totius Reipubl. uile & necessarium uideri. Ordo hic omnium aliorum ultimus fuit, atque ante annos paucos inchoatus, nunc ubique per Europam sese plurimum diffundit. Primus author erat Ignatius Loyola Cantaber Baro, qui cum pro Cæsare contra Gallum pugnaret, & grammatice

pede vulneratus esset, militiam reliquit, & solitariam vitam sequi statuit annum circiter 1535. Postea quoque Lutetia operam literis dedit, & Hierosolymorum sepulchrum Domini inuisit. Statuit etiam omnem vitam peregrinando & prædicando consumere. Cum autem deinde Romam petere statuisset, Venetiis substitit & suæ professionis socios acquisiuit. Erat tum Moronus Cardinalis, qui id genus vitæ in quibusdam approbavit, atque apud Pontificem Paulum III. intercessit, ut eum Ordinem auctoritate sua confirmaret. Id quod Pontifex fecit, atque eis Ignatium Præpositum constituit, ea tamen lege, ne ultra sexaginta huic Ordini sese astringerent; factum est anno Domini 1540. Cum autem illi sese in studiis exercerent diligenter atque passim homines prædicando instruerent, Pontifex Summus decretum de certo numero reuocauit, atque infinitos esse exoptauit. Itaque Moronus Romæ eorum Collegium instituit, atque ut iuuentus in eis institueretur, procurauit, quo postea apud diuersos populos maiori cum fructu concionari possent. Huius exemplo & reliqui reges & principes permoti & ipsi passim huius Ordinis (quos ob Christi prædicationem & paupertatis professionem, Iesuistas dixerunt) Collegia in sua ditione erexerunt, ut tandem ubique magnus eorum numerus fuerit exortus, quorum aliqui ad transmarinos & nouas Insulas, ipsosque Antipodas profecti, multas gentes sua prædicatione ad Christianismum perduxerunt. Utuntur autem veste pulchra eaque frugali. Hinc factum, ut tandem Tridentina Synodus hunc Ordinem Sessione nona, Canone decimo sexto approbarit, & Pontifici subscripserit. S. Ignatius Ordinis autor Romæ obiit & ibidem post, una cum Ioanne Rossensi Anglo martyre, canonizatus.

QVI HISCE TEMPORIBVS CO-
lonia potissimum viri docti & celebra-
stauerunt.

D. Ioannes Slotanus Gessensis Theologiae Professor, de Ordine Prædicatorum, qui egregie Velium Hagmanni hæreticum contudit, de quo dicit in suo libello contra ipsum: Velius vocabulum suum mutavit, nunc se Iulium, nunc Iodocum appellans: mutavit vocabulum, sed perniciam non mutavit: exiit lupum & induit lupum. Obiit Ioannes Gessensis anno Domini 1560.

Ioannes Vlattenus vir nobilis ex regione Juliacen- cum Coloniae literarum fundamenta iecit, ac Philosophiæ Magister creatus fuisset, Lutetiam, Friburgum ac Heileam se contulit. Inde Iurispræditissimus ad suos rediit, & Duce Juliacensi, Præpositus Aquisensis effectus, inde eum suum Cancellarium constituit. Mortuus est Duillisdorpi anno Domini 1561. vir clarissimus, qui bona studia temperavit.

Eius Epitaphium tale legitur.

Hic iacet insignis vita Vlattenus magis,
Vir generis pollens ingenioq; bonus.
Juliacam regeret dum Cancellarius antea,
Obrutus heu morbi vi dominante fuit.

Franciscus Lymburgensis Byrseus, Coloniae ob diligentem studiorum operam, ingeniarum artium Professor electus est doctissimus. Evocatus ad iuventutem instructendam, Daventriam, inde à prudentissimo Neomageni Senatu, illius Scholæ Moderator constitutus est. Quod officium adeò sceleriter ac strenuè peregit, ut non modo Scholæ videretur Rector, verum etiam totius civitatis Governator ac Censorius omnium applausu haberetur. Cum itaq; optimè de ea Republica ac Catholica religione, meruisset olim Coloniae Præceptor summo mihi studio colendus promeritus fuisset, vir eruditissimus ac plane pius anno se-

latis 1575. religioſe mortuus eſt, ac in primario templo ſepultus.

Bartholomæus Laurens Nouiomagenſis, Coloniae Typographia in Officina Quenteliana, quam multis annis tum rexit, tum illuſtrauit, præſes Corrector eruditiffimus ac fideliffimus. Hic eruditionis ſuæ ſolidæ in vertendis & bonorum autorum commendandis ſcriptis multa poſteris dedit argumenta, admodum ſenex an. Domini 1577. obiit, ac in ſummo templo ſepultus.

Adolphus Eichols, legum, canonumque Doctor, juris Canonici Ordinarius Profeſſor, Rector Vniuerſitatis Coloniænſ. vir doctus ac probus, qui literarum gratia, Germaniam, Italiam ac Galliam peragrauit. Innotuit doctis, & que annumeratus eſt, Mortuus Coloniae anno Domini 1564.

Anno Domini 1577. per integram fere hyemem viſus eſt Cometa terribilis, de quo multi multa mala ominati ſunt, de quo tale iactatum eſt diſtichon:

*Quadradians longo portendit crine Cometa?
Belga vide, Princeps cerne, Mathia caue.*

Laurentius Surius Luberenſis Carthuſianus Coloniænſ. qui eruditionem ſuam inſinitis tum laboribus tum elucubrationibus poſteris commendauit, obiit anno Domini 1578. 23. Maii.

LXXVI.

Gebhardus natus eſt ex ſuperiori Germania, perantiſſima & illuſtri familia liberorum Baronum Walburg, cognomento Truchſes. Cùm eſſet ſummæ ſpei ac literarum cupidus adoleſcens, hinc inde ſeſe ad celebria Gymnaſia ac Aſademias, vt animum liberalibus artibus excoleret ac linguas addiſceret, contulit. Apud Louanium cum Philoſophiæ præceptis haud mediocriter imbutus eſſet, Romanam conceſſit. Hanc urbem & vidit, ibique bene vixit. Inde reuerſus in Germaniam, Ottonis Cardinalis Auguſtini ſui auunculi perſuaſione ac auctoritate Eccleſiaſtico-

ritum sese albo coniunxit. Factus est deinde apud Augstam summi Collegii Praepositus, & apud Argentoratum Cathedralis Ecclesiae Detentus. Coloniae quoque cum summi templi Canonicis connumeratus esset, ita cum eis vixit, ut virtutis haud contemnenda praeberet argumenta. Interea Salentinus Iffenburgicus Archiepiscopus Coloniae cum ad connubium animum adiecisset, ac Ecclesiasticam functionem ad manus Capituli resignaret, post trium ferme mensium vacationem ad diurnam consultationem, de nouo substituendo Archipraesule deliberatum est. Capitulares igitur cum in magna rerum perturbatione singulorum mores expenderent, duo tanquam ad Ecclesiae gubernaculum maximè idonei, oblatis sunt: Ernestus Dux Bauariae Alberti filius, Canonicus Coloniae, & hic Dominus Gebhardus suis praesens virtutibus.

Nonnulli igitur eligentium in Bauarum declinante verùm maxima pars Capitularium in hunc Truchses: qui inde quod suffragiorum numero excederet, assumptus est & declaratus Archiepiscopus anno Domini 1577. patre Diui Nicolai, cum trimestre supra tricesimum aetatis annum excessisset. Mox à nobilitate pariter accontibus summa cum gratulatione inauguratus est. Quae sunt functionis, id est Ecclesiasticae, nullo modo neglectae sunt. Commendatur cum literarum multinga eruditione, tum linguarum peritia: commendatur & animi modestia ac singulari pietate. Omnes autem pii de hoc Reuerendiss. bene sibi polliceantur, eum pro sua singulari prudentia ac pietate praestitutum, quod alii negauerunt.

Faxit Deus Opt. Max. ut vterque, hoc est & populus & Archipraesul suo fungantur officio: illi ut debitam praestent subiectionem, quo bono digni sint pastore: hic ut ita praestant attendat, peruigilet, maiorum suorum insitit vestigiis, et cum gaudio coram summo iudice villicationis suae pollicem reddere rationem, & ita vtrique ad aeterna gaudia perueniant, Amen.

Anno

Anno salutis 1579. altera Epiphaniæ Domini castrum Carpenæ, quod anno superiori improbi nonnulli insidiosè ac proditoriè occupauerant, atque ex eo furum, latronum, sacrilegorum ac licariorum fecerant latibulum ac confugium, ab Hispanorum exercitu obsessum, breuique ænis tormentis deiectum, & nebulones illi omnes, qui in rusticos ac aurigas fortes fuerant, ex arborib. nudi suspensi ad quinquaginta. Præsens eorum, vir valdè iniquus, qui Ecclesiam Carpensensem insignem, vbi celebre est Canoniorum Collegium, incendio absumpserat, post aliquot dies laqueo necatus: sic colluuiè illa nebulonum sublata è medio, itinera tutiora sunt reddita.

Cum anno Domini 1579. Colonia ad Belgicos tumultus ac seditiones, quæ in Belgio contra Catholicum Regem Hispaniarum Philippum à suis subditis exortæ erant, sedandas cum aliis multis Principib. Reuerendiss. Gebhardus ageret, Dominica Exaudi, id est, vltima Maii, solemnem antiquorum more Senatus Colonien. prudentissimi consensu, processionem siue supplicationem instituit. Seiebat enim Illustriss. Princeps auxilium in rebus afflictis à Deo, quem peccatis offendimus, pœnitentia placamus, querendum. Ad huiusmodi enim patrocinia, vbi Sanctorum intercessionibus, qui illi ab initio placuerunt, mediæ quaruntur, Orthodoxi, in suis supremis necessitatibus, tanquam sacram anchoram, confugere solent. Verè didicit Rex ille sanctus Iosaphat in medijs constitutus periculis, ac pius ille Ezechias vndique vallatus hostibus, se frustra nominis patrocinia minimè implorasse. Vidistis sanè hic Colonia non populi tantum, dum sacræ illorum diuorum reliquiæ, qui huic celeberrimæ vrbis à Deo præcipui dati sunt Patroni, circumferrentur, summam deuotionem, Cleri infiniti in nomine Domini congregati, pietatem, verum etiam Principum singularem religionem. Pone enim venerabiliss. Eucharistiæ Sacramentum ac sanctorum sacra pignora, sequebantur duo Ecclesiastici Electores, Colonien. ac Reuerendiss. D. Iacobus Treuerensis, medius Le-

gatus Pontificius D. Ioannes Baptista Castaneus, Archiepiscopus Rosschilienfis Italus. Hinc tres illustres Principes, Reuerendiss. D. Iulius Episcopus Herbipolenfis ac Franciæ Orientalis Dux, Cæsareæ Maiestatis Legatus Carolus de Arragonia, Dux Terræ nouæ, Marchio Abulæ, Conest. bolo in regno Sicilia vnâ cum filio ac genero suo Philippi, Regis Hispaniarum Legatus, Philippus Dux Arschottanus ac cum filio Carolo ac tota nobili familia, Catholici integerrimi, nomine Statuum ex Belgio, Reuerent. Abbates duo D. Ioannes Abbas S. Gertrudis, D. Eudericus Abbas Marlonsis. Otto Henricus Swartzenburgus, Legatus Cæs. Maiest. Legati Wilhelmi Ducis Iuliacensis Maximilianus Gubernator ex Arthelia, totus amplissimus Senatorius Ordo Colonienf.

Hos Catholicos Principes Pacificationis nomine missos, cum Colonia maximis sumptibus post grauissimas etiones per septem menses perstitissent, nec rem, propter Belgii lubricam fidem ad optatum finem perduxissent, recedentes summa humanitate Colonienf. Elector prosecutus est.

DOCTI VIRI, QUI HIS TEMPORIBUS Colonia claruerunt.

D. Theodoricus Buscoducensis Theologus, Ordinis S. Dominici, Apostolicus Inquisitor hereticae prauitatis, suis eruditissimis disputationibus publice ac priuatim multos tum instituit, tum consolatus est. Obiit anno Domini 1578. pridie Diui Iacobi Apostoli, sepultus apud Iues in Choro.

Ioannes Helmannus Iuris Licentiatus, antiquitatis studiosissimus, obiit anno Domini 1579. 14. Maii. sepultus apud Diuum Laurentium.

Sebastianus Nouimola Duilbergenfis, sacre Theologie Professor eximius, Metropolitana Ecclesia Canonice Presbyter ac D. Columbæ Pastor, indefessus verbi Dei promotor, obiit anno Dom. 1579. 8. Iul. ætatis 79. sepultus admodum

admodum religiosè in summo templo prope sacellum
 mum Regum.

Anno Domini 1579. pridie natiuitatis beatæ Mariæ
 Virginis Colonia in tempesta nocte duæ conciderunt do-
 mus, & vna tres homines, virum simul cum vxore & filio,
 qui erat Augustini Regula frater sacerdos, oppressit, alte-
 rius autem ruina nullus interit.

Anno hoc, id est 1579. 28. Nouembr. Colonia piè de-
 functus est Reuerendus D. Andreas Munsterus, Cœnobii
 Braunweiler Abbas dignissimus, vir doctus, ac literatorum
 hominum patronus singularis, quem non incongruè, ob
 sua in Psalmos pœnitentiales catmina edita, doctis annu-
 merandum censeo. Funus à morte delatum est honorificè,
 ac in suo monasterio sepultum. Successit R. D. Heribertus
 ab Heimerichen.

D. Wilhelmus Lindanus ex Hollandia Dordraci ortus,
 Episcopus Ruremundanus primus, vir Græcè, Latine, He-
 braicè doctissimus, ob sua eruditissima ac gratissima scri-
 pta Colonia innotuit. Hic quòd Ecclesiam suam suæ com-
 missam fidei ad optimam viuendi formam conaretur in-
 ducere, impiorum persecutiones sustinuit: maluit igitur
 vir pius apud Romanum Pontificem & Hispaniarum Re-
 gem exulare, quam cum infanis ac turbulentis agere hære-
 ticis.

Andreas Geel natus Colonia ex honestis, opulentisque
 parentibus. Hic ab ineunte ætate in variis Academiis opti-
 mis literis operam dedit, & vtriusque Iuris Doctor creatus
 est. Archiepiscopus Treuerensis eum in suum Consilia-
 rium cooptauit. Inde ad aulam Imperialem accessit, do-
 ctissimis viris connumeratus est. Habuit fratrem Philip-
 pum Geel, qui annis aliquot apud Colonienfes Magistrat-
 um prudentissimè administravit: ob inmatutam mortem
 anno Domini 1574. 26. Nouembr. ob summam humani-
 tatem tota eum desseuit Colonia.

Jacobus Mildendorpius natus ex inferiori Germania,
 Swollis, eò eruditiois progressus est, vt & paulatim tum

iuris sit declaratus Licentiatum, tum Deo auspice ad D. Creonem Canonicus, qui & ob rerum singularem doctitudinem & experientiam, summa est apud Electorem Coloniensem autoritatis.

Doctis his non incongruè annumerandos censeo etiam fratres insigniter doctos D. Melchiorum & D. Georgium Bruin, quorum hic apud D. Georgium agit Canonicum, alter verò apud SS. Apostolos Pastorem: quorum sententia in vertendis bonis autoribus miramur ingenii fecunditatem. Licet autem hi mea minimè indigeant, seu requirant commendationem, æqui bonique precor consulant hanc mentem in ipsos obseruantiam.



SECUNDVM CAPITVLVM CONTINENS

CATALOGVM EPISCOPORVM
ac Archiepiscoporum Moguntinensium.

Moguntiae Ciuitatis descriptio.

Moguntia est quasi in vmbilico totius Germania, metropolicarum ciuitatum & praecipua & vetustissima. Eam Troianum quendam Moguntium nomine condidisse nonnulli ferunt. Quod ex vetustioribus sit, hinc facile coniecimus, quòd olim illic Romani, cum Germaniam oppugnarent, sua ibi habuerint munimenta. Quae autem in modo cernitur Moguntia, longè alia est, quam

pter: nomen quidem retinet, at interim ædificiis & loco à priori distat. Hic Mœnus fluuius ex Franconia descendens, Rheno miscetur, vnde nomen quidam vrbi inditum, autumant. Hæc tertio funditus euerfa est atque destructa. Primò per Francos, secundò per Wandilos, & tertio sub Attyla, per Hunnos. Anno Domini 521. Dagobertus Galliarum Rex, Moguntiam reædificauit & egregiè munire cepit, translaram tamen à priori loco ad Rhenum ducentis ferè passibus. Veteris ciuitatis adhuc permanent vestigia. Anno Domini 1153. fuit Arnoldus à Solenhofen Archiepiscopus, quem Moguntini extra urbem eiecerunt, & in Monasterio Diui Iacobi crudeliter trucidarunt, & in sterquilinum præcipitarunt. Cum autem Imperator Fridericus primus, cui multum charus erat Antistes, audisset, indignissimè tulit, qui iussit totam Moguntiam dilacerari, vastari, incenia dirui, fossias impleri, Cœnobiũ D. Iacobi eueri & totã urbem omnibus immunitatibus, iuribus ac priuilegijs exui curauit: sic Moguntia 36. annis vastata ac lacerata, tandem consensu Imperatoris Ottonis I V. denuò instaurari & reædificari cepta est. Tempore quoque Dietheri anno Christi 1459. ob diuersam Episcoporum electionem, per proditionem nonnihil damni passa est. Nostro autem seculo anno Domini 1551. cum Sebastianus ab Hausenstein ageret Archiepiscopus, grassatus est Albertus Marchio Brandenburgensis per superiorem Germaniam, & Moguntiam occupauit, diripuit, & Arcem Episcopalem ac templa aliquot incendit ac exussit. Carolus Magnus ibi lignem pontem per annos decem ingenti labore & mirabili opere de ligno ita construxit, vt perenniter durare posse videretur. Pons autem ille in Maio anno 813. ita tribus horis fortuito incendio conflagrauit, vt præter hoc, quod aqua tegebatur, ne vna quidẽ hastula maneret. Huiusmodi multa portenta gloriosissimi Imp. Caroli mortem præcellerunt. Habuit ante Diuum Bonifacium, qui primus Archiepiscopus fuit, 47. Episcopos, qui omnes ibi fidem Catholi-

cam fideliter prædicauerunt. Archiepiscopum ex Septem-
uironum numero, quos Electores Imperii vocant, Do-
minum ac omnium rerum moderatorem agnoscit. Primum
est Archiepiscopalis Germaniæ Ecclesia, ex Wormanen-
translata. Habet Comprovinciales Episcopatus sub
duodecim. Habet Vniuersitatem, quæ ab Archiepiscopo
Diethero anno Domini 1482. est instituta. Hæc enim civitas
desolata, vt alia nonnulla Germaniæ scholæ, auctore
Archiepisc. Daniele per Doctores de Societate Iesu restau-
rata est, & ad nitorem reducta. Hic Typographica ar-
tibus inuentio comperta est. Agrum habet ab utraque Rhæni
ripa fecundum & præstantissimo vino fertilissimum. Vitis
est satis ampla, munita in longitudine spilla, ac in latitu-
dine gustior. Aedes habet Romanorum instar amplas, habet
basilicas tum Collegiatis, tum Parochiales magnificas &
perornatas. Decoratur & arce Archiepiscopali splendens,
vbi ipse Elector plerunque aulam agitare solet.

Ad Moguntinensis Archiepiscopi arma.

Quo virtus animi maior, quo gloria rerum,

Se tollit tituli nobiliore nota:

Hoc humilem decet esse magis, memoriq; repostum.

Hoc rota W. ligisti, cuius sanctissima toto

Virtus Christi adum vni in orbe, monet.

Est virtus, nos esse homines cognoscere, vitam

Esse rotam: virtus hæc facit esse Deos.

CATALOGVS EPISCOPORVM
MOGUNTINENSIVM.

L

Sanctus Crescens siue Crescentius anno Domini car-
nationis octogesimo, Roma directus in Germaniam
superiorem, quæ & Gallia, primus Moguntinensis Prædi-
cator Episcopus ordinatus est. Fuit discipulus S. Pauli Apo-
stoli, qui cum S. Tito Galliæ peragrans, multos ad fidem
Christi verbo prædicationis conuertit, fuit & magna san-
ctitatis

titatis. Præfuit annis 22. martyrio coronatus est ac ibidem
 teste Diuo Hieronymo, sepultus. Videat Presbyter Eule-
 bium Caesariensem.

II.

Marinus Crescentio succedit, qui præfuit annis sex.

III.

Crescentius secundus, annis 18. præfuit.

IV.

Cyriacus annis quatuordecim.

V.

Hylatius vir sanctus & Martyr Christi, annis 20.

VI.

Martinus præfuit annis 14.

VII.

Celsus Martyr Christi, annis 22. præfedit.

VIII.

Lucius annis 10. sedem hanc occupauit.

IX.

Gothardus vir planè sanctæ conuersationis, annis 15.

X.

Suffronius vir optimus, annis octo.

XI.

Herigerus Martyr Christi, annis 14.

XII.

Rutherus Martyr, annis 20.

XIII.

Auitus vir doctus atq; pius, annis 22.

XIV.

Ignatius Martyr Christi, annis 13.

XV.

Dionysius vir bonæ vitæ, annis 26. sedem tenuit.

XVI.

Ruthbertus præfulem egit, annis 12.

XVII.

Adelhardus vir optimis comparandus, annis 10.

ffff 3

Anneus Lucius & hic bonis connumerandus, annis p-
 Aodecim.

De his nuda tantum nomina habemus.

Maximus Episcopus, Moguntinus patria, religione &
 doctrina Christiana insignis fuit. Habuit parentes hone-
 stos ac prorsus Christianos. Fuit autem eis temporibus
 quando Ecclesia Catholica ab hæreticis Arrianis gravissi-
 mē oppugnabatur: quare pro domo Dei se tanquam
 murum opposuit. Erat siquidem præsul doctissimus, qui
 hæreticorum argutias suis scriptis confutare valuit, qui &
 ab eis graues semper persecutiones perpeffus est. Erant
 tam multa barbaræ nationes ac gentes, quæ vndique mole-
 sta damna Ecclesiæ dabant. Erant Gothica nationes, quæ
 incurfus frequentes facientes in Galliam, Moguntiam,
 Coloniam, Treuirim, & alias omnes ferè ciuitates graui &
 atroci crudelitate crebrò molestabant, quæ nulli pepercere
 aut ætati aut sexui. Hac ratione factum est, vt res a p-
 istis Pontificibus gloriosè factæ literis minima è mandari
 potuerint, & illi Pontifices, qui S. Bonifacium præcelle-
 runt, penè ignorentur. Hic autem Maximus (cuius vitam
 vtcunque compertam habemus) Colonienfi Synodo vbi
 ille scelestissimus Euphrata Arrianus, depositus est, inter-
 fuit. Reuersus est Moguntiam, & cum multis esset labo-
 ribus ac senio exhaustus, paulatim viribus corporis de-
 stitui cœpit, verum mente integrâ ac spiritu, nihil magis o-
 ptabat, quàm corpore dissolui & esse cum Christo, quem
 puro semper corde amauerat. Cumque post biennium,
 finem huius vitæ sibi conspiceret imminere, ne post eius
 transitum, in ouile Christi lupi rapaces profilirent, commo-
 catis fratribus, de vnanimi omnium consensu, Presbyte-
 rum quendam Sydonium pium, suæ Ecclesiæ designauit
 successorem, ipse autem cum annis viginti quatuor pie &
 laudabiliter præ fuisset, post multa religiosissime facta, post
 varias pro fide Christi & Ecclesiæ persecutiones, plenus
 ætatum

derum atque virtutum, ad Dominum fœliciter migravit
anno incarnationis Dominicæ 375. Corpus eius iuxta
tombam S. Crescentis primi Episcopi est sepultum, transla-
tum verò per Hildebertum Archiepiscopum anno Domi-
ni 935. ad Monasterium S. Albani.

XX.

S. Sidonius vir insigniter doctus & pius, vt eum Fortu-
natus Episcopus Pictauiensis describit, præsuit annis 19 in
magna sanctitate ac multo animarum fœnore. S. Albanus
(cuius reliquæ apud Moguntiam conseruantur) martyr,
iuxta ex regio genere, ab Vngariæ Rege loco filii educatus.
Verùm ille aulam regiam maturè, vt alter Moïses, deseruit.
Vt autem melioris & permanentis vitæ conditionè habere
posset, factus est vltro peregrinus & Eremita, sicque tan-
quam aduena in terra obambulauit, & Dei verbum dili-
genter prædicauit. Apud Moguntiam in nemore à latro-
nibus paganis comprehensus, & cum se liberè Christianum
profiteretur, ab iis strangulatus est, & corpus eius in quan-
dam aquam proiectum. Ex qua aqua cum multi leprosi bi-
berent, sanitatem consecuti sunt. Inde ob huiusmodi mi-
racula ex aqua leuatus, cum suo Epitaphio apud eandem
vrbem honorificè sepultus est, qui miraculis infinitis cla-
ruit.

S. Albanus alius, Presbyter & Martyr, qui tempore
Diocleriani ex Insula Naufœa vnà cum Theonesto & Viso
Mediolanum est profectus: inde à Diuo Ambrosio Epi-
scopo & Theodosio Imperatore in Galliam, vt essent Dei
verbi præcones, missi. Visus dum peruenisset Augustam,
ibi ob Catholicam fidem martyrizatus est. Albanus verò
cum Theonesto, dum D. Paulinum Treuirensis Episco-
pum inuisisset, Moguntiam se contulit: hic Gothis & Arria-
nis Christianæ fidei veritatem strenuè prædicabat. Insur-
gunt illi tanquam frenetici in Albanum, cédunt, flagellant,
& tandem ei caput gladio amputarunt. Mortuum autem
cadauer arrepto proprio capite, ad eum locum, vbi sepeliri
voluit, detulit. Ricolphus inde Archiep. Moguntinens. ibi

Ecclesiam construxit & Sancti Albani sepulchrum exstruxit & exornauit extra Moguntiam in monte anno Domini 380. passus.

S. Albinus Anglicus Martyr, cuius corpus S. Germanus Antisiodorensis Episcopus ex Anglia Romanam detulit. Inde summi Pontificis liberalitate per D. Theophaniam Ottonis II. vxorem, Coloniã allatum anno Domini 851. & in Monasterio D. Panthaleonis honorifice repositum est: vbi magna deuotione inuisitur & multa miracula eduntur. Leuatum eius corpus anno Domini 1327. sub Philippo Archiepisc. Colon. Passus est in Britannia sub Diocletiano tyranno immanissimo. Cumque is qui eum ferre debuerat, vidisset miracula, in Christum credidit, & cum eum palam professus fuisset, vnã cum Albino, vitam hanc amisit, qui in sanguine suo baptizatus est. Theophani Imperatrix Coloniã apud Diuum Panthaleonem sepulta est.

XXI.

Sigismundus fuit post Sidonium Episcopus Moguntinus, & præsuit annis 16.

XXII.

Lupoldus inde admotus, vir sanctus, præsuit annis 17.

XXIII.

Nicetius cum esset admotus, præsuit annis 8.

Marianus inde Pontifex, annis 10. His temporibus fuit S. Afra meretrix, ad quam Sanctus Nacellus Episcopus persecutionem fugiens, ignorans cum suo Diacono Felice, peruenit. Illa suspicante eum ob rem turpem aduenisse, parat cœnam, offert tres puellas. Verum illo suo more orationi vacante, didicit meretrix eum Christianorum Episcopum. Statim illa alia mente & mutato animo, suum cognouit & confitetur vitæ genus. Hic vir Dei non abhorrens, sed instituens, immundos spiritus abegit, eas coniunare præcepit. Inde Episcopus diebus aliquot ibi manens, multos gentiles ad Christum conuertit. Afram cum suis, Hilaria, digna, Eunomia & Eutropia, ac omni cognatione

tionē & amicis baptizauit, & domum Hilarie mutauit in Ecclesiam. Collecta iam Ecclesia fidelium illic, ordinauit eis Episcopus Dionysium auunculum Afræ, qui postea multas animas Christo lucratus est, & ibidem martyrio coronatus. Requeiunt sanctæ istæ Martyres Augusta Vindelicorum.

XXIV.

Sanctus Auræus & Iustina eius soror, aurea sanè vasa & flores suauiter in magna domo Dei redolentes, vt eorum tum vita, tum mors ac frequentia signa restantur. Cùm Auræus ad clauum Moguntinæ Cathedralis esset admotus, se viriliter toto pectore malis moribus opposuit. Egit vt bonus pastor oues suas admonendo, arguendo, increpando, consolando, & in hoc tam pio officio vitam suam ponere non dubitauit. Contra, sua Arriani dogmata tyrannide non ratione disseminare & constabilire, satagebant. Praefuit sub Theodosio iuniore Imperatore anno Domini 454. Praualent hic tandem hæretici, expellitur Catholicus Doctor, sequitur soror Iustina, vnà cum multis Catholicis viris, quos hæretica impietas ferre non potuit. Grassantur Hunni, evertitur Moguntia, Attyla rege barbaro insistente. Post aliquot annos Auræus reuertitur, Catholicam fidem & doctrinam egregiè defendit, & cum sacrum Lyturgie officium quadam vice perageret, ipse cum aliis multis viris Catholicis ac Iustina sorore virgine sancta, ob Catholicæ fidei constantiam interemptus est. Horum omnium corpora in monte Martis (qui mons Martyrum, vbi iam est Diui Albani Ecclesia, vocatus est) sepulta sunt. Ossa eorum postea à Ricolpho, qui fuit tertius à Sancto Bonifacio, sunt inuenta, leuata, ac honorificè posita. His temporibus multa millia Christianorum fuere occisa, & in periculosis illis temporibus eorum actus non descripti. Hac tempestate floruit S. Asimus, qui ad Rhetios est profectus, & eius loci homines, cum eruditione & pietate esse insignis, verbo Dei instituit, suo etiam exemplo in pie ad vitæ innocentiam perduxit. Hinc factum, vt in eo loco

ffff 5

Ecclesiam colligeret atque primus Curiensium Episcopus fieret, anno post Christum natum 450. eo tempore cum Attyla Hunnus Europam vastaret. Is ergo optimi Episcopi munere functus, sua prædicatione homines in cruce consolatus est, & in fide perseverantibus æternam gloriam ostendit. Interfuit etiam consilio, quod Leo Pontifex in Valentiniani ac Marciani Imperatorum celebravit anno 452. tandem moriens, Puritio discipulo Ecclesiam suam commendavit. Attylas hic, cuius sæpe fit in scriptura mentio, fuit Hunnorum Rex ex Scytharum genere, qui subacta Pannonia, Italiam ingressus, Aquileiam subvertit, & in Germaniam transiens, plurimas vastitates edidit, tandemque domum reuersus, dum nouis nuptiis operam dedit, vino plenus, effuso è naribus multo sanguine, suffocatus est. Hic tot cladibus rem Christianam afflixit, ut apud omnes flagellum Dei fuerit appellatus. Fuit autem Valentiniani optimi principis temporibus.

Beatus Lucius Britanniarum Rex, Bauariam, deinde Sanctus Rupertus, ultimo S. Bonifacius Moguntinensis Archiepiscopus Christianam pietatem edocuit.

S. Iessius præfuit Nemerum populis & Ecclesiis conuincendo Christum humani generis liberatorem, confutendoque Arrianorum blasphemias ante ac post Christi annum 348. Hic quoque Coloniae fuit & cum aliis piis Germaniarum & Galliarum Episcopis, Euphratam Arrianæ sectæ uel clam damnauit, ac à Coloniae Ecclesiæ gubernatione amouit. Quo anno obierit, & ubi ossa illius modo conuoluentur, ignoratur, anima in choro Angelorum agitur, & deturque.

XXV.

Eutropius vir sanctus post S. Auræum præfuit Moguntinæ sedi annis 23. post quem ordine usque ad S. Bonifacium extiterunt exclusiue adhuc 14. Pontifices in Ecclesia Moguntina, quorum ista sunt nomina: Adelbectus, Ratemus, Adelbaldus, Lautfridus, Ruthardus, Sidonius II, Willebertus, Ludegastus, Ruthelmus, Rutwaldus, Leowaldus.

Richbertus, Geroldus & filius eius Wiliebus Laicus, per Carolum Martellum maiorem domus Francorum, ea ratione Pontificatu Moguntino donatus, sicut & Milo, filius Ludwini Episcopatu Treuerorum, & alii nonnulli per Galliam, ut bello interessent cum Rege contra Saxones Francorum dominio rebelles. His temporibus cœpit Veteris Monasterii Cœnobium virginum ex liberalitate Dominae Vniuilidis Francorum Ducissæ, quæ neptis fuit Sidonii Episcopi ex sorore Gubernatrice Prouinciarum Renensium.

Anno Domini 525. Dagobertus Galliarum Rex Moguntiam reædificare & egregie munire cœpit, translata tamen à priore loco ad Rhenum ducentis ferè passibus, quam pulchrè absoluit. Veteris ciuitatis adhuc permanent vestigia.

S. Amatus anno Domini 650 ex monasterio S. Mauriti ad Episcopatum Sedunensem assumptus est, & eam functionem optimè administravit: tandem malorum improbitate amotus, Abbatem egit in magna humilitate, qui demum grandæuus in Domino dormiuit, & hanc vitam caducam cum meliore & præstantiore rerum statu, cuius hic pertenuis etiam species vix reperiri queat, permutauit.

S. Crotaldus pius & religiosus præsul, præfuit Wormatiæ sedi Cathedrali adhuc circa annum Domini 505. Hic venerandus senex cum venisset Corneliam, quæ nunc est Wiebpena & ei locus placuisset, ac studiis piorum hominum maximè videretur esse idoneus, cœpit egregium ibi templum condere & habitationem satis amœnam pro duodecim Monachis ac eorum informatore & gubernatore Præposito construere. In eodem templo adhuc hodie apparet imago eius in parietibus depicta & diademate ornata: in eodem terræ etiam mandatus esse creditur.

XXVI.

Geroldus primus renouata Moguntia à Dagoberto, Episcopus, vixit temporibus Pipini & Carolomanni, Galliarum Regum, à quibus Wormaciensis Archiepiscopus

etiam est designatus. Erat vir prudens, callidus, ac ad maximas res, magis tamen ad civiles, quam Ecclesiasticas gerendas, summè appositus & idoneus: corporis ita tum mi- gni, animo verò intrepido ac longè maximo: aulicè vix studiosior, quàm Ecclesiasticarum ceremoniarum, qui parùm aut omninò non curabat, idcirco aulicis etiam & trique Regi admodum charus. Cum itaque Saxones irruptione facta, Thuringiam ferro & igni popularentur, missus est à rege Pipino ad defendendam Thuringiam Episcopus iste Geroldus cum magno exercitu. Ibi cum strenue ac fortiter dimicaret, fortiter etiam in acie à Saxonibus quodam regulo cæsus occubuit, de quo natum est Epigramma:

Ense Geroldus obit Presul, qui dimicat ense:

Perplacet ergo Chorum, non adesse forum.

XXVII.

Gerulio Geroldi Archiepiscopi legitimus filius, pater per omnia similis, semper fere à primis annis in aula Pipini Regis educatus: euectus est post Geroldi patris ad vicum usque etiam sedis, Wormaciensis videlicet & Moguntinæ gubernationem à Rege Pipino, cui admodum charus erat: quod iudicium minimè fallax est, non humili eos genere natos fuisse. Accidit autem, ut huius Archiepiscopi tempore Saxonia iterum seditiosa grassaretur in regni Prouincias. Pipino ergo conscribente exercitum, qui cum Saxonum à Thuringia arceret ac depelleret, operam suam inter alios offert iste etiam Gerulio, gaudens se nactum esse occasionem vlciscendæ cædis paternæ. Missis regem in Saxonia aditu ad Visurgum castra locat, vbi adiens Saxonico exercitui inesse hostem patris sui Geroldi tractatorem, missio ad eum honesto Legato, dataque insuper maxima fide sub specie amici alicuius colloqui, eum ad se vocat. Ille mali nihil metuens ac Episcopi Geroldi hunc hâc esse ignorans, publica item fide fretus ac nitens, venit. Quem cum ad se venientem videret Gerulio, vicit eum ira, vicit in charissimum parentem pietas, ut oblitus patri

promissi ac datae fidei, quasi cæcus in eum irrueret, ac gladio eum traiceret, addens hoc schediasma:

Accipe nunc ferrum, quo patrem vindico charum.

De hoc homicidio natum est tale Epigramma ad ipsum GERVILIONEM.

Quid Laicus faceret, cum pergat ad arma Sacerdos?

Gerulio patris vindicat ense necem.

Antistes baculo, gladio non utitur, unctus.

Hossem Gerulio cur precor ergo necas?

Audiens verò Rex Pipinus Gerulionem tale facinus designasse contra datam fidem, grauissime in eum accensus, habita prius cum Pontifice lumino Gregorio III. deliberatione ex vtriusque dignitatis fastigio eum deiectum Monasterio cuidam intrusit, cui perpetuis temporibus inclusus poenitentiam ageret de commissa cade & violata publica fide. Ibi inter alias querelas, quas scripsisse legitur, hoc tetraſtichon extat, quo factum suum excusat Gerulio & calamitatem suam recenſet, ac patienter ferre sese testatur.

Patrius affectus, me mouit ad arma cruenta,

Pœnam quam merui dignus ergo tuli.

In clauſtro latui pro crimine tempore vite:

At licet hic lateam, ſpero ſalutis opem.

Vt autem exemplum etiam omnium temporum hominibus ſtatueretur & grauissima animaduersione testaretur Rex Pipinus & Gregorius III. Pont. Max. tale facinus summe ſibi displicuisse, Wormaciensis Ecclesia Archiepiscopali dignitate exiuit, & ea ipsa Moguntina induitur, & ad honores (quibus hodie adhuc coruſcat) euehitur. Sic Moguntinus Episcopatus Archiepiscopatus factus, & Wormaciensis Ecclesia ei ſubdita est, quæ ſedecim prius Episcopatum amplissima Domina ac gubernatrix erat.

Etsi Pipinus Archiepiscopalem dignitatem ac sedem
 bentiuss Erfordiam transtulisset in Carnobium D. Petri,
 eius tamen voluntati & consilio refragabatur Pontifex
 summus. De hac translatione (quæ incidit in annum Do-
 mini 729.) tale distichon extat:

*Ecce Moguntinus alma dat Episcopus urbis
 Culmen, Metropolis, quod erat tibi Guarmaciensi.*

I.

SANCTUS Bonifacius fuit ex illustri ac Regum Angli-
 stemmate ortus. Ab ipsa iuuentute ad sacras literas ac
 pietatem præter parentum suorum voluntatem propen-
 sissimus fuit. Cum autem parentes in puero diuinam
 derent indolem, eius conatus ac studia adiuuare ac prom-
 uere nõ destiterunt. Adiunctus est optimo monachorum
 Collegio, in quo cum alios omnes sua eruditione & pro-
 ctu virtutum superaret, ad aliud monasterium, in quo
 annum ætatis trigessimum permansit, se contulit. Cum
 iam plurimum religione, prudentia & animi moderatione
 valeret, autoritate Gregorii II. Romani Pontificis, relicta
 Anglia, ad Germaniam, quæ adhuc in multis locis pag-
 nismo tenebatur, concessit. Adduxit ex illa pietatis scin-
 la multos excellentes viros, cum quibus indefessa ope-
 patriam nostram tum conuertit, tum in fide Christiana,
 ubi Euangelii lux suborta fuit, confirmavit: quare cum
 diligentia, gentes multis implicata erroribus, ad viam ver-
 tatis sunt reductæ, & ad veram fidem conuertite. Inuenit
 Pipino Francorum regi, qui eum summi Pontificis aucto-
 ritate ad Moguntinam sedem iam exaltatam, in locum de-
 positi Geruilionis, ordinavit ac confirmavit Archiepisco-
 pum. Discipulos multos tanquam Ecclesiæ pietatis sem-
 narium, instituit. Hos potissimum ex sua patria, quæ iam
 Christi religione florebat, non viros duntaxat, sed & re-
 giosas matronas ac pias virgines, accersit. Tales sunt
 SS. Burchardus, Lullus, Willibaldus, Vnebaldus, & ceteri
 frater Wilta & Gregorius: ex virginibus ac matronis religio-
 sis, matertera S. Lulli Cunigildis ac eius filia Bertrada, & ceteri

Cunetrudis, Tecla, Lieba, Waltburgis, soror Wilibaldi & Vinibaldi, Cunihildis, quæ omnes in liberalibus scientiis fuere erudita. Has sacris virginum Collegiis (quæ plurima instituit) præesse tum voluit, tum vt sicut ipse cum suis verbi Dei præconibus, populum docebant, ita iste suis assiduis precibus, eorum salutem, qui salui fierent, promouerent ac Deo commendarent. Sacramenta Ecclesiæ diligenter administravit, nam quos cum suis cooperariis conuertit, centum millia hominum baptizasse legitur. Pro gentiliū conuersione tum ipsemet preces fudit, tum etiam alios ad eam rem faciendam, excitauit. In redarguendis vitiis, admodum fuit acris, non tantum popularium, verum etiam Principum: Regem enina Angliæ vehementer inceptauit ob suas libidines, luxum, auaritiā, ob nimiam aduersus innocentes crudelitatem, vt videre est in quadam ad Regem Angliæ Epistola. Singulos ad ipsam pietatem ac bona opera cohortatus est. In suis ministris, præsertim sacerdotibus, omnem esse puritatem, voluit. Hac autem sedulitate effecit, vt omnibus Principibus innotesceret. In rebus difficilioribus aliorum expetere consilia, eum non puduit: hac enim ratione, ne in vacuum videretur currere, ter Romam ad Apostolicam sedem profectus est. Fuit charus Romanis Pontificibus Gregorio II. & III. Zacharia & Stephano, qui eum etiam fratrem & Coepiscopum suum, Collegam ac Legatum fidelem vocant, vt ex epistolis eorum, quæ extant, constat. In sua vernacula lingua fuit dictus Winfridus, verum ob operum magnitudinem dictus est in Germania Bonifacius, quam appellationem merito retinuit. Quando ex Anglia primum venit, Sancto Wilibrodo Episcopo apud Ultraiectum adhaesit, & triennio apud illum fuit, cum studiis mirificè delectatus ac congratulatus fuit. In Germania multa Collegia & Episcopatus fundauit ac instituit. Fuldense Monasterium ipse instituit. Cùm Moguntinæ sedi annis 35. optimè ac laudabiliter præfullet, & cùm audiret Frisones ad paganismum declinare,

vehementer indoluit, ac suis dispositis rebus, ut campetiam à gentilitiis superstitionibus repurgaret, iam senex cum multis piis viris profectus est. Hoc tempore S. Willibrodus iam vita functus fuit, & hic Sanctus Bonifacius sedem Ultraiectinam non solum rexit, sed exaltauit in Archiepiscopalem. Coloniaenses hanc sublimitatem feruente morte eius diuini nolebant. Cùm autem cum pijs viris in Frisia ageret, ac eam gentem Christo vniuersaliter salutari lucrari peroptaret, ab infidelibus & perniciosis paganis circumuentus est, & anno salutis circa pagum Deuonem cum omnibus suis 52. cum Ultraiectinam decem quindecim adhuc annis summa cum laude præfuisset, anno salutis 755. ob Christi fidei professionem martyrisatus est. Corpus eius à Christianis, cum alijs quibusdam discipulis Traiectum defertur. Postea licet Traiectum a Gerrimè dimitterent, à Lallo eius in sede Moguntina ecclesie, per Haddonem, Moguntiam transferunt, & inde ad suum Monasterium Fuldense, in quod vniuersus sepe uoluit, reconditur. In transitu corporis eius omnes campetie diuina virtute, ut fertur, sonum dedere. Erat sanctus deuotissimus, qui merito Germania Apostolus habetur. Abbas Fuldensis scholastica studia in suo oppido anno Domini 1574. per D. de Societate liberaliter erexit.

Sanctus Burchardus Britannus, consanguineus ac discipulus sancti Bonifacii, auctoritate Caroli Magni & sancti Pontificis Zachariae, primus factus est Episcopus Herbordensis: qui pie præfuit illi annis quadraginta. Hic summo Pontifice impetrauit, ut sanctus Chilianus cum socijs leuaretur è tumultu, ac in Sanctorum Marcyani numerum ascriberetur. Hos verissimos Dei amicos obtulit honorificè in nouo templo, quod ipsis construxerat. Huic Episcopo adseruandos & erudiendos dedit Carolus Magnus duodecim obsides, à deuictis Saxonibus captos, ac summo loco natos adolescentes, qui omnes post ad Episcopales dignitates tandem euecti sunt, ut erat liberalissimè ac optimè à S. Burchardo Episcopo instituti.

Migrauit

Migravit ex hac mortali vita plenus dierum iam senex factus & afflictus valetudine anno Chr. 791. Sepultus est in nouo templo S. Chilianii, quod ipse construxit. Fuit & alius Burchardus vir insignis, natione Hesus, qui mortuo suo fratre Razione, ei in Episcopatu Wormaciensi successit, auctore Willigiso Archiepiscopo Mogunt. qui sedem illam annis 19. prudentissime tenuit, Episcopus doctissimus, qui fuerat Conradi II. imp. pædagogus. His quoque temporibus floruit S. Sebalduus, Confessor dignissimus, qui magna doctrina ac sanctitate in Germania circa annum Dom. 740. floruit. Prædicauit hic auctoritate Gregorii II. Romani Pontificis in Germania, & apud Ratisbonam doctrina & magnis virtutibus claruit. Obiit plenus pietatis operibus apud Norimbergam, & cum summorum Pontificum auctoritate in numerum sanctorum, fulgens miraculis, relatus esset, Norimbergensium Patronus singularis deputatus est.

II.

S. Lullus S. Bonifacii discipulus post eum in Archiepiscopum Mogunt. anno Christi 756. eligitur. Hic talē se gessit præfulem erga Deum & homines & Ecclesiam, ut memoria eius merito perpetuo in terris celebretur. Fuit D. Bonifacii comes in diuiduus & Cooperator in Euangelio Dei fidelissimus, qui merito eius fuit succedaneus, qui & inter optimos pastores connumeratur. Vicia grauitè coarguit & monasticam disciplinam seruari voluit, & ecclesiasticum statum aut reformauit, aut in suo vigore & nitore continuit. Præfuit sub Carolo M. annis 31. Migravit ex hac vita anno à Christo nato 787. Hic S. Lullus Adalarium Episcopum Erfordiensem ac S. Eboanum ex Frisia, ubi eum S. magister Bonifacio ceciderant, transtulit Erfordiam in beatæ Virginis monasterium. Cum autē illa antiqua Basilica restaretur, ipsi martyres anno Do. 1154. in nouam honorificè repositi sunt, per quos Deus multa ægrotis præstat beneficia.

S. Sturmus ab ipso S. Bonifacio ob incredibilem suam pietatem nouo suo monasterio Fuldensi primus Abbas constitutus est. Cui cum annis aliquot vigilantissime præ-

tttt

fuiſſet, omnibus rite diſpoſitis optimus paſtor in ſuo collegio bene adornato pie mortuus eſt, ibique ſepultus.

S. Lieba D. Bonifacii conſanguinea, virgo omni virtutum genere adornata ac ſacris lectionibus deditiſſima, vitam egit Abbatiaſſam in monaſterio Schouerſheim. Cum monaſterium ſuum conflagraret, ipſa ſale ac aqua luſtra, quam à S. Bonifacio habuit, incendium illud reſtituit. Corpus eius ex hoc Collegio tranſlatum eſt Fuldam, iuxta Germaniæ Apoſtolum ſepultum, ubi eius nomine multa beneficia agris à Deo præſtantur.

III.

Richolphus Caroli Magni prius Sacellanus & intimum conſiliarius ordinatus Archiep. Vitiſlarie 4. Nonas Martii. Sub hoc epiſcopo concilium Moguntiacum, ad reſtaurandam collapſam eccleſiam ſub Carolo Magno ac Leona III. Pontifice Maximo, celebratum eſt.

Sub eius gubernatione, multa ſigna mortem glorioſiſſimi Caroli Magni præceſſerunt, tum etiam anno 811. Pons Rheni apud Moguntiam, quem Imperator per decem annos ingenti labore & opere mirabili de ligno traiecit, ut perenniter durare poſſe videretur, in menſe Maio ita tribus horis fortuito incendio conflagrauit, ut præter hoc quod aqua tegebatur, ne vna quidem huſula maneret. Præſuit laudabiliter annis 26. & mortem inuenit. Anno Chriſti 813. reconditorium ſuum habuit in cenobio ſancti Albani, quod ipſemet adiutorio Caroli Magni fundauit. Carolus Magnus fuit Græcæ ac Latine doctiſſimus. Domini inter prandendum & cœnandum D. Auguſtini lectione delectatus eſt. In templo horas Canonicas una cum ſacerdotibus cantauit, & ſacras lectiones: & id etiam ſuo exemplo Principes reliquos voluit facere. Multas ipſe præſcripſit lectiones, quæ ad ſuam & aliorum emendationem facere videbantur. Erat pietatis ac doctrinæ Chriſtianæ ſummus amator. Ventis & menſibus ea nomina impoſuit, quæ hodie adhuc ſunt in vſu: ita ut ex his, aliſque pluribus actibus,

actibus, quos Turpinus Remensis antistes eius Comes describit, facile aestimare liceat, hunc Cæsarem magnis virtutibus & summa fœlicitate in rebus gerendis à Deo fuisse exornatum, vt merito Magni cognomento possit appellari. Mense Ianuario febre valida correptus, decubuit, & accedente ad febrem lateris dolore, quem Græci pleuresim dicunt, sacra communione decentissime percepta, septimo postquam decubuit die, decessit, anno ætatis suæ 71. Corpus more solenni lotum & curatum, maximo totius populi luctu in Ecclesia quam Aquisgranî in Dei ac æternæ virginis amorem, construxit, eadem die, qua defunctus, tumulatum, Arcus supra tumulum eius deauratus, cum imagine & titulo extructus est, ac tale epitaphium exculptum:

*SUB HOC CONDITORIO SITVM EST
corpus Caroli Magni & Orthodoxi Imperatoris, qui Re-
gnum Francorum notabiliter amplauit & per
annos 46. feliciter rexit.*

Ante mortem cum B. Egidio, quem ob sanctitatem venerabatur, agebat, vt pro se Dominum deprecaretur: fertur delictum habuisse, quod nemini aperuerat, verum hic sanctus eius absolutionem à Deo, angelo reuelante, impetrauit.

IV.

Aistulphus instituti Benedictini monachus à Carolo Magno eligitur & Archiepiscopus constituitur. Vt fuit hic Rabano monacho doctissimo in multis negotiis, quem Omelias de Vitiis & virtutibus, præcipue quibus vereretur diuersis festis, insit conscribere. Cum annis 12 bene præfuisset, mortuus est 18. Ian. an. Chr. 825. sepultus apud S. Albanum in Sacello diui Bonifacii.

V.

Otgarius siue Odegarius eligitur ac constituitur à Ludouico Pio Imperatore. fuit hic Albi castri monasterii mo-

nachus & erat in literis sacris apprime eruditus. Hic Haroldum Daciorum regem conuersum ad Christum cum coniuge sua, liberis, ac aliquot Daciorum milibus Moguntia, in praesentia Ludouici Pii Imp. anno Chr. 826. beneuoluit. Ibi Ludouicus plurimum letatus est. Praefuit cum summa laude & utilitate annis 22. qui 11. Cal. Maii anno Christi 847. defunctus est. sepelitur apud S. Albanum.

S. Walburgis ex sacro illo Collegio S. Bonifacii, soror regis Angliae, ac S. Willibaldi. Venit cum aliis virginibus in Germaniam, & ad monasterium Heydenheim deputatur, & sacris virginibus praeficitur. Quam functionem ipsa optime administravit, & vitam hanc sine crimine tranxit. Iam plena bonis operibus pie in domino mortua est. Corpus eius Aistadii in virginum cenobium, multis obrens miraculis, sepultum est. Episcopus vero Aistatensis eam transtulit.

VI.

Rabanus patria Fuldenfis, qui alibi Magnentius Maurus appellatus est. Fuit S. Bedae Anglici discipulus, poeta mirificus, theologus insignis, qui tota Biblia suis doctis commentariis illustravit & multa etiam alia cum prosa, tum ligata oratione scripsit. Eo tempore neq; Germania, neque Italia huic similem habuit. Fuit vir innocentia & morum sanctitate clarissimus. Primum ex professore Parisiensis Gymnasii factus est Abbas Fuldenfis, inde ex Abbate ad Archiepiscopalem dignitatem est euectus volente Ludouico Pio anno Do. 847. Praefuit sedi Moguntinae annis 9. Fuldae praefuerat 32. qui incomparabilis bibliotheca primus collector & auctor fuit. Haereticos eorumque erroneas opiniones sedulo confutauit, ut in eius libris videre est. Fuit imbecilli corpore, multorum expositus iniuriis. Cum esset in cenobio multorum insignium & celebrium virorum notitiam ac familiaritatem habuit. Commendatur plurimum a sanctitate, & liberalitate in pauperes. Nam tunc grassante circiter annu Do. 851. ipse multis benefecit. Condidit extra muros Fuldenfis ciuitatis monasterium montis S. Petri

S. Petri, in sublimi colle situm. Dānauit in Synodo Mogū-
tina Godeschalcum quendam hæresiarcham. An Chr. Sal-
uatoris nostri 856. obiit, & in sua patria, i. e. Fulda sepelitur.

S. Othmarus natus ex superiori Germania, vita sua opti-
ma, in mortalem cōsecutus est laudem apud Deum & ho-
mines. Omnia virtutum genera & Christi ferre iugum, illi
ex animo placuerunt. Erat tanquam lucidissima lucerna in
domo Domini super candelabrum posita. Præfuit mona-
sterio S. Galli & Abbatem egit prudentissime. Ab impiis
quibusdam ex monasterio propulsatus est, & in quendam
Rheni Insulam relegatus, vbi multas calamitates & tribu-
lationes patienter tulit. Postremo vitæ huius vsuram ami-
sit an. Do. 840. & perennem vitam consecutus est. Corpus
illius in monasterio D. Galli, vbi Abbas fuerat requiescit.

VII.

Carolus dux Aquitaniæ, ex Frācia, ex regio genere. Præ-
fuit añis 7. Obiit an. salutis 865. apud S. Albanum sepultus.

VIII.

Luitpertus siue Ludibertus, vir probitate vitæ, morum
sapientia & sanctimonia celebris anno gratiæ 865. assum-
ptus est ad Episcopatū. Sacerdotes vitiiis carnis deditos, aut
deposuit, aut cortexit. Dissidētes componere & ad animo-
rum vnitatem redigere, aduigilauit. Ex suis bonis paternis
Collegiatam Ecclesiam S. Mauritio dicatā Moguntia cō-
didit. Cum annis 26. præfuisset laudabiliter anno munda-
næ salutis 889. reliquit mortalem vitam & repositus est ad
S. Albanum.

S. Disipodius Confessor Christi, de quo sancta Hilde-
gardis multa bona scripsit. Requiescit in territorio Mo-
guntinensi.

IX.

Sunderhardus siue Sunzo vir integerrimæ vitæ, natus
Mogūtia: Fuldæ institutus & educatus, ab Arnulpho Imp.
Moguntinam sedem gubernandam accepit. Præfuit pie &
laudabiliter per vnus anni & mensium aliquot breue spa-
tium, occubuit apud Rhenum, non procul à Wormatia in

expeditione contra Nordmannos, qui seuerum tum graffibantur in prouincias ad Rhenum fitas: idque factum 26 Junii anno Do. 891. sepelitur in cœnobio S. Albani.

X.

Hatto ex Francia regum stemmate natus, vir callidus & prudens, cum Abbatiam Elwagensem annis 17. probe administrasset, in diuitis Angia cœnobio eandem prouinciam gerere cogitur sub annum salutis 888. cui cum annis 4. pari fide præfuisset, Moguntinus Archiepiscopus ab Arnulpho Imperatore designatus est. Magna præterea in eadem adhuc Abbatem apud Fuldenses ageret, intercessit familiaritas cum Engelberto Mediolanensi Episcopo, creberrimis literis se mutuo compellarunt. Iniquus fuit Alberto Comiti Bambergensi, & Heinrico Aucupi Saxonie duci, postea Imperatori insidiatus est, sed frustra. Satis traxit & temerarius. Obiit anno Christi 913. Scribitur aliqui eum & corpore & anima à daemonibus in Aetnam Flammium montem Siciliae abreptum esse, cum tali clamore: Sic peccata lues & ruendo rues.

XI.

Herigerus aliis Huigerus vir pius & modestus, Moguntinam Ecclesiam administrandam suscepit Anno Do. 913. Is Heinrico in regem vnanimi consensu Procerum electo, vnctionem & diadema Imperatorium obtulit, quæ tamen Imperator suscipere detrectauit. Resignauit munus Episcopi cuidam Ruperto Anno Chr. 924. & postea Anno 930. obiit.

XII.

Rupertus substituitur ab Herigero Archiepiscopo anno gratia 928. Hunc aliqui non numerandum censent inter Archiepiscopos, sed tantum Coadiutorem vocant.

XIII.

Hildebertus aliis Hildebrandus, dux Francia Orientalis, in monasterio Fuldensi à primis annis educatus, monasticis studiis ibidem imbutus est, in quibus admodum flourishet.

liciter profecit. Nam sapientia omnibus admiranda, vitæ integritas ac sacrarum literarum scientia præ cæteris adeo in eo effulgit, vt omnium iudicio, qui mortuo Abbati succederet, dignus censeretur. Factus est Abbas Fuldenfis anno 923. Eam functionē cum fideliter annis 5. administrasset, Moguntia sedis gubernationem suscepit. Ottone autē ad Imperium electo, Coloniensis & Treuerensis Episcopi de noui regis inunctione inter se contendunt: At proceres regni sapienti consilio litem dirimentes, vtrumque repudiant ac Hildeberto vngendi regem concesserunt potestatem. Cum atq; 19. rexisset Ecclesiam Moguntinam bene, ex hac vita anno Christi 939. discessit, sepelitur apud S. Albanum.

XIV.

Fridericus dux Lotharingia, probatissima fidei vir, electus anno Do. 939. In occisi fratris memoriam Eberhardi apud Moguntiam S. Petri cœnobium extrui curauit. Fuit in Ottonem Imperatorem non admodum fidus. Otto filium recalcitrantem parere docuit. Inter hos motus Moguntinos Fridericus vita fungitur, cum pontificatui præfuisset annis fere 15. anno Christi 954.

XV.

Wilhelmus dux Saxonie, Ottonis Imperatoris ex Iditha Angliæ regina filius, ob prudentiam in rebus administrandis & comitatem erga omnes celebratur. Electus anno Domini 954. Præfuit annis 14. fratrem suum Ottonem deduxit Romam, vt ibi à patre Ottone coronaretur Imperator. inde reuersus ex hac vita migrauit anno Dom. 968. Conditur honorifice mausoleo apud S. Albanum.

XVI.

Hato cognomento Bonofus, cum Fuldensium monachorum cœtui per 12. annos non sine magna laude præfuisset, ac Moguntinam sedem per Ottonem imp. defuncto Wilhelmo, subrogatus est, verum non multis annis præfuit. In pauperes crudelem fuisse hæc plurimorum

de ipso narratio testatur. Nam famis tempore, ingentem eleemosynas petentium medicorum turbam in horreum quoddam amplum, quasi sua liberalitate eos aliturus concludisse dicitur ac igni subiecto, eos concremari iussit. Horum cum in ipsis flammis ululatus audirentur, mures esse dixit Episcopus, sed tertio Pontificatus sui anno diuina eum ultio oppressit. Murium enim turba impetu in eum facto, turris eum molestiis affecit, ut ei tutus ab ipso non fore, nullum daretur locus, quantumuis munitus. Turrim denique in ipso Rheni flumine extruxit, ibi se liberum sperans fore. At bestiola illa transnatando Rhenum (mirabile dictu) turrim conscenderunt, ipsumque Episcopum suis moribus enecerunt. Pontificis quoque nomine parietibus aut chartis inscriptum diuina ultione abraferunt. Turris illa, cui a muribus nomen est, in hunc usque diem in Rheni flumine conspicitur, ac de tanta Episcopi immanitate, testimonium dicitur, factum anno Do. 969. Sepelitur a morte in templo S. Abbani prope alios Archiepiscopos. Mures exederunt regem quendam Pompilium, cum uxore, & liberis, in Polonia, propterea quod fratres patris omnes veneno sustulisset. Item pediculi consumpserunt Arnulphum Casarem, & Hecodem, Actor. 12.

XVII.

Rupertus Hattoni succedit & cum annis 6. vitæ honestate ac morum grauitate præfuisset, successori locum dedit.

XVIII.

Willigisus ex pago quodam Saxonico, Stroning in patre Hamaxurgo, humili loco vir, ut eximie doctus ac prudentissimus, ita omni genere virtutum optimarum maxime excellens, ac idcirco Ottoni II. lōge charissimus, cuius erat Sacellanus ac Consiliarius intimus. Ab eodem Otone in Moguntina sedis fastigiū est collocatus. Habebat ille vniuersam in habitatione, thalamo & cœnaculo suo depictam rotam, cum hac inscriptione: Willigise, memineras quilibet, & quid olim fueris. Appedit & rotas in parietibus, ut statim suæ paupertatis agnosceret. Hac rota postea Insigne Archiepiscopatus

scopatu Moguntino datum & confirmatū ab Heinricho II. Is ipse Willigifus primus fuit inter Archiepiscopos Imperii Elector. instituit & educavit Imperatorem Ottonem III. cuius erat in gubernando vniuerso Imperio locum tenens, post mortem Ottonis II. Post mortem tandem Imperatoris III. elegit cum aliis imperii Electoribus Heinrichum Claudum. Egregie illustravit & auxit Moguntinam cum urbem tum ecclesiam. Obiit anno Christi 1011. cum laudabiliter praefuisset Archiepiscopatu 56. pene annis, sepelitur magnifice in noua basilica S. Stephani, à se inchoata & maximis sumptibus exaedificata.

Berwardus ex Comitum familia in iuuenture ab optimis magistris optime institutus est & anno Domini 995. à Willigifo Archiepiscopo, Episcopus Hildesheimensis creatus est. Vixit hic in ea functione optime, qui vt Christo omnes lucrari posset, omnia omnibus factus est. Ornavit & Ecclesiam, & ipsam ciuitatem, muro valido cinxit & cœnobita aliquot construxit. Anno sui praesulatus 39. pie mortuus est.

XIX.

Erbo comes de Hohenwart, Bauarus, post mortem Willigifi eligitur, qui eodem anno post moritur antequam Pontificiam impetraret confirmationem, vnde ob breuitatem, Archiepiscopis à quibusdam non annumeratur.

XX.

Herimbaldus alias Ergkenboldus, Abbas Fuldenfis Erboni succedit Saxo. Fuit S. Berwardo episcopo Hildesiano in Saxonibus & Comiti à Summerfenburg sanguinis propinquitate & necessitudine coniunctus. Praefuit 9. annis vtiliter, in quibus collegiatam S. Crucis Ecclesiam fundauit & erexit. Obiit anno gratiæ 1020. sepelitur in templo S. Ioannis.

XXI.

Aribo I. Palatinus Rheni anno Christi 1021. eligitur,

cccc 5

qui prae fuit annis undecim. Erat Archiepiscopus eruditus, praesertim in sacris literis: illustravit commentarios 15. Psalmos Graduum. Extant & alia quaedam ipsius monumenta. Elegit post mortem S. Henrici Claudi, Conradum Salicum Suevum, qui templum summum Spirae maximis sumptibus construxit. Obiit Episcopus anno Domini 1031.

XXII.

S. Bardo ex nobili Wedenaria familia de Oppershofen natus, Abbas Fuldensis & Hirsfeldensis. In obsequium accersitus, sedi Episcopali pie ac laudabiliter praefuit annis 20. Erat sapientia ac eruditione & eloquentia conspicuus tanta, ut qui concionantem audirent, alterum eum Chrysostomum appellarent. Elegit Imperatorem Henricum tertium, cuius coniugem dominam Agnetem Comitissam Pictaviensem vixit. Huius temporibus Moguntia coacta & celebrata est magna Synodus, cui praesens erat Romanus Pontifex Leo IX. Allata, Comiti Dagsburg cum 42. Germaniae Episcopis: Henricus tunc Imperator cum maxima Principum ac Comitum congregatione. In ea Synodo consultatum & actum est de pacanda Gallia, in qua multi exarserant graues tumultus. Multa praeterea ibidem sancita sunt ad utilitatem Ecclesiae in quibus Simoniaca haeresis & sacerdotalia coniuga sunt damnata. videant Lutherani. Huius tempore facta est Moguntiae in praesentia Imperatoris in die Pentecostes inter famulos Episcopi & Abbatis Fuldensis de locatione ac concertatio, & post verba ad verbera ventum est, ex quo cum pavimentum Ecclesiae cruore repleteretur, vox audita in aere: Hunc diem bellicosum ego feci. Verum Imperatoris pietate hostis diaboli machinamenta effugata sunt. Obiit S. Bardo anno Christi 1031. sepelitur in Cathedrali Ecclesia S. Martini ab Episcopo Willigiso coepa & a Bardo absolute.

XXIII.

Luidboldus siue Leopoldus, monachus Fuldensis
Drap-

Præpositus Cathedralis Ecclesiæ Babenbergensis, in Archiepiscopum anno Domini 1051. electus. Præfuit annis 9. laudabiliter. Hic monasterium D. Iacobi in monte spaciolo fundavit. Obiit 7. Decemb. anno Domini 1060. sepelitur in suo nouo monasterio.

XXIV.

Sigefridus Baro ab Eppenstein, Abbas Fuldenfis, vocatur ad gubernationem sedis Moguntinæ anno Christi 1060. Profectus est ad terram sanctam cum aliis quibusdam Germaniæ Episcopis ac Principibus anno Christi 1063. Inde fœliciter reuersus, crexit in honorem beate virginis Mariæ, insignem ecclesiam Collegiatam, ad nostram Dominam hodie appellatam. Elegit & consecrauit contra Henricum, Rudolphum Suetiæ ducem in Imperatorem. Tandem in Hassiæ cœnobio Halungensi à se locupletato obiit exul anno Christi 1084. cum Archiepiscopatui præfuisset annis 24. sepelitur Halungi.

XXV.

Wezilo succedit Sigefrido legitime. Præfuit annis tantum quatuor. Erat insigni doctrina conspicuus ac celebris concionator, multique præclaris virtutibus præditus. Adhæsit fideliter Henrico IV. contra omnes alios Germaniæ Episcopos, quibus ob hanc solam causam inuisus fuit. Obiit anno Christi 1089. bonus pastor.

XXVI.

Ruthardus Erffordiæ prius Abbas ad S. Petrum, post mortem Wesilonis statim assumitur. Præfuit annis 21. varie. Per octennium exulauit in Thuringia & Saxonia, eiectus ab Henrico IV. Moguntia, restitutus vero à Henrico V. Cumque Moguntiam rediisset, in Ringouia de suis cœnobium S. Ioannis, quod vulgo Episcopi montem appellare incolæ solent, cœpit edificare. Obiit anno Domini incarnationis 1109. Sepultus in Episcopi monte.

XXVII.

Adalbertus dux Lotharingiæ, alii dicunt eum Comitem fuisse Sarburgensem, eligitur in Archiepiscopum

Moguntinum ab Heinrico V. cuius antea fuit & Cancellarius & intimus etiam Confiliarius. Praefuit ille annis 28. sedi Moguntinae. Sub hoc Archiepiscopo Cathedralis basilica Moguntina cum magna urbis parte perit incendio. Sacris Coloniae ab Ottone Bambergensi inhiatus est. Fuit bellator audacissimus, qui etiam Imperatoriam maiestatem non timuit adoriri: deprehensus tandem ab Imperatore, cum arctissima custodia mancipavit, & incredibili famis inedia excruciatum, ut vix ossibus haereret, tototennio detinuit, & postea ad sedem Episcopalem remittit. Fundavit monasteria Ringauiae potentissima, Erbachium & Schwabenheimium anno Domini 1155. Aschaffenburg oppidum & castrum mœnibus & fossis ac turribus munivit. Decessit tandem ex hac mortali vita 24. Iulii anno Domini 1157. sepultus in Erbach cœnobio.

XXVIII.

Adalbertus II. Comes Sarburgensis, Adalberti primus ex sorore nepos, constituitur ab Imperatore Conrado III. Moguntinus Archiepiscopus, qui fuerat Praepositus primus in basilica B. Virginis Erfordiana, superiori non dissimilis. Nam contra Imperatorem fecit foedus cum Saxonibus. praefuit annis 4. obiit anno domini 1141. Augusti 27. Huius Archiepiscopi soror nupsit Conradi III. Imperatoris fratri Friderico Sueuorum duci.

XXIX.

Marcolphus dictus, alias Marcellus, Aschaffenburgensis Canonorum Collegii Praepositus, honestus & doctus vir, post mortem Adalberti eligitur. Praefuit annis 2. non integris. Anno Christianae salutis 1142. ex hac luce decessit. Fuit instaurator multorum cœnobia vicinorum Moguntinae.

XXX.

Heinricus cognomento Felix, Praepositus Moguntinus, vir pius & honestus, electus anno 1142. Praefuit laudabiliter & pacifice annis 19. Accusatus Romae à suis Canonicis, quorum impiam vitam sapius reprehendere solebat.

lebat, Arnoldum suum Camerarium mittit sui excusandi causa. Verum hic suis consuluit rebus, non domini sui. Arnoldus ibi negotium agit, non eius a quo missus fuerat. Cardinales enim pecunia corrupti atque Henricum grauius accusat & pro Archiepiscopatu instat. Henricus iniuste eiicitur & anno post moritur, & duo Cardinales, qui eius agitauerant causam, eodem anno, vt prædixerat, sequuntur. Fuit sane pacificus, benignus in pauperes, & virtutis ac honestatis amator. Ingressus est monasterium, vbi vitam ageret quietam: quietus atque tranquillus vixit: & expendit: Mortem minus timet, qui minus deliciarum nouit in vita. Si bonam habueris conscientiam, non multum timebis mortem. Sepelitur Embeci cum hac inscriptione simplici. Anno Domini M. C. LIII. nonis Septembr. obiit Reuer. pater Henricus Archiepiscopus Moguntinus.

Ad Christum sospes eat, huius corporis hospes.

XXXI.

Arnoldus nobilis heros a Salenhofen, a Ringouia natus & Decanus Aquilgranensis & Barbarossa Cancellarius. Electus fuit tum a Capitulo, tum ex sententia Friderici Imperatoris anno Domini 1133. Imperator hunc Arnoldum summe amabat. Præfuit annis 15. qui multa durissima perpessus est, a Moguntinis misere eiectus, tum in monasterio D. Iacobi trucidatus vestibulque exutus & in sterquilinum præcipitatus. Tandem collectus & in urbem portatus & cum summo luctu terræ mandatus in basilica B. Virginis Collegiata. Fridericus Imperator audiens amicum charissimum tam misere trucidatum esse: auctores funesti consilii gladio e medio tolli, totamque pene Moguntiam misere lacerari & vastari, incenia dirui, fossas impleri, Cœnobium S. Iacobi funditus euerti ac totam urbem omnibus immunitatibus, iuribus ac priuilegijs exuicauit. Sic Moguntia 36. annis vastata ac lacerata, tandem consensu Imperatoris Ortonis IV. denuo instaurari & re-

adificari cœpta est. Iacturam hanc Arnoldus forsitan sic promeruit: nam perfidus fuit contra datam fidem antecessori: proprium quaesivit corpendium, ut ad illam dignitatem perueniret. Valde de vestibus preciosis superbiebat. Hildegardis vaticina quædam ad ipsam scripta fertur: Pater prospice tibi, canibus enim sunt solati funes, qui insequuntur te: sed spreuit. Præfuit annis 17, turbulentissime.

Sancta Hildegardis Abbatissa, ex Comitatu Sphanheimensi, tempore S. Bernardi & Conradi II. Imperatoris. Hæc à prima uia ætate Christo in monasterio feminis & orationibus fidelissime seruiuit, quæ reuelationes diuinas multas de Ecclesia, quæ minime sefellere, habuit. Licet Latinam linguam non didicerit, hanc tamen Spiritu sancto inspirante intellexit, ac viris doctis, qui dictarent, ipsa suggestit, quæ & ipsa libros mirabiles conscripsit acceperit. Eius sanctitatem & eruditionem Imperatores & Archiepiscopi admirati sunt. Cuius religionis fama cum percreuisset, Romani Pontifices Eugenius III. Anacletus IV. & Adrianus IV. eam suis literis visiterunt, ac se Romanamque ecclesiam precibus illius commendarunt. Libros illius Eugenius IV. Pontifex approbavit ac confirmavit. Si eius consilio Archiepiscopus Moguntinus Arnoldus acq̄uiescisset, nunquam tantam aduersam fortunam expertus fuisset. Tandem cum annis 40. in monasterio, quod ipsa in monte S. Roberti Moguntinæ diocesis construxit, Abbatissam egisset, feliciter mortua est, & in eodem sepulta sub Friderico I. anno Domini 1180. ætatis suæ 82.

XXXII.

Conradus Comes de Wittelsbach, Rheni Palatinus, frater Ottonis Palatini, eius scilicet, qui Philippum Imperatorem Bambergæ interfecit. Præfuit iste Conradus unbiennio, a Friderico Barbarossa, à quo fuerat constitutus, è Moguntina sede deturbatur: eo quod Octavianum Cardinalem, tituli S. Cecilie non vellet habere & agnosceret pro Romano Pontifice. Roman igitur fugiens Conradus

ad Pontificem Alexandrum, propter quem tale periculum
 incidere, Episcopus ibi Sabinensis electus est. Post ele-
 ctionem huius Cōradi, præfuit Archiepiscopatu Mogun-
 tino Christianus Comes de Buche, patria Thuringus, vir
 prudens, euocatus ab Imperatore 13. annis, qui cum ex vi-
 ta migraret, rediit ex Italia Moguntiam Conradus, qui à
 Moguntinis humanissime exceptus, gubernauit eam sedē
 adhuc annis 17. laudabiliter ac vtilissime. Profectus inte-
 rim cum aliis quibusdam Germaniæ Principibus ac Episco-
 pis ad terram sanctam, in eo itinere Leonem Armenia re-
 gem coronauit ex mandato Heinrici VI. quemadmodum
 Conradus Herbipolensis Episcopus Amalricum regem
 Cypri. Missus tandem ab Imperatore in Hungariam ad
 placandos & in gratiam reducendos reges Hungariae fra-
 tres, qui capitali odio inter se dissidebant, obiit in reditu
 Patavi in Bavaria in vigilia Simonis & Iudæ anno 1207.
 cum præfuisset intra & extra Moguntiam annis 37. Sub eo
 perit incendio insignis Bibliotheca Moguntinensis. Se-
 pelitur Moguntia.

S. Bilhildis vidua venerabilis religiosum statum am-
 plexa eum optime exercuit & coluit. Facta est Abbatissa &
 multis sceminis religiosis ac virginibus laudabiliter præ-
 fuit. Monasterium Moguntia, quod ad Albas Dominas
 dicitur, instituit, quod olim antiqua Cella appellatum est,
 auctore ipsa constructum est, in quo condita iacet, quæ
 multis claruit miraculis.

XXXIII.

Christianus Comes de Buche Thuringus, prius à Lan-
 graui Hassiæ electus & post electionem etiam ab ipso Im-
 peratore Friderico reuocatus & electus. Erat is Princeps
 & corporis proceritate, & omnibus ingenii bonis clarissi-
 mus, & idcirco Friderici Imperatoris supremus Cancellari-
 us, quem in Italiã proficiscentem secutus ille, multa ibi præ-
 clara facinora ædidit: prope Tusculum parua manu Ger-
 manorum, quindecim milia Romanorum cecidit: fuit bel-
 lator egregius, qui totam fere Italiã armis subegit. Nulla in

prosperis superbia erigebatur. Vultus benignitate omnibus graciosus: linguarum aliquot imprimis gnarus. Cum igitur præfuisset annis 18. mortuus est non procul à Roma anno salutis 1182. mortuus est Pontifice præfente. Eius mortem Imperator ac tota Aula tulit molestissime. Eo defuncto rediit Moguntiam è Roma Conradus Episcopus Sabinensis, qui rursus Moguntinum Archiepiscopatum gubernauit annis 17.

XXXIV.

Sigefridus II. Baro de Eppenstein, electus post mortem Conradi, ab vna parte Capituli. Contra hunc ab Imperatore Philippo & altera Senatus Canonorum parte eligebatur Ludolphus Episcopus Wormaciensis in Archiepiscopum Moguntinum. Hoc schisma durauit, quam diu uiueret Imperator Philippus & multa damna prouincis illata sunt. Sigebertus in Italiam concedens Romæ à Pontifice clementer exceptus cardinalitæque dignitate tituli S. Sabinæ donatus, tam diu ibi vixit, donec Philippus Imperator è medio tolleretur per Ottonem Comitem Witefsbachianum. Ludolphus adhærens Philippo, eius auxilio diocesi multa mala intulit & Sigefridi familiaribus plurimum nocuit. Ab Innocentio excommunicatus non curauit. Sigefridus Moguntiam reuersus à suis honorifice exceptus, aliquandiu ibi tranquilla gubernatione vixit. Tandem iterum ab Ottone IV. eiectus, quod contra ipsum à Pontif. Roman. excommunicatum alium iam Imperatorem eligendum denunciasset Electoribus Imperii: apud Hermannum Lantgrauium Hassiæ Pontificis summum amicum exulauit, donec tandem vna cum Archiepiscopo Treuirensi & Rege Bohemiæ Fridericum Heinrici VI. filium designaret Imperatorem, quem & Aquilgrani coronauit. Cum itaque 25. annis varia fortuna præfuisset Archiepiscopatu, decessit ex hac mortali vita ad aliam Erfordiæ anno Christi 1230. Vbi in diuæ virginis magnificæ & de honorifica sepultura donatus est.

Sigefridus

XXXV.

Sigefridus tertius & ipse ex Baronum de Eppenstein honestissima familia prognatus, patruelis Sigefridi antecessoris sui: eligitur anno 1230. Præfuit annis 18. bene & laudabiliter. Erat magnanimus Princeps & insignis bellator, qui aliquando trecentis tantum militibus, hostes octingentos ad unum omnes prostravit. Bella gessit contra seditionem Moguntiam, eamque debellatam parere sibi coegit. Elegit Guilhelmum Hollandiæ Comitem in Imperatorem Romanum, qui à suis anno 9. interemptus est. Obiit Bingæ anno Domini 1248. Sepelitur Moguntia in Cathedrali ecclesiâ ante aram diuæ virginis sacram.

XXXVI.

Christianus II. electus in die SS. Petri & Pauli Apostolorum anno Domini 1249. antea Præpositus Cathedralis ecclesiæ Moguntinæ, vir doctus & prudentissimus, pacis quam belli studiosior. Admonitus aliquoties à rege Guilhelmo, vt adiutaret eum belligerantem: comiter excusauit, dicens, Episcopum debere concionari, non belligerari: hoc inuuisse Christum cum dixisset Petro: Reconde gladium in vaginam suam. Tum vero se obtemperatum summo studio, si verbum Dei prædicari iuberetur: quæ propria esset boni pastoris functio. Accusatus apud Papam tanquam inutilis ad gubernationem, munus resignat & non multo post diem clausit extremum anno Domini 1251.

XXXVII.

Gerardus Comes Syluester ab Eppenstein, provinciæ Renensis minorita Erfordianus. Eligitur à Senatu Canonorum in Archiepiscopum Moguntinum anno Domini 1251. præfuit annis nouem. Iuuit Theodoricum Comitem de Eberstein consanguineum suum infelix bellum gerentem contra Albertum ducem Brunsvicensem, à cuius capitaneo quodam Ottingensi vterque captus, duci præsentatus. Theodoricus Comes pedibus suspensus,

uuuu

vitam ita misere amisit, Archiepiscopus vero in vinculis ab Alberto Duce per integrum annum detentus est, liberatus tandem & redemptus ab Alberto duce, per Richardum Cornubiæ Comitem, Anglum, ambientem fauces Romani Imperii, octo milibus argenti marcis. Migravit ex hoc seculo Erfordiæ, vbi & terræ mandatus est in Francienorum a de sacra anno Domini 1160.

XXXVIII.

Wernerus Comes à Falckenstein Præpositus Cathedralis Ecclesiæ Moguntinæ, creatur & eligitur Episcopus post mortem Gerardi. Præfuit annis 14. & tribus mensibus summa cum laude. Vicit ingenti prælio Comitem Spanheimensem Ioannem seditiosum & fratri Heinrico in partiendo Comitatu admodum iniuriam. Emit atque Wildenbergensem & oppidum Amorbacense cum monasterii etiam aduocantia. Sub hoc Episcopo Iudæi Moguntini omnes caesi & bona eorum omnia confiscata sunt Erfordiam rebellem & contumacem mille pini argenti marcis multauit. Obiit 2. Aprilis anno Christi 1182. Sepelitur in Cathedrali ecclesia honorifice. Post eius exarata discessum, vacabat sedes Moguntina duobus annis integris & tribus mensibus propter discrepantes sententias eorum, qui alium Episcopum eligere debebant: quorum aliqui Gerardum quendam Comitem ab Eppestein, alii vero Doctorem Petrum Rudolphi regis archiatrum Canonicum Moguntinum ac Basiliensem postulabant, donec res per Pontificem Honorium IV. componeretur.

XXXIX.

Heinricus II. Knoderer appellatus, Algonus patris Inensis, pictoris cuiusdam filius, Monachus Franciscanus Lucernæ, confessor Rudolphi Habsburgii Imperatoris Ex Lucernâ Basileam est profectus, Guardianus ibi designatus monasterii Franciscanorum: cumque doctrinâ honestate vitæ laudem sibi comparasset maximam, electus est eius loci Episcopus anno Domini 1275. fuit Doctor Theol.

Theol. Tandem humanae salutis 1286. à Romano Pontifice Honorio IV. Archiepiscopatum Moguntino praeficitur. Praefuit fere biennio: Obiit in vigilia S. Matthiae anno Domini 1288. sepelitur in Cathedrali Ecclesia Moguntina ante aram SS. Petri & Pauli Apostolorum.

XL.

Conradus II. Baro de Eppenstein, Canonicus Moguntinus & Archidiaconus Treuerensis, antea post mortem Archiepiscopi Weneri electus, sed à Pontifice repudiatus, iam post Henricum defunctum iterum à parte aliqua Collegii Canonorum recipitur: aliis quibusdam cuidam Emerico à Schoneck suffragantibus. Sed obtinuit Gerardus gubernaculum, fauore Pontificis Maximi Nicolai IV. praefuit laudabiliter annis 16. gessit bellum contra Comitem Hanoniensem, cuius ditionem incendiis & rapinis mire vastauit. Elegit contra regem Adolphum Albertum Austriam, qui erat vniculus, aspectu trux & auarus: cupiebat enim ditare liberos. Interfuit pugnae in qua Imperator Adolphus Anaxouianus caesus & misere interceptus est. Decessit ex hac mortali vita subitanea morte in conclauis suo, vbi mortuus & sella insidens à ministris inuentus est. Sepelitur in summo templo Moguntiae 5. Martii anno 1304.

XLI.

Petrus Aichspadius Treuirensis, honestis, sed tenuis fortunae parentibus natus, Henrici Comitis Lucelburgensis, nondum Imperatoris medicus, Canonicus Moguntinus, & à Pontifice Honorio IV. Basiliensis episcopus constitutus, cui 9. annis praefuit. Hunc anno Christi 1304. Henricus Lucelburgensis Princeps, Pictauium ablegauit ad impetrandum à Romano Pontifice Comiti Balduino fratri suo 18. annorum adolescenti, Archiepiscopatum Moguntinum. Quod cum Episcopus Petrus post multas petitiones apud Pontificem Clementem V. obtinere non posset, & ipse iam infecto negotio in Germaniam rediret

decreuisset, accidit, vt subito in magnum morbum incideret Romanus Pont. qui audiens Episcopum esse medicum, accersitum ad se consuluit. Petrus vt erat medicus insignis, intra triduum Pontificem integræ valetudinis feliciter restituit. Vt esset igitur Pontifex protali beneficio gratus, episcopum Petrum ad se vocatum in hac verba allocutus est: *Quia tam felix esset corporum curator, maxime conuenire, vt & insignis constitueretur animarum pastor, curator & Medicus. conferre se igitur ei in recompensatum tam facile restituta sibi pristina valetudinis, clauum ac gubernaculum Moguntini Archiepiscopatus: quem hoc tempore puero gubernandum committere omnino non posset. Sic ad ipso Pontifice electus & confirmatus Petrus, Archiepiscopatu Moguntino bene, laudabiliter & vtiliter præfuit annis 16. Fundauit & extruxit insignem Carthusiam Moguntinam anno Christi 1308. Coronauit Pragæ in regno Bohemæ Ioannem filium Heinrici Lucelburgensis cum Imperatoris. Hunc Archiepiscopum è Pragæ abiturum, donauit rex Bohemæ aurea sella nobilissimis gemmis distincta ac insignita. Hanc hodie adhuc Moguntiz præsentem D. Martini sellam vulgus appellat. Post mortem Heinrici Imperatoris, elegit Ludouicum Bauarum. Obiit tandem plenus dierum in die S. Bonifacii anno Christianæ redemptionis 1320. sepelitur in Cathedrali Ecclesia Moguntina, cum honesto virtutum elogio. Sub eo anno 1306. Templarii exterminati sunt in Germania, cepit hic Pontificis nomine contra eos. Vide Ioannem Nucleorum.*

XLII.

Matthias Comes Burchegek, Burgundia, monachus Benedictini in Maurbachio Alsatiæ potentissimo cenobio, constituitur Archiep. Moguntinus à Ioanne XXII Pontifice Maximo anno Christi 1320. iterum repudians Balduino Lucelburgensi. Præfuit annis 8. Erfordiarum Clerum seditiosam compescuit. Lantgrauium Hassie Henricum Vasallum omnino rebellem & multis modis

fibi suisque iniurium magna clade affecit, oppugnando & ad deditiōnem adigendo oppido Gießen. Obiit 10. Sept. anno gratiæ 1328. non sine suspitione veneni.

XLIII.

Balduinus Comes Lucelburgensis & frater Henrici VII. Romanorum Imp. Archiepisc. Treuirensis prius, antea etiam aliquoties ad Moguntiam à parte Cleri inter se discordis postulatus, sed semper à Pontifice prohibitus: iam defuncto Matthia, à maiori parte Cleri Moguntini eligitur iterum & constituitur Administrator Archiepiscopatus Moguntini. Id officium gessit, & duas episcopales sedes simul gubernauit annis tribus. Postea cum alia Canonicorum parte alius interim Archiepiscopus electus esset, qui iam confirmationem Pontificiam etiam impetrarat, cessit Balduinus, Treuirensi Archiepiscopatu contentus: qui tamen utilissime profuerat Moguntinæ sedi, & eam multis oppidis & pagis ampliavit.

XLIV.

Henricus Comes à Firnenburg, Bismannus cognominatus Præpositus Bonnæ: eligitur in Eltfeldo oppidulo ab aliquibus Baldwino Treuirensi non admodum propitiis Canonicis, & statim Romam petens à Ioanne Pontifice XXII. confirmationem huius electionis & consecrationem obtinuit. Præfuit quidem, sed non admodum utiliter annis 15. Baldwinum Treuirensē summe colens, à quo plurimum adiutus est in multis grauib. negotiis. Amisit hic potestatem coronandi regem Bohemiæ, venditam auro, adeo auri erat studiosus, amansque. Anno enim Domini 1220. Odocharus & Wenceslaus reges Bohemiæ tale priuilegium dederunt Ecclesiæ Moguntinæ, quod consecratio regum Bohemiæ ad Archiepiscopum Moguntinum perpetuis temporibus debeat pertinere. Hic Henricus fuit semper & amicitia & familiaritate summa iunctus Ludouico Bauaro contra Pontificis excommuni-

cationem. Idcirco à Clemente VI. è fastigio Archiepiscopatus Moguntini deiectus est & exautoratus anno Christiana redemptionis 1346. Sed is nihil curans Pontificem contra se latam sententiam, assumens Cononem Falkensteinensem Comitem in Coadiutorem, integrum ad octennium, etsi satis inquiete & periculose, tamen tenuit clauum sedis Moguntinae: cum magna rerum totius Archiepiscopatus iactura. Sacerdotes enim capiebantur, cœnobicia vastabantur & aliarum eiusmodi turbationibus erat finis: donec tandem anno Christi 1343, electus est ex hac vita, in ipsa S. Thomae vigilia. Elegit Edwardum Regem Angliæ, Fridericum postea Marchionem Misnie: qui cum tam periculosum onus suscipere non valent, elegit Guntherum Comitem Schwarzenburgensem, qui mox veneno è medio sublatus, Francofordiæ in basilica S. Bartholomaei sepultus est.

XLV.

Gerlacus Comes Anaxouianus, Adolphi Imperatoris nepos antea Decanus summi templi Moguntini, electus anno Christi 1346. sed quia exautoratus Henricus cedere nequaquam volebat, ad quietam Archiepiscopalis sedis possessionem, nisi post mortem Henrici, peruenire non potuit: id factum est tandem anno Christi 1374. Elegit cum aliis Electoribus imperii Carolum quartum Imperat. Ioannis Bohemiæ regis filium. Post mortem Henrici, quiete præfuit Gerlacus 16. annis tam laudabiliter ac vtiliter, ut omnibus esset charissimus. Obiit lumbagine & phthiriasi Aschaffenburgi in die sancta Scholasticæ anno Chri. 1371. sepelitur in monasterio Erbachiano cum virtutum suarum elogio in signi.

XLVI.

Ioannes Dux Lucelburgensis & Comes sancti Pauli Gallus vulgo cognominatus, filius Wenceslai Ducis Brandenburgiæ & Lucelburgi, eius videlicet, qui frater fuerat Caroli quarti, Episcopus Argentinenfis à Rom. Pont. constitutus

stitutus anno Christi 1366. Præfuit ibi quinque annis pie & honeste: Postea à Gregorio undecimo ad Archiepiscopatus Moguntini etiam gubernationem euectus est, anno Christi 1371. etiam si Moguntinus Clerus alium quendam elegisset, Cononem Comitem à Falckenstein, Archiepiscopum Treuirensis, qui contentus sua Treuiri, libenter cessit Archiepiscopo Ioanni. Præfuit duobus tantum annis & subitanea morte obiit apud Eltfeldum non sine ueneni suspitione. Aduchitur inde Ertbachium ac ibi honorifice sepelitur anno 1373.

XLVII.

Adolphus Comes Anaxouianus Gerlaci Archiepiscopi supra celebrati ex fratre nepos, episcopus antea Spirensis unanimi totius Capituli Moguntini consensu designatur Archiep. etiam sedis Moguntinae. contra hunc Rom. Pontif. Gregorius XI. Ludouico Bambergensi antistiti, Marchioni Misniae suffraganatur & eum honorem deferri volebat: quod & Carolo Imperatori placebat. Adolphus igitur quietam Archiepiscopatus possessionem consequi non potuit, nisi post mortem Ludouici Bamberg. Episcopi. Præfuit igitur Spira 10. annis, & anno domini 1380. resignata Spirensis ecclesie gubernatione, Moguntiam ueniens sedi istius Archiepiscopali quiete ac pacifice, nec minus laudabiliter deinde præfuit annis 8. Obiit tandem Haygestadi, à nato Christo 1388. sepelitur Moguntia. Carolus IV. donauit eam antequam decederet ex mortali vita, pago Hochst ad Mœnum sito, iam non inamteno oppido. Est ibi cœnobium Antonianum celeberrimum, cuius moderatori D. Georgio Leiskirchen ex animo gratulor.

XLVIII.

Conradus Baro à Winsberg, Canonicus Moguntinus, eligitur concordibus totius Cleri suffragiis in Archiepiscopum Moguntinum anno Christi 1388. Princeps tranquillus ac pacificus. Præfuit annis 7. Sub eius gubernatione 36. ciues Moguntini Waldensium fratrum sectam professi, Bingam adducti & ibi combusti sunt. Hac secta

exortæ est circa annum domini 1160. fuitque Rome in generali Consilio damnata circa annum Domini 1170. celebrato. Obiit Archiepiscopus iste tandem 11. Septembri anno Christianæ salutis 1395. sepelitur honorifice in Cathedrali Ecclesia D. Martini ante aram trium Regum.

XLIX.

Ioannes Comes Anaxouianus, Adolphi Archiepiscopi frater, impetrauit eam sedem Rome, ubi & a Bonifacio confirmatus est, contra D. Godefridum Comitem Lynningensem ordinarie à Clero Moguntino electum, heremum piuum ac egregie doctum. Præfuit potenter ac prudenter annis 23. Erat gubernator sapiens ac callidissimus. Eligit in Imperatorem, deposito Wenceslao Bohemo ignouo rege, Rupertum Palatinum anno Domini 1400. Post cuius mortem iterum elegit Sigismundum Imperat. Edificauit castrum Hochst ad Mœnum. Obiit anno Christi 1419. in die S. Teclæ. Sepelitur Moguntiz in Cathedrali Ecclesia.

His temporibus 1406. floruit sanctus Iacobus Zybel, qui magna excelluit pietate & prudentia, & in Senatu Basiliensi tribunum plebis egit magna cum gloria per multos annos. Cum esset homo ditissimus ac vxore mortua liberis careret, mundi huius vanitatem considerans, Carthusiam Basiliensem construxit, atque bona sua illi assignans, ipse in eo Ordine non sine sanctitatis opinione vitam finiuit. In eo loco multi insignes viri ex Concilio mortui, sepulti sunt.

L.

Conradus Comes Renensis, eligitur à toto Senatu Moguntini Capituli, in ipsa die D. Gereonis Rodisbeymei extra Moguntiam, propter tumultuantes ibi cures. Præfuit pacifice ac laudabiliter quatuordecim annis & octo mensibus. Emit à Baronibus de Eppenstein oppidum Steinheim cum 14. pagis multisque aquarum & sylvarum iuribus. Postremo gubernationis suæ anno, ad arma commotus, infeliciter pugnavit contra Ludovicum

Halia

Hassia Landgravium. Obiit 10. Iunii anno Chr. 1434. sepultus Moguntia in summo templo. Sub isto habitum est Concilium Basiliense, quod inchoatum fuit prius Senis, sed translatum Basileam pluribus certis de causis per Martinum V. summum Pont. anno Do. 1431.

L I.

Theodoricus Pincerna, Dominus de Erbach, eligitur Bingæ concordibus totius Capituli ac Senatus suffragiis, confirmatur ab Eugenio IV. Pont. Præfuit 24. annis, princeps clementia, pacis studio & multis aliis præclaris virtutibus præcipue ornatus: venationum tamen quam Ecclesiasticarum caeremoniarum studiofior. Alioquin mire populus ac splendidus, qui semper in Curia sua Archiepiscopali trecentos aut quadringentos equos aleret. Post mortem Sigismundi Imp. elegit cum aliis Electoribus Albertum Austriam. Monasterium S. Jacobi denuo instauravit. Sub eius gubernatione inuenta est Moguntia ars typographica ab opulento quodam ciue Ioanne Guttenbergero: qui omnia sua collocavit in huius artis inuentionem & illustrationem. Euocatus est Archiepiscopus. iste Theodoricus ex hac mortali vita in Maio anno Do. 1459. Aschafenburgi, in vrbe à sepulchre illustrata, in cuius etiam Collegiata Ecclesia terra honorifice est mandatus. De librorum impressione sic ait Philippus Beroaldus:

*O Germania muneris inuentrix,
Quo nihil utilius dedit vetustas,
Libros scribere quæ docet premedo.*

L II.

Dietherus dominus ab Eysenburg, electus 20. Iulii, anno Do. 1459. à maiori parte Senatus Canonorum. Præfuit annis 3. non integris tamen in summa inquiete. Nam contra hunc elegit Pontifex Pius II Adolphum Comitem Anaxouensem: ex quo schismate in Germania bella nata sunt & cades: Moguntia misere lacerata, distracta, irreparabilia dârna perpeffa est, adeo verum est: Discordia res maximas dilabi, cõcordia vero crescere & augeri. Sub eo occu-

uuuu 5

patur ab Adolphi Anaxouiani exercitu Moguntia, prodita a duobus ciuibus Dodone & Ordeuico, idque nocturno tempore factum est, ciuibus nihil tale metuentibus, sed le- cure dormientibus. Vrbs direpta est, ciues quingenti caeli, multi capti, virgines & feminae vitatae sunt. Dietherus sine per muros vrbs dimissus fuga sibi consuluit & cymba trans Rhenum vectus, loca tuta petiuit. Postea res Francofordia composita & transacta est. Dietherus cessit reuer- ta tamen aliquot oppidorum possessione. Adolphus in Archiepiscopalis sedis gubernatione permansit annis 17, post factam istam compositionem. Quo ex hac vita sublato, reuocatur iterum ad gubernandam sedem Moguntina Dietherus Eysenbergius & septem adhuc annis quiete & pacifi- e ac laudabiliter praesuit, in quibus Archiepiscopale ca- strum Moguntinu denuo ex fundamento in honorem Martini praecipui Moguntini Patroni, instaurauit & extru- xit. Fundauit item & exortus est Academiam Moguntina- mus, ad quam illustranda & confirmanda privilegia apud Pont. Rom. impetrauit. Postea dysenteria decessit 7. Maii anno Chr. 1482. cum a prima ipsius electione 23. Iugubres ac funesti anni preterissent. Sepelitur honorifice in cathed- rali ecclesia S. Martini cum tali elogio:

*Bis praesul factus Comes Eysenberg Dietherus,
Moguntinam arcem struxerat atq; scholam.
Hoc voluit in mulo corpus condi miserandum,
Ciuibus aetheris dans animamq; Deo.*

LIII.

Adolphus II. Comes Anaxouianus violentia sese intru- sit in Archiepiscopatum contra Dietherum electum legi- time. Consecutus est confirmationem a Pontifice Pio II. praesuit annis 15. Quantas & quam perniciosas turbas ex- citauit, supra dictum est in Diethero. Certum autem est Mo- guntia constitisse hoc schisma vigesies centenis millib. au- reorum. Decessit ex hac vita Eltenfeldi 16. Septemb. anno Dom. 1474. sepelitur in Erbach caenobio.

LIV. Al-

LIV.

Albertus Saxoniae dux, Ernesti filius a Diethero Eysen-
burgio liberaliter educatus adolefcens 18. annorum cōfiliio
moriuri Dietheri ad Archiepiscopatus Moguntini posses-
sionem ac gubernationem eligitur à toto Clero Mogunt.
confirmatur à Xsto IV. prae fuit 2. annis ita laudabiliter, vt
summam spem de se excitaret apud omnes bonos. Dece-
sit acuta febris correptus prima Maii an. Chr. 1384. sepe-
litur in basilica S. Martini Irrogavit S. P. Q. Erfordensi in-
signem mulctam, cum propter vastatum & in urbem trāf-
latam quoddam vniuersaliū cœnobium ex monte Ciriaci
& arcem cœnobii loco extractam, sine suo consensu; tum
quod ea Resp. aliquoties seditiones mouisset in illustrem
domum Saxoniam, ex qua natus erat Albertus.

LV.

Bertholdus Princeps Hennenbergenfis, Decanus sum-
mae basilicae Moguntinae, concordib. totius Capituli senten-
tia eligitur in Archiep. eodem statim anno, quo decesserat
Albertus, cōfirmatur ab Innoc. VIII. & seq. anno Maii 20.
maxima pōpa, consecratur à Ioan. Vangionum, Ludouico
Nemetū & Bertholdo Panodensū Episcopis, in praesentia
primorū Abbatū ac totius Cleri Mogun. Prae fuit prudēter
ac vtiliter annis 21. erat egregie doctus, sapiētissimus, mul-
tilq; egregie virtutib. cōspicuus Princeps, pacis ac trāquil-
litatis publicae studiosissimus: ad q̄ feliciter & facilius con-
seruandam, autor fuit ille Maximiliano Imp. constituendi
Suenici foederis contra publicae pacis turbatores vsurpādi.
Fuit Friderico ac Maximilia. Imp. longe charissimus. Inter-
fuit an. Do. 1395. magnis Comitibus Wormaciensib. in qui-
bus constituenda Imperialis Camera, ac iudicii ad pmo-
nendā iustitiam autor fuit: ante enim ista tēpora iustitiā &
ius in Aulis Caesarum petere necesse erat, q̄ vt laboriosum
erat, ita etiā maximos requirebat sumptus. Fuit Maximilia-
ni Imp. per multos años Cancellarius Aulae, aulā nusquam
nō sequens: quod officiū in comitiis Wormatiensib. resi-
gnans, domum in suam sedem Archiepisc. concessit. Erat

Seuerus reformator disciplinae monasteriorum, praefectum
feminei sexus. Obiit anno Chr. verollis, siue morbo Gal-
lico, quod mali genus recens Germaniam perualit: sepe-
litur honorifice & cum summo omnium suorum laetum
summo templo Moguntinensi.

LVI.

Iacobus nobilis à Liebenstein, Sueuus, antea Decanus
Cathedralis basilicae Moguntinae, eligitur Archiepiscopus
vnanimi totius Cleri consensu anno Christi 1505, confir-
matur à Julio II. Praefuit 4. annis non integris, temper ad-
uersa laborans valetudine propter lumbaginem, qua mi-
sere vexabatur. Interfuit Comitibus Coloniae à D. Maximi-
liano celebratis anno Christi 1505. Obiit anno 1508. mēse
Septemb. sepelitur in summo Moguntino.

LVII.

Vriell à Gemingen nobilis heros Sueuus, eligitur anno
Christi 1508. 6. Cal. Octob. ex Decano Archiepiscopus le-
gerat Doctor legum, vir doctus & sapientissimus, qui pru-
dentissime praefuit sedi Moguntinae 5. annis 4. mensib. die-
bus vero 22. Obiit 3. Feb. anno 1514. sepelitur Moguntina
basilica S. Martini. Huius Archiepiscopi temporibus re-
multuatur plebs Erfordiana aduersus Senatū suum, quo
tumultu concitati essent ad arma ciuilia Vriell iste Archie-
piscopus & Fridericus Elector Saxoniae, nisi Maximilianus
Imperator sua autoritate interposita, misisset Laurentium
Episcopum Herbipolensem, Principem prudentissimum
ad totum hoc dissidium componendum.

LVIII.

Albertus II, Marchio Brandenburgensis Ioannis Mar-
chionis Electoris filius, Ioachimi primi Electoris frater
Canonicus Moguntinus & Treuirensis, Archiepiscopus
Magdenburgensis & Germaniae primas, Halberstatis
item Episcopatus, Administrator factus anno Chr. 1513. &
à Leone X. confirmatus: eligitur vnanimi consensu totius
Capituli Moguntini in Archiepiscopum etiam Moguntini-
num nona die Martii anno Do. 1514. Sic vnus duobus Ar-
chiepiscopus

chiepiscopibus sedibus simul gubernandis consensu Leonis X. præfectus est, quod hæcenus inauditum erat & nulli vnquam contigerat principi. Donatus est galero Cardinalitio ab eodem Pontifice Leone X. Coronatur Augustæ Vindelicorum à Thoma Cardinale tituli S. Xisti, legato Pontificio & à Matthia Langio Cardinale Gurcensi anno Christi 1518. Hac coronationis pompa admodum solènis & celebris fuit. Elegit Albertus iste D. Carolū V. Austriacum Imp. & Ferdinandum ipsius fratrem, quibus summis terrarum orbis principibus, longe fuit ad finem vsque vitæ suæ charissimus. Vir fuit omni virtutum genere absolutissimus, cultor Dei integerrimus. Præfuit Magdenburgensi Archiepiscopatu & Halberstatensi Episcopatu annis 32. Moguntina vero sedi 31. Decessit ex hac lachrymarū valle in arce Moguntina 8. Cal. Octobr. anno Christi 1545. Sepelitur in basilica S. Martini Cathedrali post summā aram sub rubro marmore, anno ætatis 55.

LIX.

Sebastianus ab Hausenstein, Hesus, Doctor Legum, Princeps sapientissimus, & rerum vsu clariss. eligitur in Archiepiscopum Mogunt. in die S. Lucae Evangelistæ anno Christi 1547. interfuit magnis Comitibus Augustæ año Domini 1547. habitis à Carolo V. Imp. potentissimo. Interfuit & Concilio Tridentino vna cum suis Collegis Electoribus Archiepiscopis anno Dom. 1551. verum ob tumultuātiā & inuadentium Mauritiū Saxonis & Alberti Brādenburg. improbitatem inde discedere compulsi sunt: neque enim tutum erat cum armato milite de religione disceptare, nec fas ad suorum subditorum interitum eos abesse & conuere. Albertus Moguntinum & Treuirensē multis damnis affecit. Moguntia occupauit & Archiepiscopi arcē & quædam alia loca flāma absumpsit. Obiit Sebastianus año Do. 1555. sepultus Moguntia in summo templo, iuxta Albertum, quem successor monumento insigni illustrauit.

*Docti viri qui subsistis Prasulibus Moguntia
potissimum floruerunt.*

Fridericus cognomento Nausea, ex Franconia Orientali natus est, ab incunte aetate literis operam dedit, & in virum doctissimum euasit, creatus est Theologiae Doctor. Ferdinandus rex eum ob singularem facundiam sacris concionibus praefecit & mortuo Ioanne Fabro in Episcopatu Viennensi substituit anno Do. 1541. Hic semper Lutthero magno animo restitit. Studuit per colloquia virosque partem conciliare, at frustra. Multis concionibus & scriptis innotuit, qui & Concilio Tridentino interfuit. Obiit anno Domini 1550.

Iulius ex nobili familia Pflugiorum in Saxonia natus est. Hic in studio Theologico adeo profecit, ut doctissima etiam Theologis comparari posset. Apud Catholicae religionis Principes magnam sibi auctoritatem comparauit & sacros eorum consilii, cum de religione ageretur, interfuit. Cum Numburgensis Episcopus obiisset, Iulius in eius locum Collegio substituitur. Concilio Tridentino anno Domini 1551. interfuit. Hisce pietatis officiis effecit, ut Iulius a laicis partibus proceribus plurimum diligeretur. Cum hoc modo sua Ecclesiae magna laude praefuisset, expulso quodam Luttherano Nicolao Ambstorffio, tandem anno Domini 1554. obiit & a suis magno haereditate mandatus est.

Ioannes Eccius fuit Sueuus natione Germanus, Doctor theologiae syncerioris, indefessus Catholicae religionis contra Lutheranas haereticas, defensor. Obiit post multa Latina & Germanice scripta & publicata anno Do. 1546.

Georgius Wicelius Germanus, vir praeter ceteras virtutes innumeras ac animi dotes ad miraculum vique doctus: Hebraica, Latina, Graecaeque lingua peritissimus, ingenio excellens & rara eruditione clarus, per omnia vitam nihil aliud egit, nihilque meditatus est, quam utrum scribendo, tum publice in scholis e suggestu docendo populum Iesu Christi sancte institueret ac erudiret. Circumuentus fuerat, sicut & Fridericus Staphylus a Lutheranis, in prima aetate, veram mature uterque traxit ge-

dem ac resistit ac tanto fortius illis restiterunt. Obiit hic D. Wicelius anno Dom. 1563.

Michael Heldingus ex tenuis fortunæ parentibus natus est. Adolefcens omnis generis artes feliciter perdidit & in theologiâ adeo profecit, vt doctissimis suo tempore Theologis annumeraretur. Archiepiscopus Moguntinus eum suum suffraganeum elegit. Carolus V. cum per Germaniam victor esset atque Augustæ Vindelicorum anno Do. 1547. Comitia celebraret, hunc Michaellem docendi munere in summo templo ibidem praefecit, atq; Catholicam religionem apud omnes vrgeri iussit. Hic quoque cum Iulio Pflugio & Ioanne Islebio, Interim author fuit. Cum hoc modo Lutheranis resisteret, Cæsaris opera Episcopus Merseburgensis in Saxonia constitutus est. In Synodo Tridentina sua eruditione omnibus exteris innotuit. Tandem anno Dom. 1561. ætatis 55. obiit.

Matthias Zittardus Aquisgrani natus, natura eloquentissimus, Theologiæ declaratus est Doctor. Hic Hermano Archiepiscopo Colonienfi à fide Catholica deficiente restitit. Iple sapius in Comitibus concionatus est & Catholicam religionem plurimum defendit ac Principes sui officii admonuit anno Dom. 1564. obiit.

Ioannes Ferus Franciscanus semper sacris adhaesit lectionibus, & ita factum, vt inter doctissimos Theologos re-latus fuerit. Accedebat huc morum grauitas & naturalis dicendi facundia. Itaque Moguntia Ecclesiastes constitutus, homines officii serio admonuit, atque integritate vitæ cunctis exemplum præbuit: qui etiam plurimos libros scripsit, atque suis lucubrationibus doctus innotuit. Itaque factum vt Albertus Marchio Brandenburgicus, cum anno Domini 1562. Moguntiam occupasset, atque omnem Clerum expulisset, huius viri eruditionem & virtutes miratus, eius monasterio pepercerit, atque vt fortiter pergeret, admonuerit. Tandem Ferus iam senex anno Domini 1562. inter suos fratres obiit & honeste sepultus fuit.

Eius Epitaphium:

*Qui sacra Christigenis pandebat fanore resulto,
Talis Ioannes stabat eratq; Ferus.*

*Artificis dextra pingi, mens enim heu nescit,
Illa, sed in scriptis conspicienda venit.*

Philippus Agricola, Theologiae Doctor, Concionator Moguntinus insignis, Ioannis Feri libros post obitum coquisiuit, & ut multi in lucem aederentur, author fuit.

L X.

Daniel Brendel de Honberg, Canonicus Moguntinus ac Spirensis, multa doctrina & insigni virtute conspicuus, vnanimi totius Capituli & Nobilitatis consensu, in Archiepiscopu Mogunt. constitutus est an. Dom. 1555. Singulari prudentia est peditus & magna animi moderatione cum benignitate in pauperes vitur liberalissima. Doctrina Catholica proficitur ingenue simul & promouet diligentissimum. Quid enim opera & laboris non suscepit, quas non molestias, fatigationes & sumptus ab ipso initio Archiepiscopatus sui forti animo non pertulit, ut Ecclesiam suam defenderet, iuaret, ornaret, pios ac doctos promoueret: Excitata sunt ab illius celsitudine prope inter mortua studia Moguntina, ac ut humanae diuinaeque literae sedulo ibidem hinc inde doceantur, magnis stipendiis viri pii ac docti sunt ab eo conducti. Est praeterea pacis tranquillitatisque obseruantissimus, qui a suis tanquam Pater salutarur, amatur, colitur. Multa oppida territoriaque oppignorata magno pretio redemit & diocesi adiecit, & subditis suis non mediocri gaudio attulit, quod sub illius paterna protectione viuere liceat. Interim collapsa aedificia, exustas arces restaurauit. Arcem Moguntinam ab Alberto Marchione Brandenburgico exustam, magnis sumptibus scitissime extruxit, quam & basilicam pulcherrimam addidit. Optandum sane, ut omnes Germaniae Principes, Ecclesiastici praesertim ad illius optimi Principis mores sese componerent, minus ceu esset malorum & tranquillitatis plurimum.

Vniuersitas Moguntina Reuerendissimo & illustrissimo
mo Do-

mo Domino Danieli nitorem & restorationem debet, qui illustriss. Princeps anno Do. 1566. Dominos desocietate Iesu praefecit, qui dum initiora artium studia maxima dexteritate & facilitate tradunt, Moguntinam superioritque Germaniae iuventutem doctrinae pietatisque nitore. expoliunt. Non attinet hic, quid in Principum Comitibus suae praesentiae autoritatisque tempore, summa cum laude peregerit, qua humanitate vicinos Principes, licet sinistre de re Catholica sentientes tractaverit, annotare, quum quae sunt veri Episcopi munia, quae ipse egregie praestat, paucis attigerimus. Praest hoc anno Do. 1580. felicissime. Servet eum Deus Opt. Max. Archiepiscoporum decus, Ecclesiae suae sanctae multo tempore incolumem ac felicem. Congratulor sane ex animo Moguntinae ditioni, quae virum habet multis magnisque animi dotibus ornatissimum, sed pluribus & maioribus vitae meritis suspiciendum. denique de cura omnium suarum & officio recte faciendo, ita sollicitum, ut verum pastorem intelligas.

TERTIVM CAPITVLVM DE TREVIRENSIBVS ARCHIEPISCOPIIS.

TREVERICÆ CIVITATIS ORIGO ac encomium.



Reuris magnitudine rerum gestarum & vetustate praecleara civitas, Galliae Belgicae metropolis, ante Christi aduentum 1947. tempore Abrahamae à Threbeta Nini filio, condita. Hic à Semiramide matre ex Assyria profligatus, vel uti aenales Treuirorum perhibent, effrenem & iniquam matris libidinem fugiens, ex regno cum magno Assyriorum agmine secessit, & post va-

XXXX

rios errores itinerum ac ambages, in Europa, ad amenciam
 quandam vallem, natura loci munitam, iuxta Obriucam,
 quæ iam est Motella, deuenit, vbi à suo nomine ciuitatem
 hanc condere cœpit. Huius ciuitatis antiquitatem trecentis
 & mille annis ante urbem Romam pericrutatus est A-
 neas Syluius. Hæc quantum olim potentia, opibus, alijs
 ornamentis floruerit. præclarorum ædificiorum ruinæ ac
 monumenta, manifesto ostendunt. Videtur etiam ibi illu-
 pendii operis Palatium, quod instar Babylonici muri ex co-
 cto latere factum, tantæ firmitatis hodie manet, vt nulla
 arte frangi queat. Multi præclari scriptores huius faciunt in
 suis scriptis mentionem. A Iulio Cæsare, vt in suis Com-
 mentarijs lib. 5 & 6. videre est, expugnata. Habuit suos duc-
 ces, qui in ea dominabantur: verum postremus, cum nimium
 libidinibus indulgeret, à Lucio Romano Proconfuli
 occisus est, & Clodoueo Francorum regi vrbs tradita. Hæc
 acta referunt circa annum Dom. 487. Inde tempore Iuliani
 per Gothos iterum est destructa & per Ortones ac Hen-
 ricos Imperatores restaurata & ad Imperium redacta circa
 annum Dom. 382. Maximus, optimi Gratiani Impera-
 toris Præfectus, cum dominum suum interficere curasset, se
 pro Imperatore agnosci ac cõsalutari voluit. Hic tyrannus
 Treuiris suam esse voluit sedem, qui tamen hoc laude dig-
 num reliquit, quod Priscillianum hæresiarcham, ex His-
 pania profligatum, per Euodium vrbis præfectum cum alijs
 multis, qui eum sequebantur, Treuiris interim car-
 uerit. Vide D. Hieron. in Eccles. Scriptoribus ac D. Salpusti-
 u. n. Hic Maximus tyrannus, qui Gratianum optimi Imp-
 interfecerat, crudelitatis suæ pœnas dignas dedit: nam ipse
 quoque strangulatus est. Hæc vrbs à D. Materno quondam
 ac eius socijs lege Christiana imbuta est, in de tempore Ma-
 ximiani tyranni, qui fuit an. Dom. 288. agente truculentis-
 simo Rixouaro Præfecto, tota ob Catholicâ fidem inces-
 empta est. Tû vrbis Gubernator ac Princeps fuit incho-
 Pamachus Senator pius, qui ob Christi religionem cum
 decem Senatoribus ac tota ciuitate interfectus est. Hi enim
 optimi

optimi viri civitatem illam ad Christi religionem ita animaverant, ut pro ea constanter occumbere non dubitarent: Hic nulli ætati, nulli sexui parcitum, sed omnes ad vnum interempti. Plura vide apud Franciscum Irenicū. Antiquissima totius Germaniæ Vniuersitate hæc ciuitas insignitur, Archiepiscopum autem suum ordine agnoscit Dominum. Hic tres habet Coepiscopos, Metensem, Verdunensem ac Tolensem. Nos quoq; in Archipræsulū historiis ad eius vrbs celebrationē pertinētia, obiter annotabimus.

Germaniā nostrā multis nominibus Romanæ Ecclesię, nondissimulare velimus, debet. Quod enim Euangeliū lux, quæ nostra est salus, nobis illuxerit, si rem exacte perpēdere velimus, illi sane debemus. Interroga sedulo, & diligēter perscrutare, quomodo & quando Iesu Christi Euangeliū sit in nostra patria annunciatum, & à quibus prædicatum, intelliges sane vtique à patribus à Romana sede & dimissis pariter & confirmatis, antiquitate & sanctimonia admodum venerandis, qui merito Apostoli Germaniæ sicut Epiphroditus Philippensum, appellari possunt. Interrogam inquam, quid D. Maternus docuerit Treuiris & Colonia, quid item D. Eucharius & Valerius Treuiris, quos D. Petrus Roma in Germaniam nostram ablegauit. His cōnumeramus merito D. Kilianum, Burckhardum Corbiniānum, Willibaldum, Crescentium, Lucium, Amandum, Iesum, Rupertum, Bonifacium, Cunibertum, qui omnes optime de Germania nostra meriti fuere, utpote, qui eam Euangelio impleuerunt. Hi optimi viri ad Romanam Ecclesiam tanquam caput & matrem sibi recurrendum putauerunt. Tum quicquid extra illius decreta statueretur ac doceretur, suspectum & adulterinum vere esse arbitrati sunt. Dominus Deus vult ut illius loci ac iudicis in diuersis ac discrepantibus caussis, diligentem habeamus rationem, quem ipse elegerit, & quem præesse voluerit. Qui, inquit, superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum ex Israel, cunctusq;

populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat
superbia. Hi omnes & præter illos plures alii sanctitate &
eruditione præcellentes Episcopi & martyres in aliis re-
gionibus & ditionibus, vbi Christi fidem primum inue-
re, & cultum diuinum in templis celebrandum confitue-
re, nullam doctrinam aliam, non aliud Euangelium, nec
aliam religionem, non aliam Missam nec sacerdotium aliud
habuere vel vsurpauere, quam iam inde ab Apostolorum
temporibus in toto orbe Christiano apud nos ac Catho-
licas omnes nationes exsistere, hodieque reuenerunt.

CATALOGVS DE ARCHIE- PISCOPIS TREVIREN-

SIBVS.

L

Sanctus Eucharis ex 72. Christi discipulis, natione
Græcus, Treuirim paganismo plane inuersam accedens
D Petri auctoritate, populum illum, licet plurimum re-
ctantem, Dei adiutorio, tum signis tam assiduis conuen-
tibus ad Christi fidem sacrumque baptisma adduxit, ibique
prudentissimus architectus nihil prætermisit, quod ad Dei
honorem animarumque salutem vilo modo facere vider-
batur. Proinde hanc Ecclesiam iam plâratam ac tu datam
annis rexit 25. Resuscitatio cuiusdam prædiuitis marconi
Albani filii, Valerii vocabulo, occasionem præbuit apud
multos spiritualis resuscitationis. Mirabilem Dominus sui
Euâgelii excitauit fructû: accurrunt vniuersus populus ac ba-
ptizari cupiebat: q̄ ex riualo quodam, qui ex ciuitate flue-
bat, ordine ac magno gaudio liebat. Ibi in tēpla idolorum in-
uolabant, altaria prophana euertebant, vetus fermentum
expurgabant, ac totam ciuitatem a superstitionis cultibus
emundabant. Construebant Ecclesias, conuentualia
Dei honorē & seruitium erigebant, & Christi religio p̄ De-
digitū florere cœpit. Circa an. Do. 70. Senatrix Albana
ius excitauit filium, donauit pro eo beneficio sancto Dei
viro,

viro, domum suam, ipse mox ex illa ipsa domo priuata, publicum eorum (qui iam Christo inferti erant) templum faciens, S. Iohanni Euangelistæ id ipsum dedicauit. In hac domo, & in hoc ipso templo S. Eucharis habitauit: in hac mortuus, mox ab auditoribus in subterraneam tēpli cryptam positus, ibique humatus est, in quem locum omnes postea successores, Episcopi Treuirenses vsque ad Valentinianum 26. Antistitem collocati, deportati, ibique decenter humati sunt, tumulis & mausolæis 15. amplissimis, patrii Cryptæ eleganter infertis, quæ non nisi cum multa admiratione videri possunt. Perit incendio hæc Cella S. Eucharis circa an. Do. 330. sed restituitur paulo post à S. Agritio Archiep. Treuitorum 27. qui corpus S. Matthiæ Apostoli Treuerim afferens in eam Cellam transtulit, quam deinceps S. Matthiæ monasterium appellandam censuit. Euerla vero tandem ab Attila Hunorum rege (qui se metū orbis & flagellum Dei dicere non erubuit) tota fere Treuiris, Cella hæc S. Matthiæ etiam solo æquata est, quam mox tamen Cyrillus 37. Treuitorum Archiep. non solum reparauit, sed & auxit, & ampliavit, sibi que tumulum illic prope antecessores suos constituit. Monastica vero congregatio cœpit illic paulo post huius Cyrilli tempora, & fuisse in ea multos eximie doctos ac admodū diligentes monachos testatur hodie adhuc incōparabilis huius monasterii p̄p̄tēs, ac magnifica bibliotheca. Mox Galliæ regū ac Episcoporum Treuir. accessit liberalitas ac munificentia, qua & ditatū ac egregie illustratū est Gymnasium S. Matthiæ. Habet hoc præ cæteris plurimis ornamentis 28. fontes optimos ac limpidissimos, omnes ex vna scaturigine ortum & initium sumētes. Ludouicus Abbas II. fuit fundator vicini suo cœnobio hospitalis, an. Do. 1187. Iofridus comes de Lyningen Abbas 22. obtinuit Pontificalia & omnia ornāmēta à Bonifacio IX. Sub Ioan. Donorio 28. Abbate, incorporatum est anno Do. 1478. cœnobio S. Matthiæ, Cœnobium Benedictinæ professionis, Monialium S. Germani, in cuius templo honorifice sepulta cubat D. Gerasina regina, ma-

tertera S. Vrsulae. Inde abolito monialium cœtu, insigni
ibi schola facta est. Inde anno Domini 171. sub Reueren-
diss. D. Iacobo optimis conditionibus, Franciscani illuc co-
stituti sunt, tradito eorum monasterio dominis de loco
rate Iesu. Sub Abbate Ioanne an. 1464. domus S. Medardi
concessa est sororibus Colonia ortis, vnde illis adhuc à Co-
loniensi Senatu optimi redditus. Modo apud D. Martinum
summa vigilantia præsidet eximius D. Ioannes Pluizart-
sis, Abbas dignissimus, ordine 63. anno 1580. S. Eucharium
igitur cum Ecclesiam sanctiss. gubernasset, anno Chr. 66.
ex hac luce ad æternam migravit.

II.

S. Valerius Ecclesiam sancte viuendo & verbum vite
prædicatio probatissime rexit. In eo spacio temporis mul-
tos ad Dominum populos conuertit, signa magna & pro-
digia exercendo, & ad agnitionem Catholicae fidei per-
xit. Qui etiam tam studiose verbo prædicationis instabat,
vt iam tunc pene per Galliam & Germaniam Christiani
paganos & numero superarent & religione. Erat namque
doctrina eius bonis congrua, cunctisque audientibus dili-
cis & gratissima. Inde ob mellifluam sermonis eius facun-
diam vndique ad eum populi confluebant, & saltem ali-
quod verbum ex ore eius audire cupiebant. S. Eucharium ei
per visionem apparuit, & eum de obitu suo resolutione cer-
tiorum fecit, & vt Maternum regiminis sui faceret succes-
sorem, admonuit. Inde ipse habita salubri ad fratres exhor-
tatione, coram suis discipulis feliciter in Domino 4. Ca-
lend. Feb. Spiritum Deo reddidit, anno sui regiminis 15. &
Christi 93. Cuius corpus colligentes discipuli, corpori S.
Eucharium coaptauerunt, & in eodem sarcophago, cum di-
uinis laudibus condiderunt.

III.

S. Maternus defuncto Valerio, sub quo Gentilitatis vi-
res valde debilitatae sunt, ad clauum adinotus est. Hic opus
optime institutum, summo studio continuare ac perfectum
adnixus est. Egit cõcionatorem strenuum, & quod docuit
opere

opere exercuit. Eucharius Treuir. fundauit Ecclesiam, at hic euangelicum rete longe lateque expandit. Adiunxit & Agrippinen. & Tungrensem anno Pontificatus sui 10. sub Clemente Papa ac Traiano Cæsare, & ita de tota Germania optime meritus est. Qui sic vixit, vt suis posteris lucidissimum exemplum, vel morum sanctitatis, vel diligentia in rebus agendis vel doctrina, reliquerit. Cum huic tam sancto operi indefesso labore 40. annis præfuisset, operibus bonis plenus Colonia vita defecit, Anno salutis 133. Mortuus est Agrippina, sed collegis suis corpore Treuiris, spiritu in cælis, adiungi voluit. Quod autem ter vno die diuersis ac longe distantibus locis (vt ferunt) celebrauerit, vero non est absonum, si Deo omnia possibilia, Abacuk ad Daniele in moineo temporis deportatum, crediderimus. His sanctiss. præfulibus defunctis, Treuirici in religione Christiana laxius sensim agere cœperunt. Nonnulli denuo ad idolorum culturam declinarunt, impellentibus hinc inde gentilibus & coangustantibus. Præfuerunt interea tamen 23. ordine Episcopi, qui sanctimonia vitæ excellentes fuere, qui gubernationem suam optime quidem cupiebant administrare, verum paganorum iniquitas & tyrannis obstetit. Ex his alij ab impijs tyrânis grauius afflicti, alij ab eis exilia sunt passi, alij à finibus, grassante hæresi Arriana, expulsi ac proscripti, alij demum graui martyrio sunt affecti. Horum sanctos agones, vitas ac historias (quod & graues conqueruntur scriptores) scire exacte nequiuimus. Superiores enim nostri in describendis historiis, satis negligentes fuere. Tum hæreticorum pessimum semper fuit & detestandum ingenium, vt qui sua facta, si quæ gloriose fecissent, plenis buccis deprædicarint, Catholicorum autem pia opera plane extenuarint.

IV.

S. Auspicius post D. Maternum ad clauum Ecclesia admotus est, qui suo officio egregie functus est, quare laboris sui gloriosum in cælis refert præmium.

XXXX 4

V.

S. Celsus post hunc admouetur. Fuit hic genere cotam mundo clarus, apud Deum virtutibus, illustrior, quae vera virtus est.

VI.

Felix primus, re ipsa insignis Episcopus, qui praefuit circa annum Do. 142.

VII.

Mansuetus, qui huic nomini & vocationi sua vitaproba, anno Dom. 160. optime respondit.

VIII.

Clemens anno 175. aliis in suo munere non inferior.

IX.

Moyse tempore Eleutherii Pontif. Rom. anno 189.

X.

Martinus I. Christi martyr sanctus.

XI.

Anastasius ad gubernaculum creatus, anno 226.

XII.

Andreas non malus sui ouilis pastor.

XIII.

Rusticus I. vigil in vinea Domini diligentissimus.

XIV.

Auctor concreditum talentum reddidit auctius.

XV.

Fabricius obiit 4. Idus Iunii Christi Confessor.

XVI.

Cassianus vir in Dei vinea gnauus operator.

XVII.

Marcus. De quibusdam nihil aliud scire possumus, nisi tantum nuda nomina, eos autem bonos fuisse viros, non dubito. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

XVIII.

Auitus fuit anno Do. 262. sub Pont. Max. Sixto primo. Ad hunc ex superioribus Episcopis 15. intra annos 50. martyrio coronati fuerunt. Nam post obitum D. Marerti, pluri-

plurimi ex Treuirensibus ad paganismum redierunt: quare ibi Episcopum agere, certum erat sui sanguinis discrimine præsidere. Fuit autem hic Auitus ex regali progenie, scilicet regis Tungrorum ultimi filius, & fuit 19. Treuirorum, Tungrorum secundus à Materno Episcopus. Præfuit utriusque Ecclesiæ optime annis 45. qui multos ad fidem Christi conuertit. Obiit tandem Nonis Iulii.

XX.

S. Marcellus, aliis Marcellinus, sancte & prudentissime præfuit. Fuit Tungrorum tertius Episcopus, & huius prædicatione rex Angliæ, id est Lucius, baptizatus est.

S. Lucius Britanniarum rex, S. Timothei Apostoli Pauli discipuli eruditione ad religionem Christi inductus est, ipse semper magis honestati tum pietati adherere, quam mundo placere præelegit. Iam factus Christianus atque ab hoc Marcello Treuirorū doctore baptizatus, omnia sua Christianamorem reliquit, & ad superiorem Germaniam perrexit & in Churiensi prouincia potissimum vixit. Eius quoque opera Britannia magna ex parte fidem Christi profiteri cepit. Cum autem fidem Christi cum suis amplificare ac propagare non desineret, Antoninus Verus eum de religione tentauit, & cum nollet abnegare, eum eius nomine occidi præcepit. Huius meritis Germania non mediocria experta est beneficia. Latius vide de eo libr. 5. fol. 85. in Scotorum historia. De fidelibus verbi Dei concionatoribus recte dicitur: talem esse populum sine verbo Dei, qualis mundus sine sole.

XXI.

Metropolis. Hic cœpit tempore M. Aurelii Antonini, anno 2. & sedit annis 19. qui plurimos ad Christi religionem conuertit.

XXII.

Seuerinus Episcopus quoque Tungrensis 5. fuit tempore Gordiani, anno eius primo, & sedit annis 14. Hic vitæ suæ cursum in bonis operibus & prædicationibus feliciter terminauit.

XXIII.

Florentinus Tungrensis 6. Imperii Galli & Volufiani, vir sanctus, & verbi Dei egregius concionator. Obiit 6. calend. Nouemb.

XXIV.

Martinus 2. Tungrensis 7. fedit annis 14. in vtroque Episcopatu. Hic magna sanctitate conspicuus fuit, & in concionibus Hasbanos populos ad fidem Christi conuertit. Præfuit annis 14. qui Hasbanorum dicitur Apostolus.

XXV.

Maximinus 8. Tungrorum, fuit Imperii Probi anno 1. fedit annis 12. Migravit ad Dominum 12. calend. Julii. Theologiæ Doctor insignis.

XXVI.

Valentinus fuit tempore Diocletiani Imp. & fedit annis 18. Post eius discessum sedes Tungrensis vacavit per septennium videlicet vsque ad 17. an. Pontificatus Silvanii, qui fuit anno Imperii Constantini Magni 18. Obiit ætatem Valentinus anno Dom. 316. Post huius obitum sedes Tungrensis separatur à Treuerensi, & Treuirenses ex se Episcopum fecerunt. Creditur à S. Materno Præsules prædictos hucusq; sedis etiam Agrippinensis habuisse curam. Omnia hic grauissimas persecutiones illas, quas tum Paganorum crudelitate, tum hæreticorum nequitia & iniquitate Ecclesia perpeffa est, quæ eam valde molestabant. Orosius, Nicephorus, Isidorus, & Beda, omnia ista mala diligenter nobis descripserunt. Accidit enim circa hæc tempora modo Thebeanorum cruentissimum martyrium, de quo sacra canit Ecclesia, verum etiam vt tota Treuitica ciuitas nullo excepto, neque sexu, neque ætate, per Ricthionarum spurcissimum tyrannum, sub Maximiano seuissimo Christianorum persecutore, ob Christi fidem interimerent. Hæc tyrannis tam fuit crudelis, vt tellus ipsa maderet crebre, Mosella fluuius per sex miliaria ruberet, ac puteos quot martyrum cadaueribus repleuerint. Tum vbiq; deprehensus fuit Christianus, iugulabatur. Vide Vincentium

rium lib. 12, ca. 136. Thebeorum martyrum antesignanus fuit S. Thyrsus, Treuirensium vero nobilissimus Palmachius, & totus Ordo Senatorius. Orent pro nobis in caelis sancti martyres. Iam pastore sublato, dispersis ac pene sublatis ouibus, & aliis, qui legem domini Dei ignorabant, succedentibus apud Treuiros, Paganismus non parum radices egit. Hanc tragœdiã pia Helena Augusta (per quam salus mundi reperta auctaque est) de dulcissimã suę patrię interitu, mirum in modum doluit. Manum igitur suam virago hæc ad fortia misit, vt lolium illud infœlix possit extirpari. Nullam capiti suo requiem dedit, donec S. Siluestrum Romanum Pontificem induceret, vt Agritium Antiochenum, virum verbo, & opere potentem, ad suos Treuirenses conuertendos, mitteret.

XXVII.

S. Agritius Græcus, Antiochenæ Ecclesiæ Patriarcha, admirandæ sanctitatis & doctriinæ vir, instantia optimæ Helenæ, ac beati Siluestri Pontificis iussu, cum quibusdam religiosi viris ex Oriente Romam peruenit. Missus est ad Treuiros, vt eos denuo ad Christum conuerteret, anno gratiæ 330. Hi enim ob diuersa pericula & temporum iniurias Paganismo innexi erant. Vbi vir sanctus, vt alter Eucharis, populum ab antiquo errore idololatriæ eripuit, ibiq; tandem in pace vitam finiuit, & in Ecclesiã, quæ modo S. Maximini dicitur, anno Chr. 345. repositus. Fuit hic primus Treuirorum Archiep. ac totius Germaniæ ac Galliæ Primas, Patriarcha. S. Siluester ac D. Helena hunc præciosissimis reliquiis ornatum, tunica videlicet domini nostri Iesu Christi incõsutili, vno clauorũ, cultro Christi, quo in cœna vsus fuerat, crucis sanctæ parte eximia, corpore D. Matthiæ Ap. ac aliis quibusdã: cum his Treuirum misit, qui illas in sacras ædes distribuit. Agritius vir insignis, fideles ministros per regionẽ constituit, construxit Oratoria, & in his operib. habuit illam Imperatricẽ fanentem ac adiuuantem, cuius etiam Palatium in D. Petri templum conuertit fecit. Emigravit ex hac vita ad libertatem æternæ vitæ sanctissimus Agritius an. Chr. 345. S. Maximini potentissima

vetustissimaque Benedictinae professionis monachorum
 Abbatia in campo Martio sita, ex regio D. Helena palatio
 templum ac Dei domiciliū factum, inchoatur, ac pro pau-
 peribus Deo seruituris fundatur, secundum ipsum D. He-
 ronymū & Oloriū an. 333. imperii Constantini M. an. 1.
 ab ipso Christianissimo ac optimo Imperatore Constanti-
 no Magno, ad petitionem matris suae Helenae, eius, qui
 sanctam crucem domini inuenisse legitur. Eo ipso nimirū
 tempore, quo S. Agritium Patriarchā Antiochenum Tre-
 uirim accersitum, eiusdem urbis Episcopatum praefecit.
 Deuastatum est aliquoties à Barbaris post tempora Da-
 goberti, in Germaniam ac Gallias excursions facientibus:
 sed ex imis fundamentis renouatum, ac de integro praecla-
 re restitutum legitur, & denuo consecratum, Benedictinae
 que professionis monachis habitandum datum, ab Hildul-
 pho beato Archiepiscopo Treuironum, annum Chr. circū-
 ter 764. quo Treuironum Archiepiscopus Agritus, Maxi-
 minus, Nicetius ac Basinus de prioribus tumulis leuati, &
 vna cum trecentis Thebaeae legionis Martyribus honoran-
 centius recens instauratae S. Maximini Basilicae minore
 crypta, quae est sub summo altari, humati sunt. Sub Arnul-
 pho etiam Imperatore à Nordmannis vastatum ac solote-
 nus deletū, mox ab Ogone Abbate praeclare reaedificatum
 est. Odilardus tertius Abbas fuit, sub quo latuit per integru-
 fere octēnium in S. Maximini inferiori crypta, ad puteum
 S. Athanasii, proscriptus à Constantino Imperatore Ari-
 rianae hæreseos defensore acerrimo, qui eodem loco sym-
 bolum contra Arrianismi asseclas composuit. Henricus
 Bruchius Abbas 50. conditor fuit Xenodochii vicini mo-
 nasterio, anno Chr. 1232. verum incendio absumptum est
 Cœnobium: sed reparauit praeclare id ipsum Henricus
 tum, fecitq; consecrari templum an. Dom. 1245. à Con-
 do Archiepisc. Colon. Constant. Mag. Imp. Consecratum
 qui Ecclesiam Dei maximis priuilegiis honorauit, fidelium
 latauit, templa construxit, & plenus operib. bonis, ut pa-
 quieuit. Cuius vitam Eusebius historiographus quing.

bris conscripsit. Ecclesiastica quoq; testatur historia, quod cum Constantino principi in scripto oblata accusationes cōtra episcōpos fuissent, libellos quidem accusationis accepit, & eosdem, qui accusati fuerant episcōpos, conuocās, in eorum conspectu, libellos, quos acceperat, incendit, dicens: *Vos diu estis à vero Deo constituti: ite & inter vos causas vestras discutite.* lib. 10. hist. Eccl. c. 2. Habuit filiam Cōstantiam, quę cum esset leprosa, vt ipse Constantinus, apud sepulchrum D. Agnetis, sanitatem obtinuit, testis Ambrosius, pater per Syluestrum Pontificem mundatus est. Græci eius celebrant festiuitatem. Hic, qui sincere sentiebant de fide Catholica, ad curiam admisit, claudicantes repulit, i. e. hæreticos. S. Matthias fuit ex 72. Christi discipulis, qui in Iudæa proditoris locum ab Apostolis suffectus est. In iuuentute admodū bene in lege Moyfi ac prophetis à quodā viro doctissimo, fuerat institutus. Egredere hic potissimū apud Iudæos, & cum ei à quibusdā impiis vitio verteretur, quod esset Christianus, & fidem Christi defenderet, respondit nō esse criminofum, sed gloriosum, esse Christianū. Cumque Pontifex Iudæorum ab eo quaesiuisset, si tempus pœnitentię daretur, mutare ne consilium vellent? Deus, inquit, prohibeat, ne à veritate, quā semel inueni, ac secutus sum, aliquando quasi transfuga, deficiam. Ob Christi nomen & prædicationem, primo lapidibus obrutus est, inde securi vitam finiit. Lapidem, testimonii causa, vt secum sepelirentur, rogauit: sic beatus Apostolus ad Christum migravit 7. calend. Martii. Hic operibus carnis se valde opposuit. Eius autem corpus ex Iudæa Romam primum, deinde Treuiros per S. Agritium translatum, vbi magna populi deuotione & emolumento colitur, in suo monasterio.

Anno autem Dom. 1522. cum insanus Franciscus Seckingius urbem Treuirensē oppugnare tentasset, ipsi ciues, ne hosti monasterium latibuli vice esset, muros demoliti sunt, & non exiguum damnum intulerunt. Inde denuo anno salutis 1552. in tumultu Brandenburgico, vbi Albertus ciuitatem occupauit, incendio totum fere perit. Huic D. Maximini monasterio hoc tempore anno 1580. præsi-

det Reuerendus & eximius Dn. Matthias Satbutgenis,
Abbas diligentissimus, qui est ordine 58.

XXVIII.

S. Maximinus secundus, ex Aquitania clarissimis ortus
progenitoribus. Habuit fratrem Maxentium: huius admodum
accurate educati sunt, literis factis ac optimis moribus, fu-
turi quandoque Christiani dogmatis insignes defensores.
Ecclesia Pictaunorum Maxentium nactus est Pontificem, qui
eam laudabiliter rexit. Maximinus se in Germaniam ad S.
Agritium Treuironum Archipresulem contulit, eiusque di-
sciplina plurimum profecit. Quidam Quiriacus, vir bonus
ac pius, per somnium eertior factus est, Maximinum Agrimo
succellurum. Huius rei non ignarus Agritius, cum succes-
sorem pronunciat ac instituit. Designatus legitime ab om-
nibus tum Clero tum populo, ac Pontificibus, quæ sui
erant muneris, diligentissime exequi studuit. lucidit au-
tem in periculosa Arrianorum tempora, & nisi huiusmodi
columnæ se pro domo Dei ex aduerso posuissent, mirum
in modum labefactari potuisset. Vide & D. Hieronymi de
S. Maximino, testimonium. Habuit sui similem Athanasi-
um, Ecclesiæ vnicum fulcrum. Ipse Colonia conuo-
cati fecit contra Euphratem pseudoepiscopum, cõsiliū,
eumque cum aliis deposuit, auctoritate Iulii I. Rom. Pontif.
Profectus est causa peregrinationis Romam, & itineris sui
socium adhibuit diuum Martinum. Vbi sunt sancti viri eu-
iusdã in ferendis sarcinulis aselli opera, quem vrsus inter-
emit. Hic S. Maximinus seræ præcepisse dicitur, vt oculi
animalis in portandis eorum oneribus, laborem subiret, &
mirabile dictu, paruit vrsus, & non nisi eorum voluntate
dimissus, recessit. Hic itineris charissimum socium S. Mar-
tinum, cuius consortio plurimum delectabatur, Treuirones
adire coegit. S. Martinus filium suum spirituale Luben-
tium D. Maximino erudiendum commisit, quod S. Sacer-
doti Lubentio optime cessit. Inde vt suos inuideret, profec-
tus est in patriam, & correptus febre, vita excessit ibidem
in Aquitania, laborum suorum fructum à Domino acce-
pturus.

pturus. S. Paulinus successor, corpus eius Treuirim aduchi curauit, & in monasterium, quod nunc est S. Maximini, repositum. Post mortem multis claruit miraculis. Hildulphus eius reliquias leuauit, & ad cryptam, vbi multo tempore habere, poni curauit. verum modo in summo altari conseruantur. Obiit in Septembri, cum annis 15. sanctissime praefuisset. S. Martinus pietatis suae argumenta Treuiris reliquit. S. Castor Presbyter pius S. Maximino à parentib. nobilibus traditus, ac diligenter commendatus, & ab eo optime educatus, ac Sacerdos ordinatus est. Ipse vero spreto mundo vniuerso, in eremum secessit, ibique Domino Deo diu noctuq; seruiuit. Obiit autem anno salutis 400. sepultus est Cardenæ, inde translatus est Confluentiam, & à Radbodo Archiepiscopo Treuirensi. 67. in eius omniumque Christi omologetharum honorem insignis constructa consecrataq; Ecclesia. S. Maximinus sanctum quoque Lubentium sacerdotem educauit, & in omni pietate instituit. Cuius corpus requiescit in diœcesi Treuirensi.

XXIX.

S. Paulinus superioris discipulus, eruditione & pietate clarissimus, ab omnibus eligitur, & à B. Martino episcopo in Treuirensis consecratur. Ea tempestate (Constantio Imperatore in Catholicos insaniente) Treuirenses, imo tota Germania praestantioris Episcopum & pastorem habere non potuissent. Fuit Nicena fidei contra Arrianos propugnator vehementissimus. Vide de eo Tripartit. hist. lib. 5. c. 15. & 16. Ob Catholicam fidem, quam praedicabat & defendebat, fatigatus variis exiliis ad mortem vsq; tandem apud Phrygiam, (vbi à Constantio exiliū patiebatur) beatae passionis coronam à domino anno Chr. 363. percepit, iuxta Hieronymi Chronicon. S. Hilarius de eo inter alia dicit, quod corpus eius sit ab obitus loco translātū Treuirim. Praefuit annis duodecim vir sanctissimus. Ad hunc inuisendum S. Ambrosius Mediolano misit S. Albanū cum Theonesto, qui Moguntia ab Arrianis interfecti sunt. Est alius Paulinus martyr, cuius caput malleo ferreo, p Christo

contritum dinoscitur, sicque effuso cerebro cum pio sanguine feliciter occubuit. Hic Colonia in Ecclesia S. Cecilia requiescit corporaliter.

XXX.

S. Bonofus, inde S. Paulino mortuo, ac ad æternam vitam translato, succedit. Fuit autem hic, eximia sanctitate & egregia eruditione conspicuus. Præfuit anno Christi 360. & præfedit laudabiliter, ac summo Christianæ pietatis promouendæ ac ampliandæ studio. Mortuus est anno redempti orbis 368.

XXXI.

S. Bricto, alias Brictonius, legitime creat^o succedit. Fuit autem vir sanctus, & suo officio minime defuit, annis 12. turbulentissimis præfuit. Apud Damasum Pontificem Romanum ob eximiam sanctitatem & eruditionem, summæ fuit auctoritatis. Reliquit terras anno gratiæ 380. Circa hæc tempora Treuiris maxima damna perpessa est, tum eadibus, tum incendiis, ac prædis. Iisdem temporibus ibidem Concilium, cui Priscillianus hæresiarcha occasionem dedit, habitum est. Fuerunt hic præsentibus S. Martinus & S. Ambrosius, qui cum aliis hæreticum eum condemnarunt, & decreto Pontificis occidi fecerunt. Maximus tyrannus (interfecto Lugduni Gratiano optimo Imperatore) a Nobilibus creatus Caesar, Treuiris sedem suam collocavit. Priscillianistæ quoque in generali concilio Braccarensi damnati sunt, & in prima synodo Toletana. Testatur D. Ambrosius Epist. 27. quæ est ad Valentinianum Imperatorem, ubi suæ legationis rationem exponit, se Treuiris fuisse. Eodem tempore fuit etiam Treuiris B. Martinus Episcopus, ut testatur Sulpitius, qui nouum & inauditum nefas aiebat esse, ut causam Ecclesiæ iudex secularis iudicaret.

XXXII.

S. Felix II. consentientibus patribus B. Brictoni successus est, inde ob arctissimam consuetudinem, quam cum S. Martino habuit, ab eo consecratus est. Regnabant tunc temporis in eo loco hæretici nonnulli, verum hic, ut nihil illud extingueretur lolium, nullis pepercit laboribus.

Post duodecimum autem Pontificatus sui annum, episcopi-
 pali reuincians apici, in Collegio beatæ Virginis ad Mar-
 tyres, quod condidit, solitarius vacabat contemplationi, &
 reliquum vitæ suæ tempus transegit. Vbi paulo post vitam
 morte mutans, anno Dom. 392. diem obiit extremum. A-
 dificauit & basilicâ in honorem S. Paulini, cuius afferri fe-
 cit ossa, & in eam collocauit. Monasterium Mariæ ad Mar-
 tyres, Benedictinæ professionis, à Thebeorum & Treuiron-
 rum trucidatis ibi per Rictiouarum anno Dom. 291. pro-
 pter Christi confessionem sanctis martyribus sic dictum est.
 Fuit ibi antiquitus Imperatorum præfectorum Capitoli-
 um, ac postea regum Galliæ palatium. Id in Dei ecclesiam,
 beatæ virginis dedicatum, conuersum & inchoatum est an-
 num Christi circiter 380. à 32. Treuironum Archiepisc. no-
 mine & re Felice sub Damaso Pontif. Max. Postea vero in
 monastica congregationis domicilium, virtutisq; ac lite-
 rarum scholam ab ipso S. Traiecten. Ecclesia, primoq; Ar-
 chiepiscopo D. Willebrordo commutatum, temporib. Ser-
 gi Papæ, annum Christi circiter 632. auxiliis Pipini senio-
 ris. In hoc loco visuntur innumera Sanctorum reliquia, &
 tunica B. Mariæ virginis. Vastatum est hoc cœnobium à
 Nordmannis, annum circiter 960. sed restauratum est à
 Theodorico Archiepiscopo, & eius successore Egberto,
 præclare auctum & dotatum legitur. Anno vero 1551. per
 Albertum Marchionem, sicut & diui Maximini, misere in-
 tudio consumptum, necdum reparatum. Abbas 40. mo-
 do præest.

XXXIII.

Mauricius secundus, post Felicem ad clauum Treuiren-
 sis Ecclesiæ admotus, non ineptus sane præsul. Præfuit an-
 nis duodecim, iis temporibus, quibus sancti illi doctores,
 Hieronymus, Augustinus, in Ecclesia Catholica floruerunt,
 id est, anno 398.

XXXIV.

S. Leguntius, defuncto priore, ministerium sacerdotale
 subit. Fuit autem in philosophia, item diuina lege peritif-
 simus, & in ea die ac nocte meditabatur, & in eo faciendo
 vitæ mortalis periodum absoluit felicissime, ac à morte in-

YYYY

Ecclesia Beatae Mariae ad Martyres, à Felice condita, sepul-
tus, anno Domini millesimo, quadringentesimo quarto.

XXXV.

S. Auctor II. ex Episcopo Metensi, Archiepiscopus
Trevirensis constitutus est, vir honeste atque prorsus lauda-
bilis vitae. Carnis debitum suo tempore solvens 13. Sept.
in Ecclesia D. Maximini tumulatur. Inde translatus per
aliquot annos, in Thabenam supra Sarram repositus est.
Reliquiae S. Auctoris per quandam nobilem feminam ex
Saxonia, Gertrudis nomine, quae fuit socius Luderi Ducis
Saxoniae, Treviri translatae sunt Brunsvicum. Haec religio-
sa matrona erexit monasterium D. Benedicti, prope mura-
nia, quod iam intra muros est, & appellatur D. Egida, & in
illud huius Auctoris reliquias reponit. Habuerunt Brun-
svicenses exinde hunc perpetuum ac praesentem sine vitio
defensorem, vere tutelarem, & eius patrocinia saepius ex-
perti sunt, praecipue in expugnatione urbis à Philippo, &
tra Ottonem IV. ubi exempto gladio in muris visus est. Ita-
ctus Auctor, & tuos tutatus est Civis.

XXXVI.

S. Severus, discipulus S. Lupi, Trecentis annis, ro-
tius sanctitatis exemplar. S. Hieronymus huius tempo-
ris Treviris bonis literis incubuit, & S. Severum ob vitae in-
centiam plurimum amavit. Cum enim egregius ellet Co-
cionator, ac verbum Dei Germania populis magno fru-
prae diceret, Treviricus ordinatus est Archiepiscopus. Iam
cum S. Germano Antifidiorensi & S. Lupo Trecentino ep-
scopis in Britannia profectus est, & haeresim Pelagianam
ibi contuderunt & extirparunt. Mortem obiit Christi-
festor anno salutis nostrae 420. non ambigitur (Antonia
refert) Apostolorum societati admittus esse. Circa haec
tempora Hunni, Scythica gens, Germanis multa damna
intulerunt, & Trevirim devastarunt. Inde Franci Tre-
centis suo dominio priuarunt, & ibi dominari ceperunt.

XXXVII.

S. Cyrellus creatus anno gratiae 430. in Archiepiscopus

vir oppido pius, & populi diligentissimus institutor. Præfuit in magna rerum perturbatione. Cumque nactus esset paululum ocii ac tranquillitatis, Cellam D. Eucharii, id est, S. Matthiæ basilicam euersam, reparauit & ampliauit, quæ modo longe pulcherrima est. Inde optimus Princeps a facto in illam tumulari ad suos antecessores, voluit.

XXXVIII.

Iammerius succedit, qui de illorum numero fuit, quorum corpora in pace sepulta sunt, & nomina eorum viuunt in generatione & generationem.

XXXIX.

Emerus, vir, qui se pro domo Dei tanquam murum impugnabilem opposuit. Plurimum aduigilauit, vt Pelagiana hæresis extingueretur. Pelagius enim (vnde Pelagianus) Professione monachus, sed diuinæ gratiæ hostis ac propugnator acerrimus, ex Britannia magna oriundus fuit. Aduersus hunc Pelagium duo fuere celebrata Concilia, Carthaginense primum & Meleleuitanum, & D. Augustinus eum vere contudit.

XL.

Marcus II. de eorum genere, quorum sapientiam narrant populi, & laudem eorum nunciat Ecclesia. Collegium S. Paulini à tyrannis vastatum, reparauit, & à morte in illud sepultus est. Peruenit ad annum Christi 442. eiusdem almus Omologetha.

XLI.

Volusianus perfectus inuentus est, & in tempore iracundiæ factus reconciliatio. Ecclesiarum suarum priuilegium defendit, tum restaurauit. E viuis excedit anno Chr. 468.

XLII.

S. Mylerus & hic dilectus Deo & hominibus, qui optime gubernationi præfuit, mortuus anno 472.

XLIII.

S. Modestus mundi gaudia eiusque noxia blandimenta & caduca neglexit, mortuus est anno salutis 486. sepultus apud S. Eucharium. Sciebant hii boni viri, quod Dominus

yyyy z

Deus statuit cælestem mercedem ei, qui hæc sua terra bona pro sola nudaque virtute contempserit.

XLIV.

Maximianus fuit tempore Anastasii blasphemi Imperatoris in Trinitatem, qui ob id fulmine perit. Habuit autem episcopus S. Castorem pium sacerdotum Diaconum, & episcopus mortuus est anno gratiæ 498. cum bene annis decem præfuisset.

XLV.

S. Fibicius ex probatissimo S. Maximini Abbate Archiepiscopus constitutus est, qui Ecclesiæ Dei sua conuersatione minime dedecori fuit. Mundum cum suis reliquit, anno domini 500. transiens ad cælum.

XLVI.

S. Abrunculus, & hic seculi gaudia vana respuit, qui iam lætus ponitur cælestibus cum angelis. Obiit anno do. 115. sepultus ad S. Paulinum, inde translatus est in monasterium Springenburghense, collegium honestissimum, & ad beneficentiam deditissimū, repositus. Agit in eo hoc corrente anno 1580. nobilitate ac miramorum suauitate conspicuus d. Petrus Wespensing, prudentissimum Abbatem, cui omnia felicia imprecor.

XLVII.

S. Rusticus II. Hic primum inter Præsules mentis lenitate vsus, vitæ mollioris blandimenta in multorum scandalum, sequutus est. Erat quidam presbyter tunc temporis, Goar nomine, qui ex Aquitania venit, & in diocesi Treuirensi, in pago Trigonio prope Rhenum oratorium sibi in honorem B. virginis cõstituerat. In hoc ipse diuinis laudibus die ac nocte vacabat, & suis assiduis concionibus, multos paganorum ad fidem Christi conuertit. Verum hic Episcopus huic pio viro non bene fauebat. Cum autem infans, cuius ignorabatur parentes, clam esset expositus, Rusticus de eius volens sanctitate periculum facere, ipsum Goarem virum Dei coegit, vt qui infantis essent parentes adiutrandò proderet. Ibi Goar puerum in nomine Sanctæ Trinitatis

Trinitatis adiurat, ut parentes ipsemet nominet ac manifestet. Infans respondit: Rusticus Episcopus meus est pater ac Flavia mater. His responsionibus extortis ac auditis, Episcopus non parum expavit, tum ipse quoque Goar, & populus valde commotus est. Rex Francorum & omnis populus Episcopatum eius Goari obtulit, verum ille constanter recusavit. Fuit vero Episcopo suavor, ut commissum scelus poenitentia dilueret. Hanc ille in cœnobio B. Virginis, ad martyres, per septem annos peregit, & inde vitam piam ad mortem usque perduxit, & animam Deo sub Clotario rege Francorum reddidit: sepultus est in Collegio S. Paulini Confessor Christi, ac poenitentia exemplar. Nemo unquam fuit expers gratiae divinae, qui eam petiit.

S. Goar pietate ac omni virtutum genere insignis presbyter, natus fuerat ex Aquitania, & ob vitam solitariae desiderium, factus est monachus. Hildeberti Francorum regis tempore venit in Germaniam: bonorum igitur hominum favore ac adiutorio in Treuirensi diœcesi apud Rhenum, in Triguria Oratorium sibi construxit. Ibi optime vivebat, ieiuniis & orationibus continuis Deo serviebat: proximū suū diligenter de viis caelestis regni docebat. Cum autem eius fama (cui Rusticus Episcopus inuidebat) percrebuisset, Gallorum rex ac Treuericus populus eum in praesulem ambiebat: verum hic verus rerum mundanarum contemptor, constanter recusavit, qui tandem plenus bonis operibus, vitam hanc terminavit, & in eo loco prope Rhenum, a se vocato, sepultus est, vir mirabilis in vita multis signis.

XLVIII.

Aponoculus Archiepiscopus Treuiricus, qui mundi gaudia vana, ac divitias eius fallaces caelestibus semper posthabuit, qui iam dapes supernas obtinet.

XLIX.

S. Nicetus in omnibus negotiis suis coram Deo & hominibus suspiciendus. A natiuitate capitis signo & vita optima educatione, Clericum agere semper visus est. A parentibus monasterio traditus est, & in eo tantum profecit,

vt eidem Abbas præficeretur. Regis Francorum Theodorici autoritate, anno do. 536. Treuirorum Archiep. constitutus & ordinatus est. Hic quæ ad eius spectabant officium, optime exercere & exequi conatus est: nam in coercendis peccatis fuit acer, non vulgarium duntaxat, verum etiam Principum, quod Theodebertus, Theodorici regis filius, qui regnum patre mortuo ambiebat, repulso fratre Clotario, expertus est. Inde Clotarium regem, pro suis nefariis factis excommunicauit: cum rex ei exilium mitteretur, minime est commotus, multo minus perterritus. Condonabatur quotidie, ac populum in officio continere assidua correctione laborabat. Pestis tempore ipse eadem suis precibus ab vbe Treuerica auertit. Viuens miraculis adeo effectus, vt qui eius in periculis nomē inuocasset, liberaretur. In arguendo erat vehemens, in periculis sufferendis constans ac patiens, in docendo prudens & circumspectus, qui nullius hominis minas curabat, nec blanditiis sibi impati patiebatur: cuiuslibet sua peccata, quasi digito monstrabat. Imperatori Iustiniano, qui Christum purum hominē esse asserere non dubitabat, se opposuit. Cum iter faceret, ac nobiles, equos per segetes vagari permitterent, eos valde increpauit, excommunicationem minitans, ni abigerent: vtinam tales modo essent Nicetii. Gregorius Turonensis, Fortunatus Pictorum Episcopus, Aridius eius discipulus, huius sancti viri pietatem mirum in modum celebrant, qui eum D. Nicolao comparate non verentur. Tandem diuina visione ad caelestem patriam euocatur, & modica pulsatus febris, spiritum ad Deum præmisit: sepultus est in basilica D. Maximini. Præfuit annis 17. cum summo animarum fructu: mortuus anno Domini 551.

L.

S. Magnericus post S. Nicetii mortem in Ecclesia Treuirensis Archiepiscopatum promotus est. Hic sui predecessoris fuit discipulus, & comes indiuiduus, & in regimine successor dignissimus. Multi tunc temporis in Ecclesia Treuirica floruerunt viri pii, & hic sua egregia pietate omnibus illis præluxit, ob suam venerabilem senectutem à rege Fran-

corum dignus habitus est, vt eius filium Theodoricum à
 sacro fonte susciperet. Fœlix populus, cui tales contigerint
 patres. Erat hic Deo deuotissimus, tum in D. Martinum
 dum dudum terris sublatum, & signis coruscantem, lingu-
 am gessit deuotionem, quare in eius honorem tres ec-
 clesias construxit. Tandem optimus præsul deficiens, à mor-
 tuo in monasterio D. Martini repositus est. Monasteriū hoc
 Treuiris hac etiam ratione initium habuit. Constructum
 ex Tetradii Consulæ viri priuata domo, in scholasticæ
 congregationis habitationē, in domum Dei, & oratorium
 commutatum est, anno Chr. circiter 406. Imperator, Ar-
 cadio & Honorio ab ipso S. Martino Turobenfi Episcopo,
 mutatis. pleno. Cum enim Treuirim is venisset, & Tetra-
 dii consulis seruum ibi malo spiritu correptum, à demonio
 liberasset. Cœsul, vt esset præstito beneficio gratus, S. Mar-
 tino domū suam dono dedit hac lege, vt vir Dei ex ea ora-
 torium, & domum precationum S. Cruci dedicatam, face-
 ret. Postea vero hanc ipsam precationum & disciplinæ do-
 mum, Barbaricis crebris in Galliam Belgicam & Germani-
 am irruptionibus desolatam, & plane collapsam auxit, cir-
 ca annum Christi 526. & monachis Benedictinæ profes-
 sionis Collegium & habitaculum fecit, paulo amplius &
 augustius, quam fuerat ante. Treuirorum hic Magnericus
 Archiepiscopus, qui abolito S. Cruci præstito nomine, S.
 Martini cœnobium nouo titulo iam appellari iussit. Eius
 mœstis in hoc ipso cœnobio ostenditur tumulus, in sub-
 terranea templi crypta. Reparatum est à 68. Archiepisco-
 po Karbone, circa annum Dom. 88. item Theodoricus
 iterum desolatum instaurauit anno 960. Albero de
 Lutzenburg, Præpositus S. Paulini, sese in Episcopatum
 violenter intrudens, annum Chr. circiter 1006. S. Simpho-
 rani monialium cœnobium, S. Martino vicinum funditus
 euerit.

Ll.

S. Gangericus ex Lutzenburgensi prouincia, superioris,
 qui in proeecta etate obiit, discipulus, cū esset Camerace-
 nsis ordinatus Episcopus, mortuo suo magistro, ad Treue-
 ri-

yyyy 4

cam quoq; Ecclesiam admoetur, & dignus qui vtriq; pre-
 esset, habitus est. Gubernavit igitur vitamq; laudabiliter,
 & cum Cameracensem visitaret, vita excedens ibi Came-
 raci scilicet, suæ sanctitatis in Ecclesia, quam in diuâ Virgi-
 nis honorem ædificauit, nactus est sepulturam. Prefuit an-
 nis 33. & circa annum Dom. 594. obiit venerabilis Ma-
 gnericus.

LII.

S. Subaudus ad clauium Ecclesiæ asscitus, vitam duxit a-
 li pastore dignam, i. e. plane sanctâ, & mortem, quam de-
 buit creatori suo & omnium nostrum, inuenit. Mors san-
 ctorum preciosa in conspectu domini.

LIII.

S. Seuerinus Archiepiscopus Treurenensis, vir fuit diu-
 no cultui deditissimus, zelans Dei honorem ex animo, qui
 verbis & exemplis ecclesiæ plurimum profuit. S. Amanio
 Episcopo Aquitano in concionando fuit Collega & sym-
 mistes. Burdegala mortuus est: & Christus eius mortem
 crebris miraculis preciosam fuisse testatus est.

LIV.

S. Modoaldus ex inelyta Aquitanorum profapia, ex pa-
 latio ad Ecclesiæ Treuiricæ gubernationem inuitus capitur.
 Habuit sororem Ittam, quæ nupsit clarissimo duci Pipino:
 fuerunt hi S. Gertrudis virginis, parêtes. Habuerunt & fi-
 lium Grimoaldum, qui duò illa præclara monasteria, Sea-
 bulanum & Malmundariû, ex proprio peculio construxit,
 quæ sancto Remaclo ad instituendam monasticam vitam
 tradita sunt. Habuit & sororem Seueram, quam in nouo
 suo monasterio S. Simphoriani virginibus lacris præfecit,
 quæ vitâ duxit sanctissimam. Fuit hic Modoaldus vir sum-
 ma prudentia, tum singulari mansuetudine præditus, Col-
 legium in monasterio Meyfeldensi in honorem S. Marti-
 ni, construxit. Est Treuiris monasterium quod Horreum
 vulgo dicitur. Id ex Dagoberti, Galliarum regis Palatio
 siue Horreo potius, in quo à trituratoribus regis aule
 frumenta excuti solebant, vnde nomen loco contigit, &
 cœnobium factum: olim Canonissarû hoc est liberarum,
 & ab omni voto immunium dominarum amplissimum

Collegium, hodie vero sororum instituti Benedictini monasterium, fundatum temporibus Modoaldi, Anno Domini 666. locupletatum vero Anno Domini 645. à domina Irmina Dagoberti filia. Hæc enim Irmina regina prima fuit Abbatissa, inde S. Modesta, quæ fuit soror sancti Willibrodi, qui fuit primus Archiepiscopus Ultraiekti, nepis sancti Modowaldi è sorore. Inde septem secutæ sunt Abbatissæ, quæ omnes sanctitatis titulo celebrantur. S. Modaldus cum suis aliquot cõsanguineis, cum annis 30. sancte præfuisset, mortuus est, & in suum monasterium S. Symphoriani repositus, inde cum illud per Alberonem destrueretur, translatus ad S. Paulum. Seuera soror ad S. Eucharium. Eo tempore S. Willibrodus Anglicus, Frisonum apostolus, Trevirim frequentabat. Hic cœnobii potentissimi Epternacensis intra septem altissimorum montium iuga, monachorum Benedictinæ professionis, autor fuit. Monasterium enim illud fundatum ac constructum est anno Dom. 696. ad preces S. Willibrodi à D. Pipino seniore, duce Francorum, eiusque coniuge Blitruide, vtriusq; charissimo filio Carolo Martello, cooperante Dom. Irmina Abbatissa & fundatrice Treuirensis Horrei. Qui hoc tempore & anno 1578 præsidet, est Abbas ordine 54. quæ audio ob pietatem singularem & hospitalitatem in pauperes, plurimum commendari. Vivat Ecclesiæ sanctæ multo tempore incolumis.

LV.

S. Numerianus fidelis Doctor & informator suæ plebis, vir vitæ sanctimonia & eruditione insigni excellens, qui in athere sanctorum collegio connumeratur. Obiit anno Dom. 715. eo tempore, quo Mahumeticus furor initium sumpsit.

LVI.

S. Bassinus ex nobilissimo ducum Austrasiæ genere natus, frater Lotharingiæ ducis, qui ut mundi gaudia & gloriam caducam vitaret, in D. Maximini monasterio factus est monachus, inde ob vitæ probitatem Abbas 17. impulsu

yyyy 5

vero Gregorii II. Pontif. Treuitorum Archiep. creatus est. Qui ita præfuit. vt basis tēpli in domo Domini dici meruerit. In bona senectute obiit, & in suo monasterio sepultus.

LVII.

S. Luitwinus, Basini ex sorore nepos, Belgicę Gallię den. Hic augenda pietatis studio aliquot monasteria apud Treuiros liberalissime dotauit, eadem vxore legitima mortua, monasterio super Sarram fluuium Benedictini instaurum, in sua ditione, quod Mediolacum appellatur, cōstructo, monastici rigoris habitum ibidem assumpsit, ac vitę procijs leuitatem, acri pœnitentia diluit. Verum auunculo suo Basino ad superos translato, Archiep. Treuiricus legitime electus est. Cui muneri laudabiliter & vtiliter annis aliquot præfuit. Tandem cum Rhemos profectus esset ad Consiliū generale, mortuus est ibi, & in suo monasterio anno Dom. 721. sepultus, qui miraculis multis clarere dicitur.

LVIII.

Clodolphus S. Arnulphi Metensis Episcopi, qui ex Fræcorum regum stēmate fuit, legitimus filius. Pater fuit Metensium Episcopus, & eo resignato, filius assumitur. Cum vero huic laudabiliter præsideret, ad Treuiricę Ecclesię regimen quoque assumitur. Verum Milo Lurwini filius, homo profanus, Episcopatum Treuirensē, quali paterno iure, inuasit & occupauit, & Clodolphum, virum iustū & sanctum, multis iniurijs affecit, qui tamen illius improbitati cedere maluit, quam repugnare. Milo autē ob quosdam victorias, & ob gratiam Martelli regis valde fuit elatus, & Rhemensē episcopatum quoque addidit, & ambas diocēses per 40. annos obtinuit. Quantum aurem ad Ecclesiastica officia attinebat, habuit Hildulphum Vicarium: ipse vero militia & vniuersi nationi vacabat. Tandem à quodam apro laesus mortuus est, & in Eranc oppidulo sepultus, qui de Ecclesia male promeritus est.

LIX.

S. Hildulphus mortuo prophano Milone, legitime ad Episcopum

Episcopatum, quem annis aliquot ut Vicarius in spiritualibus bene administrat, assumptus est. Habuit fratrem S. Eberhardum, qui ambo ex præclara Boiorum familia orti erant, alii ex Neruorum genere esse volunt. Fuerunt Reoburgi educati, & bonis literis bene instructi. Eberhardus se ad superiorem Germaniam contulit, ibique sua fortuna & vita probitate Catholica religioni plurimum contulit. In eo vero vita instituto ad decrepitam peruenit aetatem. Qui suo officio fidelissime perfuncto, pertæsus molestarum, quibus plenum est episcopale munus, designato Praesule, vitam monasticam, quam deseruerat, rursum complexus est. Breui post in suo monasterio D. Maximini iactentis dierum ac pietatis, mortuus est, ac ibi sepultus anno Dom. 774. Habuit S. Hildulphus discipulum Spinulum, vitam miræ sanctitatis.

S. Eberhardus Episcopus Ratisbonensis. Hic ortus fuit ex Scotia, & ut in lege Domini erudiretur perfecte, Treuirim ad S. Hildulphum Episcopo, peruenit, à quo propter singulares vires & probitatem ordinatus est Sacerdos, & voluntate summi Pont. Rom. episcopus. Contulit se ad superiorem Thuringiam, & verbum Dei cum magna fiducia & fructu prædicauit, & multos ad fidem Christi conuertit. Puellam cuiusdam principis filiam, quæ fuerat cæca nata, baptizauit, & illuminauit, & Ottiliam (quæ ob egregiam sanctitatem etiam celebratur) nominauit. Tandem iuxta suam voluntatem ac desiderium, ab hoc vitæ præsentis misero incolatu per Dominum ad Elysios campos translatus est, qui à mortu signis multis coruscavit.

S. Florinus hoc quoque tempore vixit. De hoc Florino S. Presbytero multa bona referuntur, quod carnali appetitui dominari potuit, & quod neglectis terrenis, seu per celestia appetierit, quorum iam felicitate perfruitur. Conuentus requiescit.

LX.

Weomadus Abbas S. Maximini, superioris decreto or-

dinarie designatus est Archiepiscopus anno Domini 775. Hic Collegiis Paulini, Maximini, Martini & Eucharitii maximis priuilegia impetrauit, quæ Carolus Magnus rata habuit, & confirmauit. Tandem bonus Præsul à facie iniquitatis sublatuſ est 6. Idib. Nouemb, & in ſua baſilica anno Do. 774 tumulatus, anno ſui Præfulatus 23.

LXI.

Richboldus ex Abbate Monasterii Metlacenſis, in Archiepiſcopum Treuirenſem anno Chriſti 776. aſſumitur. Fuit vir religioſus, cum in ſe, tum in alios, moritur anno Domini 782.

LXII.

Watzo, aliis Waſo, eiſdem monaſterii Abbas, uirtutibus Deum, in Archipræſulem aſſumitur. Exceſſit autem è uiuis anno 805.

*Arcta prius tacitus, tenebroſaq; clauſtra regebat:
Inde urbes, arces, amplaq; caſtra regit.*

LXIII.

Amalharius Fortunatus, monachus Luxouienſis, poſtea Romanæ eccleſiæ Cardinalis, Græce Latineque doctiſſimus, pariterque eloquentiſſimus: ad Treuirenſis eccleſiæ gubernaculum legitime electus eſt. Miſſus eſt à Carolo Magno Conſtantinopolim, ad Imperatorem Græciæ Michaelē, & pacem atque amicitiam inter eos conciliandam. Scripſit hic Fortunatus opera quædam de diuinis officiis, quæ à doctis teruntur. Præfuit ſumma cum laude annis 16. mortuus eſt autem anno gratiæ 822. & ad S. Paulinum uerſus ſanctus ſepultus.

LXIV.

Hetto cænobii S. Willibrodi Epternacenſis Abbas, legitime conſtitutus eſt Archiepiſcopus. Corpus ſancti Confectoris ex Cardena Confluentiam tranſtulit, & in eius, omniumque Chriſti Omologetharum honorem inſignem baſilicam erexit. Præfuit annis 31. ſatis pie, & à morte apud S. Matthiam anno Chriſti 838. ſepultus.

LXV.

LXV.

Thietgaudus eiusdem Willibrodi monasterii Abbas, ad
 ecclesiam Treuirensis gubernaculum, inde electus est. Fuit
 homo simplex, in bonis literis non adeo versatus. Quod
 menserat ducis Lotharingæ, Lotharii Imperatoris fra-
 tropropræ vxoris repudio, & pellicem, quæ erat Gun-
 thari Colonien. Archiepiscopi soror, duxisset, ambo voca-
 ti à Adriano Pontif. Romam, excommunicati sunt, alii à
 Nicolao volunt, verum hic liberalitate Adriani Pont. re-
 tractus, mansit in monasterio S. Andrea, qui à S. Grego-
 ro per vitium redargutus, apud Sabinos vita priuatus est.
 vixit annos circiter 18.

LXVI.

Wettoldus Abbas Mediolacensis & nepos S. Aduentii
 Metensis episcopi, legitime tum creatus anno Dom. 867.
 creatus, tum à Carolo duce Lotharingæ designatus. Nord-
 mani homines saeuissimi per Germaniam tunc temporis
 irrabantur, & damna infinita vndique dabant. Treui-
 ra quoque occupabant. Hic bonus pater sanctorum re-
 liquas, ne hostibus præde essent, defodit, & cum pio affe-
 ctu tuenda patria, & pugnandi pro aris & focis, resisteret,
 feliciter cecidit, Metensis episcopus occubuit. hic fuga e-
 scipus est. Interfuit synodo Colonien. & suarum ecclesia-
 rum priuilegia summa contentione defendit. Cum præ-
 dilectæ ecclesiæ vtilissime ann. 17. mortuus est, anno gratiæ
 angelicæ 884.

LXVII.

Radbodus ex Abbate Epternacensi à Clero & toto po-
 pulo in Archiepiscopum eligitur, vir doctrina & pruden-
 tissimus, qui multum opera in ecclesiæ bonis ampli-
 tudinis posuit. Fuit Formoso Pontifici Max. valde familiaris.
 vixit autem 21. annis.

LXVIII.

Ruigerus vir doctus & prudens, cum ad Archiepisco-
 patum esset assumptus, librum Decretorum scripsit, & cum
 suis Suffraganeis Episcopis obtulisset, atque ab iis ap-
 probatus, voluit eum etiã obseruari. Cum Henricus Imp.

contra Nordmannos bellum gereret, ei auxilio fuit. Cum autem annis 12. praefuisset, vita fungitur, anno Chr. 912.

LXIX.

Rupertus ex Saxonum ducum stemmate ad Archiepiscopatum admotus est. Nobilitatem tuam vitæ probant illustravit, qui toto vitæ suæ tempore ad Christianam religionem promptissimus fuit. Ecclesiâ D. Maximini devotam, reparavit & dedicavit. Tandem bonus Praefuit peste, quæ tunc ubique grassabatur, cum 18. annis optime praefuisset, interemptus est, anno Chr. 965.

LXX.

Heinricus inde anno Dom. 965. Ecclesiæ gubernationem sortitus est. Hic cum praeflet, habuit S. Wolfgangum virum pietate conspicuum Sacellanum, cuius in reformatione sua Ecclesiæ consilio & opera utebatur, & hic postea abbas bonensis Ecclesiæ factus est Episcopus. Trevisi iura summum templum, monasterium in honorem D. Petri construxit, & ibi monachos, quos regulam strictam observare voluit, ordinavit. Ottonem primum Imp. cum armato milite in Italiam secutus est. Contra Ioannem XIII. Pontif. Romæ celebrata est Synodus, cui hic non possumus interfuit. Cum vero domum cum Imp. reverteretur incidit in morbum, & peste in itinere interit. Hic foris Trevisense ordinavit, & crucem ibi ad modum sanctam et certas causas constituit.

S. Wolfgangus ex nobili Suetorum genere natus, Trevisis in Clericum ordinatus, inde à S. Virico Augustinensi Episcopo, in Sacerdotem consecratus est. Cum in Pannoniam ire disposuisset, atque Evangelium Christi, in fidelibus propagationaturus, à Passaviensi Episcopo, viro pio interceptus atque impeditus est. Hic cum vitam illius virtutibus tantam atque mores didicisset, clam effecit, ut in Ratisbonensem ordinaretur Episcopum. Quod officium cum acriter cogere, sedulo & sanctissime est executus. Excellentissimum quidem cum bona vitam doctrina atque miraculis, vitam

autem temporibus Ottonis II. Imp. Postremo cum optime annis plurimis Ecclesiæ præfuisset, correptus febri, pie in Domino mortuus est. Sepultus est Ratisbonæ, singularis apud Deum ecclesiæ Catholicæ patronus. S. Theodulphus Presbyter & monachus, vir valde pius apud Treuentenses, Caroli Magni nepos.

LXXI.

Theodoricus Præpositus Moguntinus, vir nobilis ac magnæ auctoritatis, succedere iussus est. Sub hoc Præsule Canonici Treuirenses maioris templi, qui Henrici antecessoris tempore, ad arctiorem regulæ observationem astricti fuerant, remissiores facti, se rebus & negotiis secularibus immiscere cœperunt. Quorum exemplum multi in aliis locis imitati sunt. Olim enim in claustris simul omnes habitabant, in vno dormitorio dormiebant, & in vno refectorio reficiebantur, quo facilius possent ad horas Canonicas celebrandas occurrere, ac de vita ac conuersatione sua admoneri & doceri. Fratres gaudebant appellari, non Domini. Hæc docet Turonense Concil. cap. 22. Aquilgranense cap. 143. Obiit hic Episcopus anno Do. 970. Sepultus in cœmiterio diui Eucharri. Hic antecessoris sui ex Italia corpus afferri fecit, & in maiori templo sepeliri. Hic Lutrudis virginis sanctimonialis, quæ Corbeix requiescit, vitam descripsit circa annum 950.

LXXII.

S. Eckbertus ex Comitum Hollandiæ præclaro stemmate ortus, virtute quoque ac eruditione insignis, pacis ac tranquillitatis publicæ vt amantissimus, ita obseruantissimus, omnibus suis ex animo charus. Multa oppida quæ Barbari deuastarant, reparauit. Erat eo tempore ingens terra siccitas, quæ solum omne reddidit sterile, quare hic ieiunium, quod Bannitum dicitur, instituit. Habuit fratrem Arnulphum Comitem Hollandiæ, qui ab impiis innoçeter occisus est. Habuit & sororem sanctâ Herlindim.

Episcopus vir pius anno virginis partus 989. mortuus est, & in sacello D. Andrea, sancti Matthiae vicino, quod ipse fundauit, sepultus. Hic ecclesiae Egmundanae insignis crucem contulit, cuius virtutes eius loci fratres commemorare solent.

LXXIII.

Ludolphus Saxonici Sanguinis, Episcopale officium & regimen accepit, anno Dom. 989. Immunitatem fratibus S. Petri (quos nunc canonicos vocamus) constituit, & habitacula eorum muris cinxit, & voluit, vt à Laicis, tum habitaculis, tum conuersatione differrent. Praefuit annis 10. Primus Elector Treuirensis.

LXXIV.

Abelbero de Lutsemburgo Praepositus S. Paulini, genere quidem & diuitiis clarus, Archiepiscopatum cum non potuisset obtinere, vi inuasit, anno Domini 1004. cum ab ipso Imp. Heinrico alius esset electus & designatus.

LXXV.

Megingandus Praepositus Moguntinensis, vir bonus & iustus ab Heinrico II. Imperatore constitutus est Archiep. Treuirensis. Erat in ecclesia atrox & perniciose concertatio, rex illegitimo Abelberoni aduersabatur, & hic illi, quem rex constituerat, insidiabatur & profligare conabatur. Abelbero rem armis agebat, alter vero Confluentiam suam tranquillus functionem pie exercebat, qui expletis 12. muneris sui annis, mortem oppetit, ibique sepelitur. Abelbero vero cum videret se oleum & operam perdere, cessit, & in collegio D. Paulini vitam colophonem imposuit, anno Domini 1014.

LXXVI.

S. Poppo electus ab ipso Imp. Heinrico, tum ab omni clero & populo postulatus, anno Do. 1015. Fuerat natus ex praclaris Austriae ducibus, filius ducis Ludolphi, qui literis & iuuentute optime instructus erat, & vite probitate, generis nobilitate egregie illustrauit. Quod Dania regnum habet.

Christi sit complexum, hunc autorem fuisse dicunt. Ob deuotionem, qua loca sancta videre tenebatur, ad terram sanctam profectus est. Ex Syria probatissimum monachum Simeonem, qui viarum & itinerum erat gnarus, assumpsit, quem Treuirim reduxit. Archiepiscopus in honorem D. Michaelis, egregium & permagnificum templum construxit, & cum in illud S. Simeon esset sepultus, paulatim ab ipso denominationem accepit. Demum cum summa laude annis 41. & mensibus 5. præfuisset, mortuus est anno salutis 1037. & in suam basilicam, id est Simeonis, sepultus, Christi Confessor sanctus.

S. Simeon monachus, fuetat natus ex Græcia, parentibus Christianis & valde pie educatus est. Cum adoleuisset relictis omnibus, profectus est Hierosolymam. Contulit inde se ad quandam eremitam, apud quem optime vixit. Peragrauit multa cœnobia, & iis perlustratis, tamquam apud omnes aliquid pietatis in suum usum conuertere iustus est. Contigit autem D. Popponem Archiepiscopum Treuirem, terram sanctam adire, ibi hunc forte cundo & redeundo conuiatorem habuit. Reuersus S. Poppo Treuirem, hunc secum adduxit. Elegit ibi Simeon quandam turrim, & in hanc tamquam sepulchrum se includi, ab Archiepiscopo petiit. Vixit hic in magna abstinentia, & multas dæmonum tentationes expertus est, quas Dei adiutorio denicit, & quo magis pie vixit, eo actiores insurgabant pugnae, quibus tamen superior euasit. Cum autem obitus sui diem præcognouisset, & mortem iam vicinam didicisset, Archiepiscopum certiotem de ea fecit. Interpositis centum & quinque diebus, commendata creatori anima, spiritum feliciter exhalauit. Mortuus est sanctus Simeon An. domini 1035. Calen. Iunii, qui tantis mox cotulcauit miraculis, ut à Benedicto 9. Poppone Archiepiscopo petente, statim post mortem sit relatus in numerum sanctorum Confessorum.

S. Wendelinus è Scotia, ex præclarissimo genere, relicto omnibus terrenis, in maxima vixit abstinentia & hu-

militare in Treuerica prouincia, cuius iam reliquis illustratur.

LXXVII.

Eberhardus ex Comite Hezzelino, id est, Palatino Rheni natus, vir magnificus, ad regimen Ecclesiæ deputatus est. Cum autem ad illud munus esset admotus, prudentissime & religiosissime gubernare studuit. Huius Archiepiscopi instantia Leo 9. Pontif. Maximus Germanus Treuirum cum multis Cardinalibus venit ex Italia, & Ecclesiam multis priuilegiis condecorauit. Tandem bonus Præsul pridie Paschatis in sacrario subito mortuus est, anno Pontificatus sui 20. Christi 1067. cum à Czerei consecratione rediisset.

LXXVIII.

S. Chono aliis Cunradus Sueuus, primicius Colon. à sancto Annone Archiepiscopo Colon. qui cum Imperio Romani Vicarius erat, ordinatus est Archiepiscopus Treuirensis. Verum illi, præsertim Seculares, huius præsentia & præsentia non erant contenti. Incarceratus est bonus pastor aliquandiu à suis subditis, tandem anno Christi 1066. in *Vrelich*, ab impiis de altissimo monte tertio precipitatus cum mansisset illæsus, gladiis eorum interfectus, miraculis claruit. Cubat hic translatus per Theodoricum Viridunensem Episcopum in Ecclesia sancti Mauriti Theologienfi: quod quidem cœnobium instituti Benedictini, antiquitus Schola & ecclesia Theologorum dictum, prope S. Wendelinum (quod oppidum Lotharingæ est, à S. Wendelino Scotorum regis cuiusdam filio, ac Theologienfi monacho conditum ac cognominatum) sub veteri Schaumburgo, Lotharingæ ducum præclaro castro situm olim insignis ac celebris Academia, in qua vigeant & sacra & prophanæ literæ, nunc Benedictinorum monachorum amplissimum monasterium Treuiricæ dioceseos, fundatum ac munificentissime donatum legitur, anno do-

anni 627. à Dagoberto Galliarum & Austrasiæ rege potentissimo, consilio & auxilio B. Modoualdi Treuirorum Archiepiscopi. Absolutum vero à filio huius Dagoberti D. Sigiberto Austrasiæ rege, tandem etiam à Pyrminio Episcopo & monacho præclare decoratum.

LXXVIII.

Vdo Sueuus, ex præclaro stemmate Comitum Nellenbergensium Eberhardo. Hic Imperatoris & Cleri suffragis ad Archiepiscopatum promotus est. Qui sane talis fuit, cuius humeris tanti moles regiminis tuto imponi potuit. Fuit vir valde venerabilis, facie venustus, facundus, statura procerus. Cum annis 11. strenue ac deuote prouinciam suam rexisset, momentaneæ vitæ valedixit, anno Christi 1077. in Ecclesia D. Petri tumulatur.

LXXIX.

Ado tempore Gregorii VII. id est, anno domini 1077. designatus est Archiepiscopus Treuiricus, licet in eorum Chronicis huius non fiat mentio, apud probatos tamen auctores celebratur, & inter Archipræsules connumeratur. Fuit vir sanctus, pariterque doctus, ait Aloysius, qui martyrologia de sanctis Christi multa doctè conscripsit. Hic etiam, vt iussus erat à Gregorio Pontifice, res controversas inter Imperatores Heinricum III. & Rudolphum circa annum Domini 1057. composuit. Quando autem & ubi obierit, nusquam reperi in annalibus.

LXXX.

Egilbertus Bauarus Præpositus Treuirensis anno domini 1079. præsentate Imperatore Heinrico III. ab omnibus legitime creatus est etiam absens, cum ageret Romæ in Imperatoris negotiis. Cum inde in Germaniam eadem dignitate & confirmatus, rediisset, ab omnibus humanissime exceptus est, & suis effecit virtutibus, vt ab

omnibus merito amaretur. Fuit in erogandis elemosynis in pauperes liberalissimus, & humanitate ac mansuetudine conspicuus. Cumque annis 22. ac mensibus 8. sedisset, ad aeternam patriam anno Domini 1101. concessit, sepultus Treuiris in maiori Ecclesia. Hoc praesidente Archiepiscopo monasterium D. Benedicti in Lacu prope Andernacum fundatum ac dotatum est per Henricum comitem Palatinum Rheni anno domini 1093. Hic quoque illustrissimus comes Virginum Nobilium collegium D. Thomae Episcopi & martyris iuxta Andernacum fundavit, quod aliquando deuastatum, per Archiep. Treuirenses, reparatum est, & modo laudabili floret, & numero & disciplina Virginum.

LXXXI.

Bruno Franco, & illustri profapia de Britheim, patre Arnolde genitus, consecratus Moguntia. Valuit tum consilio, tum auctoritate apud Caesarem, qui eum patris loco habuit. Ob pallium tuum ipsemet Romam profectus, & per benigne à Paschale II. exceptus est. verum accusatus, quod ea quae sui non essent officii, peregrisset, increpatus est. At postea in gratiam receptus, Episcopalia obtinuit, & Galliae Primas à summo Pontifice deputatus est: fuit insignis & argutus disputator: Iudaeum quendam Phyticum disputando conuicit, & ad baptismum induxit. Ecclesias aut construxit, aut collapsas reparauit. Monasterium suae collegium S. Florini Confluentiae aedificauit, & Xenodochium ibidem construxit, & S. Paulini templum collapsum, restaurauit. Cum praefuisset vtilissime annis 23. ex hac lachrymarum valle discessit, & in maiori templo, totius ciuitatis mœnore, sepulturam anno Christi 1127. accepit.

LXXXII.

Godefridus Treuirensis Ecclesiae maioris Decanus, oriundus ex Leodiensi diocesi, vir Ecclesiasticae disciplinae obseruantissimus. Cum annis tribus praefuisset, cum summa gra-

ma gratiarum actione ultro cessit. Resignationis suæ duas causas adduxit, Clericorum dissolutam vitam, & senectutis suæ incommodum. Postea tamen non diu superuixit, à morte in maiori templo ante aram S. Cosmæ & Damiani anno salutis 1114. sepultus est. Cænobium S. Spiritus intra muros Lutzelburgenses in sublimi & extremo pene Montanæ ciuitatis angulo situm, ordinis olim pœnitentium Sororum, fundatum ac constructum est, à Ducissa quadam Lutzelburgensi, in quo postea Ordo S. Claræ cœpit, anno domini 1257.

LXXXIII.

Meginherus patria & natione Leodiensis, qui ab ineunte ætate in Ecclesia Treuirica oprime fuerat instructus, qui suis virtutibus omnibus conspicuus fuit. Cumque vir mitis ac ingenuus quorundam Clericorum zelo iustitiæ lasciuiam corrigere vellet, eorum morsus & odia expertus est. Quare vir bonus, vt Pontificis opem imploraret, Romam profectus est, & in itinere à quodam, quem excommunicauerat, misere proditus, captus, luminibus priuatus, ex ingenti cruciatu vitam morte mutauit. Factum est anno Christi 1130. & ab Episcopo eius loci Parmæ sepultus.

LXXXIV.

Adelberus vir prudens, exacti iudicii anno domini 1132. suffectus est. Fuit hic ex diœcesi Tullensi, ex nobilibus parentibus ortus. Alius quidam Bruno Canonicus Treuiricentis erat antea electus, verum ille cum gratiarum actione huic lampadem tradidit. Fuit hic D. Bernardo admodum familiaris, qui tum Treuiris morabatur. Eduxit quoque ex Italia Eugenium, Rom. Pontif. cum 18. Cardinalibus Treuirim, quem cum suis, mensibus aliquot sustentauit. Corpus sui antecessoris ex Italia afferri curauit, & in maiori Ecclesia iuxta Brunonem collocauit. Urbem magnificis structuris exornauit. in monasteria autem satis fuit molestus & iniquus, quare hoc nomine male audire cœpit.

Tandem præsulatus sui anno 19. Christi 1152. Confluentem diem clausit extremum. His temporibus fuit illa S. Elizabeth à Schonaugia, virgo sancta, corpore & spiritu. Hæc ob miram animi sui puritatem, sapius ab Angelis est visitata ac consolata. Egit Abbatissam sororum cœnobii Schonaugiensis, ordinis S. Benedicti, in finibus diocesis Treuirensis. Fuit anno 1156.

LXXXV.

Hellinus aliis Hillius, summæ ædis apud Treiros Decanus, vir prudens atque literatus, communi Cleri popularique consensu in Archiepiscopum, anno incarnationis dominicæ 1152. electus est. Prouinciam plurimis ædificiis, quibus multum operæ & sumptuum impendit, exornauit. Arcem Erenbrestein vnicum propugnaculum totius regionis celsissimum construxit, & cisternam in rupe excudit. Ab Imperatore Friderico suæ Ecclesiæ nonnulla obtinuit priuilegia. In maiori æde cryptam construere cepit, verum hanc morte præuentus, perficere non potuit. Obiit Pontificatus sui anno 18. Christi vero 1170. & Treiris in maiori Ecclesia terræ mandatus.

LXXXVI.

Arnoldus Coloniae apud D. Andream Præpositus, Imperatoris Friderici interpellatione à Cleto, populoque, creatus est. Licet pacis esset studiosissimus, cum vero à quibusdam Comitibus bello impeteretur, eos denicit, & fecit tributarios. Erat valde locuples, quare sumptos ingentes sine Ecclesiæ damno facere potuit. Cum annis 18. laudabiliter sedisset, mortuus est anno gratiæ 1188. & Treiris ante aram S. Trinitatis sepultus. Monasterium B. Mariæ extra muros Bopardenses, Benedictinæ professionis Montanum, temporibus Henrici 4. Imperatoris, ac huius Præsulis, ex bonorum hominum elemosynis fundatum, hæc Arnoldus Archiepiscopus Treiutorum promouit, & illi bene prospexit.

LXXXVII.

Ioannes Imperatoris Cancellarius, Casaris ac summi
 Pontificis benevolentia Archiepiscopatum consecutus est.
 Interfuerunt duo simul creati, Volmarus Archidiaconus, &
 Radolphus, summæ ædis Præpositus, & cum de Archie-
 piscopatu per septennium disceptarent, posthabitis illis,
 hic Ioannes à Pontifice substituitur, & per Sigefridum
 Cardinalem statim confirmatus est. Ea sane tempestate
 præstantiorem pastorem Treuirici habere non potuerunt.
 Ipse præfuit & profuit, vt tum prouinciæ, tum ipsi ciuitati
 non parum contulerit. Hanc muris cinxit, & turribus per
 circuitum ornauit. Ecclesiasticarum rerum curam semper
 maximam habuit. Chorum summæ ædis Treuiris amplia-
 uit, & tunicam domini Iesu ex altari D. Nicolai sumpsit, &
 in supremum recondidit, quia nondum tutum erat reue-
 rare. Fecit hic vt Episcopus Treuiricus, perpetuus esset pa-
 stor Andernacensis. Licet princeps esset potentissimus,
 ipse tamen semper omnem mansuetudinem, ac animi hu-
 militatem præ se tulit. Cum vero diœcesin suam cum lau-
 de annis 23. gubernasset, anno virginæ partus 1213. viam
 vniuersæ carnis ingressus est, & in monasterio Hymelrot
 Ordinis Cisterciensis celeberrimo, sepeliri voluit. Mona-
 sterium hoc initium habuit anno domini 1133.

LXXXVIII.

Theodoricus 2. Comes de Weda, Præpositus S. Pauli-
 ni, & Archidiaconus Treuir. à Senatu Canonorum anno
 1113. legitime creatus est. Fuit pacis ac tranquillitatis au-
 thor. Hic castellum in monte Thabor excelsum admo-
 dum pulchre extruxit. Kellenbergium quoque ædificauit,
 & egregie munivit. Cum ijs temporibus Colonenses ob
 suorum Episcoporum diuersitatem, excommunicari es-
 sent, eos reconciliauit & absoluit anno 1215. Tandem bo-
 nus & vigilans pastor Confluentiæ anno sui regiminis 30.
 rebus humanis valedixit, anno domini 1242. Terræ com-
 muni parenti datus est Treuiris.

Arnoldus 2. Præpositus Treuiricus, Comes Iſenbar-
gius, antecessoris ex ſore nepos, ab vna Capituli parte
ſuccedaneus eligitur, à paucis autem Rodolphus natus
Pontanus, Præpoſitus ſancti Paulini. Hic Arnoldo, fretus
ducis Lotharingie & Lutzelburgenſis favore, reſiſtit. Tan-
dem pacificati ſunt, & Rudolpho (qui tamen breui mor-
tuus eſt) Lorbergium aſſignatur. Inde liberatus metu Ar-
noldus, confirmationem vna cum pallio ab Innocentio
III. Pontifice anno domini 1243. impetrauit. Muniuit hic
ipſam ciuitatem Treuiricam propugnaculis. Meinfeldiæ
monaſterium fortius ac amplius reddidit, & Conſluentiam,
quæ tanquam villa campeſtris patuit, muris cinxit, ac
ædificiis adornauit. Caſtrum Thuronenſe obſedit, & in
ſuam redegit poteſtatem, Baſilicam D. Maximini à ſe repa-
ratam per Conradum Archiepiſcopum Colonienſ. obſe-
nium, conſecrari fecit. Diem clauſit extremum, regiminis
ſui 21. anno à Chriſto nato 1259. Treuiris ante aram S. Tri-
nitatis in ſummo templo ſepultus eſt. Hic Palatiolum ca-
ſtrum exornauit.

XC.

Heinricus Secundus, de Winſtigen, Decanus Metenſis,
à ſummo Pontifice Urbano Quarto, duobus in diſcordia
creatis, proponitur. Erat ipſe tunc Rome, & non ambiendi
oblatuſ eſt ei Archiepiſcopatuſ. Cum autem cum Epiſco-
palibus inſigniis Treuirim veniſſet, ab omnibus officioſi-
ſſime exceptuſ eſt. Plurimis ædificiis conſtruendis inno-
tuit, & Conſluentinos recalcitrantes ſubiugum redegit, &
arcem ibi prope pontem conſtruxit. In ſenio podagra,
quam ſoluere neſcit medicina, valde afflictabatur, & di-
uum Iodocum viſitare conſtituit. In reditu prope Bene-
uentum infirmari cœpit, & Bononiæ ſpirituſ reddidit. Pre-
ſuit annis 26. & anno Chriſti 1286. in terris eſſe deſiit. Hic
Maienſe oppidum diœceſi addidit. Habuit in comitatu ſui
itineris D. Wernerum Archidiaconum, qui corpus eius
afferri

afferti fecit, & in maiori templo Treuiris ante aram D. Erasmi, quam ipse constituit, reposuit. Hic quoq; D. Henricus Oratorium D. Germani Treuiris fundauit, de quo superius tractatum est. Anno domini 1287. in Vvesalia superiori Vernerus puer annorum 14. à Iudæis in die Parasceues suspensus, flagellatus, in membris omnibus incisus, crudelique morte peremptus, qui multis claruit miraculis.

X C I.

Bœmundus de Vvansberch, electus est cum alio quodam Gerardo de Eppenstein. Verum dum Capitularium examinantur suffragia, hic Cardinalium autoritate assumptus est, & statim per Nicolaum IV. anno 1288. consecratus. Ecclesiam suam hic magnificentia exornare studuit, quare Numagium cum suis attinentijs extruxit. Castra, quæ latronum erant latibula & prædonum, destruxit. Cum autem annis 11. præfuisset, ex hac lachrymarum valle euocatus est, & in monasterio Heymelrot anno domini 1299. tumulatus, quod Noui claustrum dicitur.

X C II.

Dietherus Adolphi Anaxouiani Romanorum regis frater, de ordine Prædicatorum. Erat Imperatorum duorum magna concertatio, vt aduersus Adolphum Albertus Austriae vnoculus esset. & hæc diuersa electio multa & infinita peperit mala. Bonifacius igitur VIII. Pontifex Romanus in Archiepiscopum Treuitorum subrogauit & consecrauit, quum Capitulum eum minime postulasset. Præfuit igitur annis 7. & res diæceseos sub eo valde debilitatæ sunt. Contra Confluentinos bellum gessit, & cum in bellis sustentationem omnia fere infumeret, prouinciam non mediocriter extenuauit. Clerum suum, recte cõsulentem, & monentē ipse non curauit, & ob hanc causam omnium animos exasperauit & prouocauit. Cum autem illi uiderent se ab illo prorsus negligi, & omnia uerterentur in interitum, ad Ro. Pont. coacti sunt appellare. Quamobrem

Archiep. à Clemente V. citatus est Romam, & dum perfectionem adornaret, cœpit infirmari, & non diu post, mortuus est anno dom. 1397. Quod totum Capitulum contra eum prouocauerat, nullum ei sepulturæ honorem nec obsequium præstiterunt: verum fratres Prædicatores, de quorum erat grege, sumpto corpore prope suum summum altare, eum tumularunt.

*Tu quoq; fac timeas, & qua tibi lata videntur,
Dum sequeris, fieri tristia posse puta.*

XCIII.

Balduinus Comes Lutzenburg, Henrici VII. Imperatoris frater, vniuersi totius summi Canonorum Senatus consensu anno dom. 1307. assumitur. Etatis immaturitatem, morum grauitate & consiliorum prudentia superauit. Erat statura mediocris, viuacis ingenij, memoria tenaciss. Præstiterat se vicum longe expertissimum, & ingentem suæ sapientiaæ spem dedit, quod Mogunt. & Wormacien. atq; etiam Spirensi Episcopatib. breui tempore tam dextre prospexerat. Quum autem ad hunc esset legitime promotus, summa tum fide tum laude præfuit. A Clem. V. Ro. Pont. consecratus & Pallio donatus est. Prouincia re alieno graui erat onerata, qui omnia debita soluit, & regionem liberam reddidit. Castella, pagos, territoria oppignorata, redemit. Pacem diu per diuisionem suam violatam restituit, & eam summo studio seruari voluit. Cum autem quorundam improbitate ad arma prouocaretur, in ualores illos ac prædones compescuit. Erat quoque iustitiæ obseruantiss. nam in fratrem Germanum propria vxoris facti homicidio, alterius ducendæ spe, ipse animaduertit. Pontem illum lapideum super Mosellam prope Confluentiam construxit. Willich in oppidum redegit, & castro muniuit. Erat quoque religioni deditissimus, & caeremoniarum Ecclesiasticarum studiosus. Duo quoque Carthusianorum Patrum cenobis, vnum iuxta Treuiri, alterum in monte S. Beati prope Confluentiam, construxit, quibus & de victualib. satis abunde pro-

totopexit. Huiusmodi studiis Ecclesiam suam, de qua optime meritus est, super omnes suos antecessores magnifice curavit, & nomen suum cum laude ad posteros transmisit. Tandem optimus ac laudatissimus Princeps ex hoc lugubri seculo, publico omnium luctu anno Christi 1354. Prælatatus 46. ætatis 68. migravit. Funus magnifice Treuiris in maiori Ecclesia apud chorum D. Nicolai tumulatum est.

X C I V.

Boemundus II. Sarapontinus Archidiaconus Treuiris, à toto Canonorum Senatu electus, moribus ac ætate grandævus, successit anno 1354. Fuit & hic laudatissimus princeps, qui pacem, iustitiam, mansuetudinem vnice coluit. Sed cum ab impiis quibusdam Centauris impetere-
ret, ob senij incommodum alium subornavit. Quare dominum Cononem à Falckenstein, virum eximie virtutis, & magna in bellis fortunæ, qui tum Moguntinensem & Coloniensem Archiepiscopatus suo præclaro studio defendebat, in Coadiutorem constituit. Hic rebellium vires & audaciam contriuit. Boemundus autem cum podagræ malo & senio grauaretur, beatum se æstimavit, si hunc Cononem in sua sede habere posset succedaneum. Quare apud Pontificem Romanum Innocentium VI. institit, & post gubernationem cum gratiarum actione hunc vidit successorem. Contulit inde se in Sarburgium castrum, & eius adventibus, quoad vixit, alitus est, inde annos quinq; supervixit in tranquillitate, & Pontificatus 14. Christi vero 1368. valedixit vitæ miseræ, & in maiori Ecclesia Treuiris sepultus est. Circa hæc tempora D. Clara Monasterium Epternaci inchoatum ac fundatum est, anno domini 1342. à Johanne Bohemiæ rege, & Comite Lurzelburgensi Henrico VII. Imperatoris filio. Dotatum est à Carolo IV. antecessoris sui Ioannis filio, anno dom. 1348. Tandem & à Venceslao Imp. anno 1368. Postremo auctum & locupletatum à Petro Sarrachino Scabino Epternacensi, eiusq; vxore dominæ naluliana, qui omnes possessiones suas legavit monasterio

anno domini 1452. Præest hoc anno 1580. domina Ioanna
Bensenradt.

XCV.

Cono de Falckenstein, dominus in Mintzenberg, Co-
adiutor Boemundi, vir prudentissimus, qui à natura ad re-
gimen natus videbatur. Erat vir strenuus, labori assuetus,
ingenio & consilio acutissimus. Hic Ecclesiæ Colonien-
cum ab Engelberto coadiutor peteretur, suo studio pluri-
mum contulit. Erat & illa multo ære alieno impignorata,
quæ incommoda ille omnia submouit, & ad pristinum sta-
tum redegit. Cum duabus amplissimis provinciis præfide-
ret, vtrisque optime prospexit. Treuiris metropolis volebat
se ab eius iugo subducere, hanc ille & iure & vi subiugavit.
Coloniensem resignavit suo nepoti Friderico, Comiti Sar-
uerdensi. Gubernationis Treuiricæ 20. anno, solem occa-
sum nescientē, adiit Confluentiam, id est, anno Christi 1388.
& ad S. Castorem magnifice sepultus est. Hic Bopardiam &
Vvesaliam superiorem cum medietate Sternenbergij Tre-
uiricæ ditioni adiecit. Engers oppidum & Teloneum ibi-
dem instituit, & Andernacum compefcuit. Bopardiam ve-
teres appellauerūt Bodobrigam, fuitq; istud oppidum, sic-
ut & Vvesalia superior, alienatum ab Imperio, ab Henri-
co VII. Casare, & impignoratum Archiepiscopo Treue-
rensi pro certa quadam pecuniæ summa. Legimus passim,
quam faciles fuerint Imperatores à 300. annis ad alienan-
dum ciuitates ab Imperio, difficiles autem ad redimendam
eas, sicq; factum est, vt nostro æuo multa loca Imperij oc-
cupentur ab Episcopis & Principibus, multaq; suo iuri re-
linquantur, potissimum in Italia.

XCVI.

Vvernherus à Koningstein, Conone mortuo, à Capi-
tularibus legitime in Archiepiscopum eligitur, anno 1388.
Fuit Princeps clarissimus, in consiliis valde prouidas, & cir-
cumspectus. Annis 30. fere præfuit, & inde naturæ anno
domini

domini 1418. cessit necessitati, Confluentiæ prope Cononem auunculum suum in templo S. Castoris sepultus.

XCVII.

Otto Comes à Zegeheim ad clauum Treuirësis Cathedralis imponitur, qui fuit vir bonæ vitæ, & summæ in Deum deuotionis. Viros literatos in summo semper habuit pretio, & hæreticos, perditissimum hominum genus, odio persecutus est. In amicos placidus, in hostes seuerus, in pauperes liberalis fuit. Erant eius temporibus Clericorum mores, non quales eorum exigit professio; quos cum hic corrigere, & reformare vellet, eorū morsus sensit. Verum ipse permanens in innocentia ac studio reformandi corruptos mores, cum parum promoueret, tandem solui à corpore & esse cum Christo, ex animo petiit. Valedixit igitur mortalium conuersationi deuotus Otto anno Christi 1420. cum duobus annis præfuisset. Sepelitur in maiori Ecclesia à dextro latere chori.

XCVIII.

Rabanus ab Helmstadt. Treuirensibus in sententiis dissidentibus Eugenius I V. Pont. illis inuitis hunc Ecclesiæ Spiren. Præfulem, virum potentem ac prudentissimum instituit ac confirmauit. Capitulum autem dum non conueniret, duos elegit, & hi ambo dum se mutuo insectantur, prouinciæ nõ mediocria damna dedere. Verum Rabanus, qui Ecclesiæ rationem habuit, ab armis abstinuit, qui annis 9. etsi in summa inquiete, præfuit. Anno autē Dom. 1439. vniusc; Ecclesiæ magistratu se abdicauit, & vt Iacobus de Sirek, qui reformationi Ottonis plurimum restiterat, eligeretur, institit. Ipse vero eiusdem anni 14. Nouemb. naturæ debitum absoluens, Spiræ in Basilica cathedrali honorifice sepelitur. Eum fuisse virum bonum & pium vno ore omnes affirmant: nonnulli cum ingentem extorsisse à regione pecuniam, aiunt.

Iacobus Baro à Sirck, vir multæ eruditionis, per resignationem antecessoris ad ecclesiæ Treuren. gubernaculum peruenit. Confirmatur ab Eugenio quarto summo Pont. Verum bonus Princeps dum diligenti & prouida dispensatione Archiepiscopatum annis fere 7. rexisset, animam egit anno dom. 1436. qui sepulturam consecutus est in Basilica B. Virginis, iuxta summum templum. Iacobus hic, suis presentibus, ipsemet in die Annunciat. B. Virginis anno domini 1434. ecclesiam nouam, quæ ob deuotionem fidelium ex eleemosynis ab Eberhardo quodam homine simplice constructa erat, dedicauit. Est modo exornatum Regularium canonicorum cœnobium, non procul à Treuri, & religiosorum hospitium. D. Priori huius monasterij ob multa mihi olim præstata beneficia, vt cum suis fratribus bene valeat, precor.

C.

Ioannes II. ex illustri familia Marchionum Badensium prognatus, anno dom. 1449. ad Archiepiscopatum constitutus est Gubernator ætatis suæ 22. Admotus propter ætatis lubricitatem primo negligentius administravit: inde factus vir, tum in ecclesiasticis, tum in politicis negotiis se virum longe excellentem demonstravit. In omni suæ gubernationis tempore quod admodum fuit diuturnum, pacem & tranquillitatem habuit. Ob venerandam caniciam & rerum multiplicem experientiam, in maxima fuit apud Imperij principes æstimatione. Vixit ad annum Christi 1509. & iam fere octogenarius in castro Erenbretstein è viuis excedens Pontificatus sui an. 53. ætatis 79. Sepelitur Treueris in maiori Ecclesia, in choro sancti Nicolai

C I.

Iacobus II. item ex Marchionibus Badensibus, superioris nepos, ac eius per annos aliquot coadiutor Ioanne iam defuncto ac ad superos translato, ipse omnium consensu Capitulariū legitimis suffragiis ordinatus est succedaneus.

Erat

Erat vir ingenio, eloquio, prudentia & scientia multijuga commendatissimus: bonas enim literas à doctissimo Philippo Beroaldo Philosofo abunde hauserat. Sunt eius natura, tum gratiæ dotes etiam Itali admirati. Erat principibus omnibus charus, ipsi etiam Maximiliano Cæsari acceptissimus fuit. Eius dictum ex Tiberio: Boni pastoris est tondere pecus & non deglubere. Cum autem absens esset, D. Thomæ, Abbati D. Maximini, viro prudentissimo, negotia dioceseos commendabat. Præfuit sedi annis plus minus octo laudabiliter, ac in florida ætate, annorum nesciam 40. Princeps nobilis, doctus, aptus ad regimen, necessarius plane diocesi, cum Coloniz ageret ibidem mortuus est anno Domini 1511. Corpus eius exanime delatum Confluentiâ & in templo sancti Florini, summo omnium ecclesiasticorum & secularium luctu, sepultum.

C II.

Richardus ex nobili familia Gryfenclatu à Wolfrats, maioris ecclesiæ Treuirens. Canonicus, concorditer omnibus congratulantibus ad gubernaculum electus est. Ad huius promotionem, tum Clerus, tum & vniuersus populus applaudebant, talem se nactum pastorem, imo & hac electio ipsi Maximiliano Cæsari vsq; adeo complacuit, ut præcedentis Iacobi dolorem, huius successione deliniret. Hic igitur Richardus talem se præstitit principem, qualem vix Germania multis retro seculis habuit. Erat vir prudens, doctus ac plane pius ac deuotus in Deum eiusq; matrem Deiparam. Eius temporibus Maximilianus Imp. Treuiris cum Germaniæ principibus maxima agitât comitia anno gratiæ 1512. fecit hic Imperator tunicam Domini Iesu inconfutilem inquiri, quam S. Agritius attulerat, quæ inuenta & cum maxima populi ex omnibus nationibus frequentia & deuotione, exhibita est. Archiepiscopus hic tranquillitatem per suam regionem coluit, verum dum insanus quidam Franciscus Seckingius, eum armis lacesseret,

egregie restitit & Treuitos obsidentem, propulſabat, & ciuitatem tuitus eſt. Hic Franciſcus qui multa temere attenuauerat contra Palatinum, Landgrauium, hunc Richardum, ciuitatem Metenſem, anno Domini 1523. tormenti ictu in ſua arce Lantſtal periit, ab ipſo Epifcopo & fœderatis aliquot principibus obſeſſus, temeritatis ſuæ pœnis pendens. Cœpit tum incendium illud & furor ruſticorum in ſuperiori Germania, qui primo in Clerum, mox in principes graſſabantur, qui prouinciis infinita mala dedere, ubi hic Richardus plurimum aduigilauit, vt peſtis illa nocentiſſima comprimeretur. In eo enim tumultu vltra centum millia ruſticorum anno Domini 1525. ceciderunt, à paucis Catholicis extincti. Interfuit Ferdinandi Aquilgrani anno Domini 1531. coronationi, & dum domum rediſſet, eodem anno e viuus exceſſit, non ſine veneni ſuſpitione. Prefuit ſumma cum laude ac vtilitate annis viginti. Sepultus eſt in maiori Eccleſia Treuiris ante aram ſanctæ crucis, nō mediocri totius populi luctu, merito pater patria. Huius magna fuit inter principes Electores, propter multiplicem rerum uſum & ſtudium libertatis, auctoritas.

EPITAPHIVM D. RICHARDI
Archiepiſcopi.

*Spice Richardi monumentum præfulis, hoſtes
Hic gelida cuius membra quiete cubant,
Quem merito fleuit ſublatum Treuir & alto
Vindicis ingemuit pectore fata ſui.
Ille ſed inſanos motus terrasq; relinquens
Induit æthereas quas tenet auctus opes.
Luſtra nouem totidemq; biennia duxit illi
Tredécimo clauſit Martius orbe diem.*

Anno domini 1531. venit Treuirim Reuerendiſſ. pater ac dominus Balthazar, Epifcopus Conſtantiſis, & Administrator Hildesheimenſis, Imperij Romani ſub duobus Imperatoribus Maximiliano ac Carolo V. Vicecellarius

cellarius ac Legatus, vir magnæ auctoritatis, parisiq; scientia. Cœpithic Princeps infirmari, & tandem Treuiris diem clausit extremum, sepultus est apud S. Simeonem, cum virtutum suarum eulogio insigni.

Hoc tempore sub Crislierno rege Daniæ & Noruégiæ, tyranno sæuissimo, venit Coloniam Reuerendis. D. Georgius à Schotborch, Lundensis Archiepiscopus, eam ob causam, quod regi, sui Archiepiscopatus partem tradere nollet. Factus est igitur propter iustitiæ defensionem episcopus exul à sua sede & patria. Receptus est hospitio Colonia à D. Iohanne Rinckio, patricio Coloniensi, viro integerrimo, cuius de hoc hospite suo extat dictum: Fuit hic hospes meus Reuerendis. exemplo mihi & meis. Rara enim in eo Episcopo prudentia cernebatur & morum gramicas. Tandem Canonicus D. Gereonis factus est, & mortuo suffraganeo D. Quitino, sub Hermanno Ordines sacros contulit. Anno autem domini 1551. 15. Decemb. obiit, apud D. Gereonem sepultus.

CIII.

Ioannes III. ex illustri & perantiqua familia Metzereihausen post obitum Richardi ab omnibus legitime 6. Cal. April. electus succedit. Erat vir valde prudens, & æconomus optimus. Præfuit annis 9. laudabiliter. In Conuentu Principum Haganoæ ob immensum calorem infirmari cepit, & delatus in arcem Daenstein, Vvasgoæ extinctus est 22. die Iulij, anno Christi 1540. ætatis 48. Sepelitur honorifice, planeq; religiose Treuiris in maiori Ecclesia.

Haganoæ habitus est Principum Conuentus, cui Ferdinandus Rex Cæsaris nomine præfuit.

CIV.

Ioannes Ludouicus ab Hagen, legitime & concorditer electus succedit. Erat hic vir perhumanus & mitis erga omnes omnium conditionum homines, omnibus charus. Præfuit in magna rerum Germanicarum perturbatione

aaaaa

per Lutheranos excitata. Valedixit isti mortallum vite anno Domini 1547. Pontificatus sui 7. ætatis 53. corpus Treuiris in maiori Ecclesia tumulatum est.

Bartholomæus Latomus Lutzenburgensis Theologus insignis sub isto floruit. Ipse enim Elector Treuirensis eum Parisijs euocauerat & eum in suum senatum cooptauit, qui se Lutheranis acriter opposuit. Vixit Confluentiæ anno Domini 1546. Erasmus eum inter doctissimos recenseret.

C V.

Ioannes quartus ex Comitibus ab Isenburg, Canonicus Colonienſis post hunc Ioannem anno Domini 1547. Treuirensis Archiepiscopus vniformiter creatus est. Abbas diui Maximini Ioannes Zellenſis ſenio confectus, hunc ſuæ Abbatiæ, vt haberet aliquem protectorem potentem, adiutorem aſſumpſit, qui eo mortuo, Abbatiam ad mortem vsque retinuit, qui tamen non erat admodum diuturnus quiete, & valetudine integra potitus. Fuit hic cum ſuis collegis Archiepiscopis in concilio Tridentino anno Domini 1552. Deturbatus est inde ob improbitatem tumultuantis Alberti Marchionis Brandenburgici. Is ſiquidem religionis prætextu, immo impietatis, Episcoporum fines moleſtabat: vnde Treuirenses quoque moleſtabat. Combustis igitur apud Treuiros arcibus aliquot, monaſteris ac templis, iisq; ſpoliatis, diſceſſit. Archiepiscopi autem electores, vt ſuos defenderent, diſcedere coacti ſunt. Hic tandem Albertus inſignis tyrannus Pfortzheimi peſſime obiit, anno domini 1557. ætatis 32. alter Antiochus; dicunt nonnulli eum magna pœnitudine de ſceleribus ductum. Ioannes autem Archiepiscopus cum annis 4. in tenui valetudine præſuiſſet, in caſtro Montabatenſi obiit, & Confluentiæ ad S. Florinum in terram, omnium parentem, conditus est.

D. Ambroſius Pelargus Dominicanus, Theologiæ doctor eximius, multis annis apud Treuiros egit Concionatorem

toorem strenuum, & sapiens cum Lutheranis manum con-
teruit in colloquiis. Obiit Treuiris anno domini 1557. le-
pultus apud suos.

Venerabilis pater D. Christophorus Ryneck Prior Car-
thusia Treuirensis & Visitator prouinciæ Rheni, obiit 20.
Decemb. anno domini 1557. Hæc de religiosis & doctis
patribus Carthusianis, quorum in hoc opere feci mentio-
nem, potissimum habeo à venerabili D. Ioanne Reck-
schenckelio, qui quondam fuit collegiæ Ecclesiæ S. Pau-
lini prope Treuerim Decanus: tandem anno domini 1570.
suis rebus omnibus posthabitis, Colonia Carthusianus
factus est. Inde anno domini 1580. in Ianuario patrum illo-
rum suffragiis designatus est domus illius Prior, cui omnia
vna cum suo collegio prospera precor.

C V I.

Ioannes V. ex nobili familia de Petra natus, & in omni
genere virtutum optime educatus est. Is à puero parentum
consilio operam literis dedit, & liberales artes feliciter di-
dicit. Accedebat & vitæ integritas, atque magna animi
prudencia. Postea se Treuirim contulit, & eius Collegij
Canonicus receptus fuit. Ibi magna animi moderatione
vixit, & ob multas corporis & animi virtutes omnibus gra-
tissimus exitit. Itaque cum eius loci Præsul Ioannes rana
in æternam clausisset lumina noctem, ipse Collegij Archi-
diaconus omnium suffragiis Archiepiscopus constitutus
est, anno domini 1556. In Comitibus quoq; sua consilia ad
concordiam direxit, atq; patriæ salutem vnice respexit. Ma-
ximiliani II. Imperatoris electioni Francofurti cum aliis
Electoibus interfuit: erat enim vir prudens, expertus, ad
res magnas gerendas idoneus. Sub eo Treuerenses noua-
rum rerum cupidi, nonnullorum moti improbitate, misce-
tumultuati fuere. Confluentini cum idem hoc attentarēt,
subiecit, sed Treuerensium res adhuc sub iudice est. Ioannes
in ea existens eminentia, vt posset obedientiorem habere

aaaaa 2.

populum, literarum studia promouere curauit, nam Vniuersitatem Treuerensem antiquissimam (quæ tempore S. Agritij cœpit, id est, anno domini 345. vt est apud Gratianum Imperatorem) ob varias mutationes, & temporum iniuriam collapsam, per D. de Societate Iesu, instaurauit. Cum igitur annis 11. laudabiliter præfuisset, Confluentia fato, quinto Idus Februarij, cessit, ibiq; ad sanctum Florianum terræ mandatus est. Intestina autem eius ad monasterium Lacense, vbi eius progenitores sua habent reconditoria, honeste tumulata sunt.

C VII.

Jacobus III. ex honesta ac perueteri familia ab Els, Decanus summi templi Treuerensis, altero ad superos translato, omnibus congratulantibus, concordibus lententis ac votis anno Christi 1567. in Aprili ad Archiepiscopatum assumptus est. Eius promotione Clerus ac vniuersus populus gauisus est, & plurimum de eius inauguratione sibi congratulati sunt, & hic Reuerendiss. talem se præstat pastorem, & principem, vt non tantum à subditis suis ac domesticis, verum etiam ab externis summis laudibus celebretur, qui sane merito ornamentum ac decus omnium Archiepiscoporum censerit possit. Nihil sane in eo desiderari potest, quod ad optimum præsulē spectare queat. Talem profecto nobis refert, qualē D. Paulus describit. Hic quoq; pro sua maxima in bonas literas ac veram religionem voluntate, prædecessoris sui tam præclarum studium sedulo promouet. Scit enim illius Illusterrima Celsitudo, scholas esse pietatis seminaria, vnde diuini verbi exercitati præcones depromi possunt, qui istis turbulentissimis temporibus populum in lege Dei rite instinere possent. Beatum hoc sæculum nostrum, immo beatiore Treuerenses, qui pastorem & Principem talem sortiti sunt.

Est etiam illius magna temperantia & constantia, est & in domini gregem illius vigilantia, ita vt Ecclesiasticorum rituum obseruantior & peritior nemo existat.

Cum

Cum autem anno Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo octavo in astate illius Cell. Suffraganeus, Dominus Georgius à Virnenburg, vir præclarus atque insignis, morte ad aliam & beatioram vitam translatus esset, Episcopalia munia ipsius Celsitudo fideliter ac summa diligentia administrat, Sacros etiam Ordines cum summa discretionem & examinatione conferens. Dum autem illius ampliss. celsitudinem in istis vere heroicis ac diuinis virtutibus maxime ad Episcopum pertinentibus fidelissime exercere dicimus, in Politicis minime deest. Qui vt omnia ritum æconomica, tum Ecclesiastica administrantur, summe curat, qui & personarum ignorat respectum.

Rudolphi II. electioni in Regem Romanorum anno domini 1577. cum aliis electoribus, interfuit. Coactus est cum sua metropoli Treuiri, quo suum defenderet ius, bellum ac controuersiam gerere, quæ Camera Spitenf. censuræ commissa est, verum hanc actionem, quæ anno 1580. illi adiudicata est, aliis describendam relinquo.

Anno Domini 1580. in Vicarium suum in Spiritualibus designauit R. Dom. Petrum de Binsfelt Theologiæ Doctorem & S. Simeonis Præpositum. Opto illius illustriss. & Reuerend. celsitudinem perpetuo optime ac fœlicissime valere.

AD ARCHIEPISCOPI TRE-
ueren. interfignia.

*Quenam præ reliquis arbor lectissima? crux est.
Quod brutum superat nobilitate? Leo.
Ergo pari fuerat crux adiungenda Leoni,
Ergo Leo iunctus debuit esse cruci.*

Q V A R T V M C A P I -
T V L V M C O N T I N E N S E L E N -
C H V M O M N I V M E P I S C O P O -
rum Tungrenſium, ſimul & Leo-
dienſium,

L eodium ſunt qui dicunt nomen habere à caſa Legio-
ne Romana in ea valle, vbi nunc eſt, quaſi Legia. Cor-
rupto deinde vocabulo Germanis Lutrich, alijs Leodium
dicebatur. Vrbs eſt Germaniæ inferioris, quam & ſecun-
dam vocant, maxima, ad tertium à Tungris miliare, qui
meridiem ſpectant, quæ tanto murorum cingitur ambitu,
vt ampliffimos complectatur montes, vitibus pulcherri-
mis conſitos. Deinde in latiffimam excutrit & apprehendit
in valle planitiem, in qua Arduenna, tria flumina, Vta, Ve-
ſa, & Ambularia, in Moſam ſe exonerant, & multas amœ-
niſſimas efficiunt inſulas, magnificis exornatas ædificiis,
ita vt ad voluptatem niſil plane hic deſit. Exhibet hæc vrbs
octo inſignia canonicorum collegia, quatuor ampliffimas
Abbatias, triginta duas Eccleſias, quas Parochiales vocant,
quatuor Mendicantium Ordinum contubernia. Quod ſi
reliquas monachorum & monialium ædes, conuenticula
& ſacella recensere velim, integro fere libro opus eſſet, vo-
de non ipſum, ſi Franciſcus Petrarca Italus ſcribat, le vi-
diſſe Leodium inſignem cleri chorum. Aer eſt temperatiſ-
ſimus & ſaluber. Exornatur ampliffimo Epifcopi palatio,
cui ſi extremam manum artifices addidiſſent, id eſt, abſol-
viſſent, ex ſententia Caroli V. Imperatoris, in Chriſtiano
orbe nullum pulchrius eſſet. Reuerendiſſimum Epifco-
pum tam in Eccleſiaſtica, quam ciuili adminiſtratione do-
minum agnoſcit ac gubernatorem. Regio eſt montofiſ-
ſima, ſylueſtris & populofiſſima. Epifcopus ſub ſua iuriſdi-
ctione habet 22. oppida, vt fertur. Rudolphus de Riuo De-
canus

Erasmus Tungrensis scribit: Leodiensem Ecclesiam habuisse triginta Episcopos canonizatos, qui omnes resederunt Tungris, Traiecti vel Leodij.

I.

S. Maternus, de quo superius in duobus locis tractatum est, & hic quoque eius merito mentio fit, quum & hanc Tungrensem Ecclesiam æque, ut duas superiores, ad Christi fidem ac religionem adduxerit. Omnes cōstanter affirmant eum à mortuis à Christo resuscitatum, inde tot annis quot dies fuerat mortuus, id est, 40. sacerdotali fungum officio. Baculus ille D. Petri Apostoli quo hic fuit exornatus adhuc in argumentum rei conservatur & ostenditur, pars superior Colonia, inferior vero Treuiris. S. Maternus igitur fidem constanter prædicavit per ciuitates, tum virtutibus imo & miraculis plurimis innotescere cepit. Christi autem gloriam sedulo quæsivit. Eius hæc fuit vitæ regula: Consolabatur afflictos, pauperes egentes, nudos vestiuit, captiuos redemit, peregrinos hospitio suscipit, errantibus & dubitantibus viam salutis ostendit, desperatis veniæ spem à Deo promisit. Hæc opera, quæ Euangelium regni cœlestis ab omnibus requirit, hic perfecte expressit, & his actionibus ad sanctam peruenit senectam. Adiit Tungatos & ibi Episcopale munus anno salutis 101. consecutus est. Eadem Deiparæ virgini ibidem consecrauit, quam primam esse voluit infra Alpes. Memoriam datum, eum in prouincia Tungrorum (quæ tum, amplissima erat) septuaginta duas aedes consecrasse. Habuit discipulos laudatissimos. Habuit Collegam Memmiam Catalensem Episcopum, quem singulari amore prosecutus est quod vterque forte est 72. Christi discipulis fuerit.

S. Anitus fuit Galliarum ducis filius, & Tungrorum ultimi regis ex fratre Nepos, qui omnium suffragiis administrationem anno salutis 162. obtinuit. Fuit in docendo vehementer, & plurimos à vitis auocauit, qui sua auctoritate

Treuirenses, qui à fide sui magistri descuerant, reuocauit, & vt eum in suum Pastorem & Episcopum requirerent, effecit. Verum sua legatione fideliter completa, migravit ad Christum.

III.

S. Marcellus Tungarus, vir tum spectata Nobilitatis, tum sanctimonie insignis. Ad Ecclesiasticum officium legitime vocatur, & illud optime executus est. Tungarum quatuor sacris ædibus auxit. Vnam ad honorem diui Martini construxit, aliam S. Iohanni Euangelistæ, tertiam Iacobo Apostolo, quartam D. Andreæ inscripsit. Hic præterquam quod suum ouile peruigili cura à luporum rabie tutatus est, externos etiam reges Christo lucrificat. Nam Lucium Britannia Principem cum tota gente, sua prædicatione ad Christum conuertit. Præfuit annis 29. Angliæ bis ad fidem Christi conuersa, semel tempore Eleutherij Pontificis, & Lucij regis Angliæ, inde cum declinasset, per S. Gregorium primum.

Sancti Doctores comparantur collo: nam sicut per cololum caput & cætera membra corpori coniunguntur, ita sancti Doctores quasi mediatores sunt inter Christum & reliquos, quos instruunt fideles & quasi Christum corpori suo, id est, Ecclesiæ coniungunt. Per Euangelium, inquit Apost. ego vos genui. In Christo enim Iesu per Euangelium ipse nos genuit, ait D. Ambrosius.

IV.

S. Metropolus filius ducis Lotharingæ, Episcopus acclamatus est. Qui assidue multa diligentia concionari solitus erat, tam domesticos quam externos in spem salutis sempiternam cum fiducia aspirare docuit. Obiit anno salutis 239. administrationis suæ 18.

V.

S. Seuerinus filius Comitis Louanienfis, alius ab eo, qui fuit tempore sancti Seruatij Episcopus Colon. Pontificio decora-

decoratus est. Sanctitatis epitheton, ob assiduum munus docendi populum, sortitus est. Obiit administrationis suæ anno 18.

VI.

S. Florentius velut oraculo exceptus est, Qui sacris lectionibus diu noctuque inhæsit, bonisq; operibus operam dedit diligentissimam. Tungris duas sacras ædes dedicavit. Obiit pontificatus sui ann. 12. vir sanctus & prædicator insignis. Pastores quoties suo funguntur officio, reuerenter audiendi sunt, vt Angeli Dei per quos nobis loquitur Christus.

VII.

S. Martinus diaconus, filius Comitis Namurcensis. Hic Hasbonorum dicitur Apostolus, nam ipsos Hasbanos ad fidem Christi perduxit, Cum vitia rusticorum in pago Hornon insectaretur, ab iis expulsus est, & cum à nullo subrectum reciperetur, in syluam secedere compulsus est. Et eam ibi fessus super rupem quandam accumberet, illa hominis sedentis formam multo tempore retinuit: verum tam à peregrinis particulatim absumpta est: passus ipsi & pedum vestigia hodie perseuerant, certius multo quam si Phrygio marmori insculpta essent. Hodie illuc se febricitantes religiose conferunt, imbrem manu hauriunt è passibus desideratissime. Inde bonus pastor Albiriam adiit, & eadem prothomartyri Stephano dedicavit. Cum administrasset annis vndecim officium, pie mortuus est.

VIII.

Maximinus cuiusdam pagani ex Christiana muliere, filius, omnium calculis designatus est antistes. Fuit hic Theologiæ doctor insignis. Euangelium Christi toto animo complexus est, & legitimo sensu scripturæ mysteria deprompsit, & auditorum corda spem in calum intendere constanter admonuit. Obiit suæ functionis anno 13. qui duabus sacris ædibus Tungrim adornavit.

aaaaa 5

S. Valentinus Pontificem egit tempore Diocletiani, qui semper summa habitus est auctoritate, cuius fulmina, vel post mortem nemo non reformidabat. Quum iam propediem moriturus esset, Clericorum vocata concione, Procures Tungrorum adiuravit, ne quis temere presumere detrectare, quæ Spiritus Sancti iussu committenda suscepisset. Ne quis pedum Pastorale, quod ante omnium oculos sacræ aræ imponebat, vlla audacia inde auferret, donec à Deo Opt. Max. deputatus venisset successor. Stare vniuersi, neque contrauenire Imperio, denique omnes suspensi permanere. Sic igitur mortuus est anno gratiæ 327. functionis suæ 27. Hic Treuirenses à Tungrensis se dissoluerunt, qui inde sibi peculiarem Episcopum constituerunt. Sedes Tungrensis per septennium vacabat, id est, vsque ad annum decimum tertium, S. Siluestri, qui fuit Constantini Magni 18.

X.

S. Seruatius Confessor Christi sanctissimus. Hic in sua iuuentute in terram sanctam profectus est, vt eam ob deuotionem visiteret, vbi & toto animo annis aliquot diuino cultui incubuit. Ex angeli quidem admonitione & apparitione factus est Episcopus Tungrensis, in quo officio vixit sanctissime. Quotidie tere ieiunabat, & magis Angelicam quam humanam in terris duxit vitam, Spiritu Prophetico, quo pollebat, plurima prædixit. Cum cladem non suæ tantum prouinciæ, verum totius Galliæ præuidisset, profectus est Romam, vt pro populi sui peccatis intercederet, & iram Dei iustissimam, per SS. Petri & Pauli Apostolorum intercessionem, auerteret. Deus per multa signa & miracula eius sanctitatem crebro testatus est. Cum Dei verbum prædicaret, siue confessiones exciperet, in sua vernacula lingua ab omnibus intellectus est, cum vero de temporalibus tractaret, aut loqui vellet, sine interprete intelligi non potuit. Ad extremam & diuturnam peruenit senectam, &

cum finem vitæ suæ præsciret, in domino fœliciter anno gratiæ 403. 3. Idibus Maii obiit. Post mortem, sicut & in vita, miraculis multis claruit. Eius memoria Traiecti magnifica extructa basilica præcipue agitur. Sedit in Episcopatu annis 76. obiit ætatis suæ (vt volunt) 373. Anno enim domini 325. congregatis Clericis ad eligendum Episcopum, & in Ecclesia orantibus pro pastore, adducitur ex Armenia, ab Angelo, S. Seruatius annos iam natus 298. & baculus pastoralis de altari datur ei & recipitur in Episcopum. Repellitur autem ab ingratis & superbis Tungrensibus, anno Episcopatus sui 8. Et tunc transfertur Episcopalis sedes à Tungris ad Traiectum superius, vbi mansit vsque ad tempora D. Hupertii, & transfertur Leodium. Non videatur cuiquam incredibilis eius senectus diuturna, cum anno Domini 1139. Conradi tertii Imperatoris, mortuus sit quidam armiger Caroli Magni, annorum plusquam 361. secundum omnes historiographos. Sūt qui dicunt sanctum Seruatium, Christi, secundum carnem, in quarto gradu consanguineum. Post sancti Seruatii mortem sedes Tungrensis vacauit annis centum & octo, mensibus 7. diebus 18. videlicet vsque ad 20. annum Anastasii Imp. qui fuit annus salutis 512. quo anno Synodus à Francis Iulii Clodonei regis Aureliæ habita est, in qua Prælati Galliarum compatientes Ecclesiæ Tungrensi, sanctum Agricolam constituerunt Episcopum eorum. Inter id tempus vacationis venit quidam episcopus Candidus, causa orationis Traiectum ad sepulchrum sancti Seruatii, qui ibidem permansit toto tempore vitæ suæ, supplens officium Episcopi.

II.

S. Agricolaus filius Comitis Flandriæ, qui clero & populo placuit, & cum Traiectum veniret, magno apparatu ei obuiam processerunt. Hic templum sancti Seruatii condidit, & cum ab Hunis esset conflagratum, restaurauit. Fuit vita honesta præditus, & bonis exemplis plurimos ad re-

ligionem Christi perduxit, qui tandem in mortem pretiosam desit, cum officio suo laudabiliter functus fuisset annis 19. Traiecti iuxta tumulum S. Seruatii sepultus est.

III.

Vrsicinus ex patricio patre procreatus, qui sacra infula anno salutis 519. insignitus est, anno Iustini 2. & seditionis 4. migravit à presenti sæculo anno Christi 522. sepultus in Traiecto.

IV.

Designatus Dalensis Ducis filius, Pontificio praefectus est anno domini 523. anno 6. Iustini Senioris Imper. vitæ charitate plenus. Tres nobiles ad lucem reuocasse dicitur, quorum opibus Collegio multum accessit. Praefuit annis 3. & Traiecti à morte sepultus est.

V.

Resignatus regis Neustriae filius, post Designatum, à Clero & populo anno salutis 526. praefectus est. Cum vero Ecclesiam suam laudabiliter & summa virtute gubernasset annis 3. correptus morbo, interit, Traiecti tumulatur.

VI.

Sulpitius filius cuiusdam Principis Galliarum, consecratus est antistes anno gratiae 529. Vixit hic & praefuit in magna pietate. Cum autem optime praefuisset annis 4. obiit, & Traiecti in aede Seruatiana sepultus est.

VII.

Quirillus cuiusdam item Comitis filius, ex Decano Traiectensis Ecclesiae in Episcopum constitutus est, anno domini 533. Hic religionem, quæ iam aliquantulum labefactata fuerat, sua diligenti prædicatione, & vitæ honestate, reuocauit. Praefuit annis 2. Sepelitur Traiecti in basilica S. Seruatii.

VIII.

Eucherius itidem cuiusdam Comitis filius. Fuit hic valde modestus, & diuini verbi prædicator insignis, ascendit episcopalem cathedram anno salutis 535. Præfuit autem magno pietatis fructu annis 8. à morte sepultus est honorifice apud suos antecessores, summo cum Cleri totiusque populi luctu.

IX.

Falco antedicti Eucherii germanus frater, episcopus Traiectensis, omnium consensu factus est. Cum autem Ecclesiam suam ad Dei honorem & proximi salutem annos quatuor bene rexisset, à seculo migravit, & Traiecti tumulatur. Eius temporibus pseudopropheta quidam surrexit, & multos magicis incantationibus seduxit, mentiebatur enim nebulo, se Christum esse. Persuasit hominibus, ut eum tanquam Deum adorarent, cum autem renuissent, multos occidi curauit, & tandem ipse interemptus est, & terror ille euauit.

X.

Eucherius II. pius ac iustus vir, ac in omni virtutum genere nobilis, institutus est Traiectensium Episcopus, anno domini 541. anno Imperii Iustiniani primi 14. Præfuit annis 5. & post mortem in superiori Traiecto tumulatus est. Fuerunt hi quidem superiores Episcopi, viri excellentes, verum quod eorum præclara facinora ad nos non peruenerunt, veterum debemus scriptorum incuria.

XI.

Domitianus, ex Gallia partibus & honestis & præclaris parentibus procreatus, cæpit anno domini 544. Hic cum in Galliarum prouinciis, & præcipue Aquitanicis regionibus, Paganis verbum vitæ prædicaret, & diuersis pol-

leret virtutibus, ab omni Clero & populo vnanimite eligitur in episcopum Traiectensem, ipso tamen reniteate. Huic à rege Francorum Hereberto in Synodo Aurelianensi, prædia, castella, & quæ Tungrensis Ecclesiæ erant beneficia, & post eius destructionem à pluribus direpta, ad sedem suam Traiectensem concessum est transferre. Hic multis bonis tempore suo ditauit Ecclesiam. Hæreticorum fuit malleus insignis. Duobus regis Franciæ Comitibus interfecit. Eius tempore ingens fuit annona caritas, ipse Deo fertilitatem obtinuit: Draconem agricolis multum nocentem, interfecit, & fontem agris admodum salubrem, excitauit. Anno pontificatus sui decimo sexto, Christi 559. ad dominum migravit. Sepultus est honorifice in Ecclesia Hoyensi, Beatæ Mariæ Virginis.

XII.

S. Monulphos Canonicus honestissimus, apud sanctam Seruatium, filius Dionanti, cæpit anno domini 560. sub Iustiniano Lanno 33. sedit autem annis 33. Hic cum hæres esset oppidi Dionantensis, illius ac aliorum omnium prædiorum suorum sanctum Seruatium scripsit hæredem. Templum nouum super reliquias diui Seruatii construxit in altiori loco. Ecclesiam quoq; Traiecti in honorem sanctæ Mariæ fundauit. Seruatius sedem episcopalem Tungris transtulit Traiectum, & interea vsque ad sanctum Hupertum decem ibi resederunt, quorum hic fuit primus, Hupertus postremus. Voluit autem fratres sancti Seruatii honeste ac frugaliter viuere, vt suo Collegio veluti monasterio uterentur.

Fuit hic Episcopus magnæ sanctitatis, qui migravit ad Christum decimo septimo Calend. Augusti, cum ante obitum suum Clerum ac populum summa diligentia de sua salute monuisset ac docuisset. Sepultus est in medio choro diui Seruatii Traiecti.

XIII.

S. Gandolphus ducis Lotharingiæ filius, cæpit anno domini

domini 600. anno autem Mauricii Imperii 17. seditque an-
 nis 8. Hic Christi Euangelium diligenter prædicauit, &
 multos ad vitæ pietatem, simulq; religionem fidei adduxit.
 Hic quoque, ut antecessor suus, Tungrim præsumpsit in-
 staurare, verum cum rem vterque inconsulto attentaret,
 artifices, quos operi præesse voluerunt, lupi deuorau-
 erunt, & totum opus diei nocte fulmine periit. Non enim
 fuit diuinæ voluntatis Tungros restaurare. Cumque hoc
 diuinus Episcopus, vir iuxta domini voluntatem, animad-
 uerteret, facile à cæpto quieuit, & inde Traiecti se conti-
 nuit. Cum autem mortem vicinam cognosceret, ad eam
 totum se composuit. Obiit igitur anno salutis 608. sepultus
 est iuxta suum antecessorem S. Monulphum. Carolus Ma-
 gnus Christianissimus Imperator, cum ad dedicationem
 suæ magnificentissimæ basilicæ Aquilgranensis, tot adesse
 voluit Episcopos, quot in anno dies, id est 365. & duo de-
 essent, Monulphum & Gangolphum (aiunt) è suis sepul-
 chris seu latebris emeruisse, & illic ingenti gaudio affuisse.
 Peracta autem dedicatione, & à Leone 4. Summo Ponti-
 fice præsentate, accepta benedictione, omnibus admiranti-
 bus recesserunt, & sua mausolea repetierunt. Testatur D.
 Petrus Canisius in suo Martyrologio, ex aliis sacris hi-
 storiciis.

XIV.

S. Perpetuus, ducis cuiusdam filius, cæpit anno domini
 608. agere Ecclesiæ mystagogum, Phocæ Imperatoris
 tempore, & præfuit annis tredecim. Gubernauit summa
 cum laude & pietate. Obiit pridie Nonarum Nouembr. Se-
 pulchrum est in oppido Dionanti, in Ecclesia sancti Vincentii:
 inde translatus, ac in Ecclesiam eiusdem oppidi Beatæ Vir-
 ginis Mariæ repositus, qui multis atque magnificis claruit
 miraculis.

XV.

Ebrigisus siue Ebrigisus, ad Ecclesiæ gubernaculum

ascitus est anno domini 621. sub Heraclio Imperatore, anno nono, & præfuit annis quatuordecim. Fuit naus ex Tungrensi vrbe, ex nobilissima familia, & in literarum diuinarum lectione etiam summos excelluit Doctores. A morte sepultus est in Coloniensi diœcesi, in quadam villa. Hic per annos trecentos latuit, & tempore B. Brunonis primi Archiepiscopi Coloniensis innotuit, qui illum Coloniã transtulit, & in Ecclesiam sanctæ Ceciliz iuxta D. Euergislum, cuius fuerat Diaconus, reposit.

XVI

Ioannes Episcopus, qui ob nimiam mansuetudinem & animi lenitatem, dictus est Ioseph, cœpit anno domini 635. Heraclii Imperatoris tempore. Insistebat agriculturæ, non ob penuriam, cum diues esset valde, & nobilis, verum ne otio torperet, vnde multa Ecclesiæ in eleemosynas, ac prædia contulit. Cum huiusmodi instaret operibus, peregrinus quidam ad eum venit: Ecce, inquit, opera tua & eleemosynæ placent Deo: Hæc tibi nunciare missus sum. Sedes Traiectensis Ecclesiæ vacat, & eo honore te Deus statuit sublimare. At ille nouitate rei valde obstupuit. Reputabat se indignum & ineptum ad Episcopatum, quod literas non didicisset. Ad hæc ille: Qui cuncta potest, & qui aperuit os asinæ, ipse te scientia potest implere.

Cum gens Traiectensis vna cum Dagoberto rege esset congregata, hic diuinitus eligitur in Episcopum, qui in eo Prælatu sancte & laudabiliter annos sex vixit. Sepultus est in castro Hoyensi, in sacello SS. Cosmæ & Damiani, quod ipse construxit. Postea à Ioanne trigesimo septimo Leodiensium episcopo, est translatus, & in altari eiusdem sacelli reconditus. Vxorem habuit, quam cum factus esset Episcopus, in Sanctimonialem apud Albas Dominas Leodii consecrauit.

XVII

S. Amandus Ducis filius apud Aquitaniam, cœpit anno domini

domini 641. Seipsum in quadam cellula apud Bituricas
 incluserat, & in ea annis quindecim in maxima vixit absti-
 nentia. Innotuit regi Galliarum Dagoberto, qui eum crea-
 uit in Galliis episcopum, & postea cum eum asperius ob-
 crimina nonnulla increpasset, à se eum repulit. Secef-
 sit ille irato rege, & venit Gandanam. Cum autem vi-
 deret populum illum adhuc gentilitiis culturis deditum,
 suis continuis concionibus eum ab eis ad Deum verum
 conuertit.

Huius tempore fuit Bauo ille, ex illustri ducum Austrā-
 horum familia. Cum autem à religione Christiana esset
 alienus, S. Amandus eum conuertit, qui tandem, cum
 omnia Christi amore deserere, docuit. Factus est eo aucto-
 re, Clericus, qui inde totum reliquit mundum, & solitariæ
 vitæ factus est sectator. In vita sanitarum gloria mire ex-
 celluit. Cum autem infirmari sanctus Bauo cœpisset, à
 sancto Amando deuote suscepit Sacramenta Ecclesiæ, &
 in eius presentia ac aliorum bonorum virorum, sanctam
 animam exhalauit. In exitus sui hora sanctæ Gertrudi vir-
 ginis apparuit, petens, vt corpori condiendo linteamina
 subministraret necessaria. Gandam eius sumptibus atque
 impensis fundatum est monasterium, in quo à sancto A-
 mando sepultus est, qui multis à morte coruscavit mira-
 culis. Amandus Dagoberti baptizauit filium, & huius regis
 auctoritate factus est Traiectensis episcopus, & à Martino
 summo Pontifice, cui multum erat familiaris, confirma-
 tus. Cum huic Ecclesiæ summa laude & multis concioni-
 bus per triennium præfuisset, & populum, tum quoque
 Clericos suos videret incorrigibiles, alium in locum suum,
 scilicet Landoaldum, virum bonum & sanctum, substituit,
 ipse ad monasterium Elmonense se contulit. Vixit in mo-
 nastica vitæ rigore, multis annis, qui ætatis suæ nonagesi-
 mo, in domino feliciter obiit. Multa monasteria tum fun-
 dauit, tum vt alii fundarent, author fuit. Eo quoque in-
 stigatore, Itta Pipini ducis relicta vidua, Niellanum mo-
 nasterium, cui eius filiam S. Gertrudem, quam sacro vela-

bbbb

mine consecrauit, præfecit, condidit. Corpus eius longo tempore incorruptum inuentum, qui etiam multa fecit miracula.

Fuit & alius Amandus Archiepiscopus Wormaciensis, qui magna religione ac miraculis claruit.

His temporibus fuerunt virgines Aldegundis, soror Waldetrudis, neptis sanctæ Gudulæ, quæ Bruxellis conseruatur, Virgines Deo deuotissimæ. Fundarunt monasterium Malbodium, quod hodie est oppidum Hannoniæ, & Collegium Canoniarum nobilium Virginum.

Sancta Adeltrudis, virgo pia: huius reliquæ etiam ex Hasbania translata sunt Gandauum.

Amelberga virgo nobilis, pulchra, sed fide & virtutibus nobilissima, ex Ardennia nata. Tandem cum vitam in cenobio sanctissime transgressisset, anno salutis atque redemptionis humanæ 773. mortua est, quæ modo Gandauum requiescit.

Dympna virgo & martyr Christi. Venit hæc cum suo Catechista sancto Gereberno presbytero ex Hybernia in Brabantiam, ibique à patre, cum eius iniquæ non vellet obtemperare voluntati, anno gratiæ 700. decollata. Requiescit in parochia Geele. S. Gerebernus ab eodem tyranno interemptus, requiescit in Zonsbeck, Cluuenti terra.

XVIII.

S. Remaclus in Bituricensi Episcopatu natus, ex illustri familia. Educatus est bonæ indolis Remaclus, à beato Salpitio, inde beati Eligii optimi viri disciplina in Ecclesiasticis ac monasticis ritibus eruditus. In his semper felicissime proficere visus est. Reuocatus est ad Regis palatium, qui multis fuit in eo solatio. A rege Francorum post S. Amandum ad Traiectensem sedem inuitus compulsus est. Hinc Christus tantam verbi sui gratiam largitus est, vt omnes ei promptissimos sese ad obtemperandum exhiberent, & nemo esset, qui non ex animo eum diligeret, & omnes se ad eius

ad eius doctrinam conformare pro viribus satagebant. Nulla erat in eius moribus arrogantia, magna humilitas ac benignitas. Multorum fuit cœnobiorum fundator, & Rector, in quibus multos insignes viros Ecclesiæ summe viles instituit & promouit. Sanctum Trudonem generosum, per Clodolphum Episcopum Metensem institui plenissime in pietate curauit. Omnes monebat, vt à blandimenti mundi ac lenociniis carnis sibi cauerent, à curis seculi sese subducerent, fraternæ paci & concordie studerent, viam mandatorum Dei inoffenso pede tererent, mundum totum ac eius cupiditates fastidirent, caelestia mente & actione consecrarentur & appeterent. Sub eo duo monasteria in Ardennæ finibus celeberrima condita sunt per Sigibertum regem Franciæ, Malmundarium & Stabulanum. Monastica vitæ desiderio, abdicato Episcopatu, ipse toti valedixit mundo, & Theodardum substituit. Malmundarium dicitur, quod locum illum à malorum spirituum infestatione mundauerat, quasi à malo mundatum. Stabulanum, quasi stabulum fidelium animarum. S. Trudo construxit cœnobium & omne suum patrimonium, quod erat amplissimum, in illud contulit, atque in eo vixit solitarius & tranquillus. Fuit anno 628. obiit ætatis 65. requiescit in suo oppido ac monasterio. S. Remaclus à morte in suo monasterio coruscans miraculis, honorifice sepultus est. S. Eligius pugnabat contra infidelitatem in territorio Antuerpiensi & multos erroneos ad Deum saluatorem, conuertit. S. Bucherius Aurelianensis Episcopus vir pius & apud Deum inculpata vitæ: Verum Carolus Magnus nimium delatoribus credulus, virum iustitiam & sanctum damnauit exilio. Quam calumniam vir innocens ad finem vitæ patienter tulit. Sed Deus omnium bonorum retributor, & cordium scrutator solus, quanti apud Deum fuerit, crebris miraculis post mortem eius testatus est. Requiescit modo in cœnobio Trudonensi in Brabantia.

S. Theodardus natus in Gallia, ex nobilibus parentibus, qui arctam vitam, cuius fructus est æterna merces, sibi sequendam proposuit. Proposuerat autem semper optimos quosque viros quorum conuersatione emendari posset, sequendos. Sigibertus rex Franciæ 12. condidit monasteria & his omnibus S. Theodardum præfecit. Inde S. Remachus eius præceptor, abdicato Episcopatu, Leodiensi ut tranquilliorer haberet vitam, se ad Stabulum conuulit monasterium. Consensu igitur totius Ecclesiæ hic Theodardus dioceseos illius Tungrensi. suscipere coactus est gubernaculum, & sancto Cuniberto Colon. Archiepiscopo consecratus. Hic quod verbo docebat, exemplo vitæ impleret declarauit. Molettabat autem eum mirum in modum, multas ab Ecclesia abalienatas esse possessiones, à domesticis, qui hostes erant atrocissimi, & huic violentiæ nullum fuisse, qui ausus fuisset reclamare. Cogitauit vir Dei, se non mercenarium, sed agere pastorem verum, quare vitam ipsam, quo nil charius, pro ouibus ac ecclesiæ iure profundere se obligatum sciebat, quam obrem bona temporalia a que ut æterna recuperare & vindicare suum est arbitrat. Dum igitur omnia, quæ Ecclesiæ erant, repeteret, multorum incurrit indignationem. Inde improbi nebulones virum sanctum aggrediuntur, luporum instar prope pagum Alsatium haud procul à Spira eum contumelias afficiunt, prosternunt, caput in frustra secant, dilaniant, ac misere trucidant. Sic gloriosus hic Pontifex pro Christi ecclesiæ impiorum gladius occubuit. Verum Deus preciosam eius mortem in conspectu suo fuisse declarauit.

S. Lambertus eius successor semel a que iterum pro corpore profectus, tandem obtinuit, & Leodium cum summo gaudio & exultatione attulit. Reliquia sanctorum erant apud veteres in summa veneratione, utpote qui eorum virtutes crebro experti fuerant. Legimus in historia Dni Kaliani, mortuis illis piis viris, ac in stabulo clam sepulsi.

menra nec stercus nec vrinam in eo reddidisse, honorem
martyribus exhibentia.

S. Donatianus episcopus Remensis, vir in omnigenere
vtratum exornatus, Brugis requiescit, intercessor apud
Deum promptissimus.

XX.

S. Lambertus ex Traiecto, insigni ortus profapia. Pri-
mum præceptorem habuit Landoaldum, virum sanctitate
& eruditione clarissimum. Inde traditus est Theodardo
Episcopo Traiectensi eximio. Eo per martyrii palmam ad
supernos translato, populus Traiect. de fide tractabat
Pastore. Lambertus hic diuinitus est oblatus, quo in terris
sanctior nemo inuentus est. Perducitur licet inuitus & plu-
rimum reluctans ad Episcopatū. Ad eum igitur admotus,
vixit sanctissime. Fuit omnibus tum ipsi Childerico, Regi
Francorum charissimus. Verum rege interfecto, Lam-
bertus ab impiis quibusdam inuidia diaboli, miro modo
infectus est & à sede sua sine causa, deturbatus. Rex enim
Franciæ Bodillam, virum insignem & nobilem ad palum
ligandum, flagrisque cadendum iubet, quod dum facit,
maius in se suorum concitat odium. Hic grani affectus in-
iuria vicisci statuit: itaque coniuratione facta, dum in ca-
sylua, quæ ad Calam Parisiorum vicum est, rex venatur,
illum ex insidiis ad vesperam adoritur & interimit. Idem
continuo facit vterum gerentis Regina. vterque in æde D.
Germani à pratis sepultus est. acta hæc annum domini cir-
citer 679. Interim dum sanctus Lambertus exulat, Phara-
mundus quidam, homo flagitiosus, data pecunia, Pöntifi-
catum, multum dolente populo, consecutus est. Verum
Lambertus omnia ferens moderate, ad Stabulanum mo-
nasterium, ad sanctum Remaclum concessit, ibique sub
monastica vitæ rigore annis 7. vixit. Verum inde Deo vo-
lente, & Lambertus omnium congratulatione ad suam
Ecclesiam reuocatus est, & Pharamundus infælix, tota di-
uicie profligatur. Hic iam quasi de nouo vitam suam re-

formabat & in omni virtutum genere seipsum exercebat. Profectus est in Texandriam & totam illam provinciam plane ad Christi fidem, conuertit. Videbat optimus antistes sibi de suis ouibus reddendam rationem, quare omnium voluit habere respectum. Pipinus princeps Plectrudi legitimæ vxori superduxit pellicem Alpaidem, & huius sceleris eum admonuit ac redarguit Lambertus quare Dodo frater ipsius Alpaidis ei insidiatus est, & cum aliis quibusdam eum inuasit & intra domum Ecclesiæ interfecit. Cum eo duo illius nepotes, Petrus & Andolerus & multi alii interficiuntur. Eius sacrum corpus pauci tandem, qui illorum sicariorum manus euaserunt, nani celesiter imposuere, & Traiectum aduehentes, in Apostolorum Principis ecclesia honorifice tumularunt. Verum Dodo homicida dignas suæ iniquitatis pœnas luit, qui ob nimium fœtorem viuis in Mosam proiectus est, & omnes, qui neci illius consenserant, intra anni spatium misere interierunt. Alpais autem, ob quam istud accidit martirium, ingressa est monasterium & pœnituit de crimine, quæ Comitatum suum Leodina Ecclesiæ submisit. Corpus sancti Lambertipost 13, annos translatum est & plane incorruptum inuentum, reconditumque est Leodii, quæ metropolis est ecclesia. Corpus illius nulla pellex potest contingere. Hoc quoque tempore Frisii ad Christianismum inducti sunt.

§. Ermelindis virgo in Brabantia in villa Odencar equiescit. Vixit hæc sanctissime & mortua est in regulari obedientia & mira abstinentia, vnde miraculorum gloria innotuit.

§. Evermarus religiose viuens, ab impiis, qui bonis actibus inuidere solent, innocenter occisus est & martyre Christi effectus. Dominus Deus eius mortem fuisse in conspectu suo pretiosam crebris & insignibus miraculis declarare dignatus est. Requiescit modo in provincia Tungrensi.

§. Rayneldis soror S. Gudula virginis, quæ Broxellis requi-

requiescit. Hæc profecta est ad terram sanctam, & omnia
sacra loca, quæ Christus saluator in terris obambulauit, vi-
sitauit & deuote perlustrauit. Reuersa inde cum multis re-
liquis ac cum suis consanguineis viris sanctis, Grimoaldo
& Gundolpho, ob fidem Christi ab Arrianis martyrii co-
ronam accepit. Requiescit hæc in Brabantia,

XXI.

S. Hupertus Bertrandi ducis Aquitaniæ filius, tempore
Theodoricæ Regis Francorum. Fuit autem à fide prophanus,
verum vita integer & in pauperes velut alter Corne-
lius Centurio beneficus. Cum suo more die Parasceues,
renatione esset occupatus, Christus ei in forma crucifixi,
inter cuiusdam cerui cornua, apparuit. Hac occasione Hu-
pertus ad verum Deum est conuersus. Concessit ad san-
ctum Lambertum episcopum Traiectensem, qui eum in
fide Christi & vera religione diligenter & perfecte in-
struxit. Inde bona sua in pauperes distribuit, & in eremum
cessit, & vitam satis arctam annis aliquot duxit. Contu-
it se angelica admonitione Romam, & à sancto Sergio
Pont. Max. diuina manifestatione (Lamberto iam mar-
tyrio coronato) Traiectensis Ecclesiæ est ordinatus Epi-
scopus. Aurea clauis & stola ei data est, qua potestas absol-
uendi & ligandi significata est. Cœpit igitur anno domini
700. præfesse. Hupertus hic sedem Episcopalem à Traiecto
Leodium transtulit. Ecclesiam sancti Petri ædificauit & in
ea monachos ex Stabulensi monasterio posuit. Ecclesiam
beate Mariæ primariam & cathedralem in honorem D.
Lamberti construxit, & in ea viros doctos ac modestos,
quos canonicos vocamus residere voluit. Nomen huic ci-
uitati Leodium impoluit, cum antea Legia vocaretur. Præ-
fuit annis 30. optime ac cum summa pietate, & in extrema
senectute plenus bonis operibus, fœlicissime ad Domi-
num migravit, ac relatus Leodium in diui Petri Ecclesia,
quam fundauit, ante altare diui Albini repositus est. De
eius translatione dicetur in alio loco. Hic infidelium

reliquias per Brabantiam ac Ardennam profligauit & totam patriam ad Christum conuertit.

II.

Sanctus Floribertus D. Huperti filius & in cathedra successor. Fuerat antea Abbas Scabulanus, & D. Petri monasterii administrator, Collegii summi Præpositus Leodienfis, cœpit anno Domini 731. Hunc diuus Remaclus in suo monasterio educarat ac optime instituerat, Remacii pietatis forma multos etiam nobiles ex aliis nationibus adduxit. Hic à patris probitate minime degenerauit, qui Ecclesiæ optime, vita & possessionibus prospexit. Pater tuus multa bona temporalia Ecclesiæ assignauerat, quæ hic omnia rata habuit & auxit, qui Canonicis, quos pater instituerat, decem addidit. Postremo plenus sanctitate anno Domini 755. in Maio ex hac vita discessit, sepultus est Leodii in primario templo. Noitgerus Episcopus eius corpus transtulit anno 250. post obitum.

Sanctus Gerulphus ex Flandria ortus, qui vitam mortalem ad Dei honorem & salutem suæ animæ instituit. Sacerdotes Christi summo semper honore prosecutus est. Tandem à suo susceptore ob incredibilem pietatem, martyr factus est.

S. Hunifridus Episcopus Flandrensis vir pius & deuotus. Corpus eius translatum est ad Ecclesiam Iptensem, cum destructio Maurinorum sub Carolo V. facta est.

III.

Fulcarius filius Comitis Louanienfis antea summi Collegii Præpositus, anno Domini 755. adeptus Pontificatum Leodiensem. Hic ad hoc deputatus munus Ecclesiam iam recens Leodium translata, tum bona vita, tum opibus illustriorem reddidit. annis enim nouendecim sub Carolo magno religiosissime præfuit, & à morte in Collegio diui Lamberti Leodii sepultus est.

IV.

I V.

Agilfridus vir præclarus ac nobilis Burgundionum ducis filius, qui in palatio Caroli Magni fuerat diu conuersatus, anno gratiæ 769. in Episcopum legitime assumptus est. Fuit ipsemet Doctor & viros doctos in summo habuit pretio & honore. Erant tum temporis aurei principes, quare potentia alios præcellebant, ita quoque virtutibus aliis præluere suarum partium arbitrati sunt. Sunt autem nunc (pro dolor) alia tempora, & alij mores. Regem Desiderium ex Italia fugientem, vna cum vxore ipse Leodij hospitio suscepit, & humaniter tractauit. Ecclesiæ autem suæ Leodiensi & bona multa & priuilegia acquisiuit. Anno domini 784. mortem incurrit, & Leodij sepultus est.

V.

S. Gербaldus ducis Bavarix filius anno Domini 785. præfuit, ac annis 26. gubernauit. Celebratum est Aquisgranæ concilium, vbi multi affuerunt Episcopi, vbi hic non potestremus fuit. Ordinatus est Cardinalis & Leonem tertium venientem in Germaniam humanissime excepit. Obiit autem anno salutis 809. & Leodij in summo templo tumulatus est.

V I.

Waliandus Adolredi Comitis Ardennix filius, incepit præesse anno Domini 811. Sedit ad clavum Ecclesiæ 18. annis. & illud monasterium celeberrimum, in Ardennia, quod modo est S. Hupertii, construxit & religiosis monachis de Ordine D. Benedicti, annuente Leone Pontifice ac Hildebaldo Archiepis. Colon. commendauit anno Domini incarnationis 825. Anno vero Pontificatus sui 14. Corpus sancti Hupertii à Leodio ad Andagium cœnobium transtulit, post annos 75. ex quo in Ecclesia Sancti Lambertii transpositum fuerat. Monasterium illud anno Domini 1572. per Principem Auriacum, id est, Gusicum in sanctorum exercitum, quum infaustum bellum contra Regem

bbbbb s

Hispaniarum gererent, ingentia damna, incendio, & sacrilegio, passum est. Episcopus hic Vvalcandus à morte pultus est in Ecclesia Saluatoris, quam edificauit, prope Andagiuense monasterium, in villa, quæ Siramnis campus appellatur.

VII.

Pirardus Comitis cuiusdam filius, anno domini 829, præesse cœpit, & gubernauit annis duobus. Ecclesiam S. Caprasij martyris fundauit, prope Ecclesiam D. Pauli Leodij, atque duodecim ibi religiosos residere voluit. à morte Leodij consecutus est sepulturam.

Circa hæc tempora fuit S. Hildegundis virgo, Ordinis Cisterciens. Schonaugiæ. Casarius monachus huius vitam descripsit. Fuit & S. Himelinus Confessor, qui fuit B. Rumoldo propinquus, obitum eius Deus miraculis multis mirificauit. Requiescit in Brabantia iuxta Thenas.

VIII.

Hircharius Comitis cuiusdam filius, ad ecclesiam Leodiensem Episcopus promotus est, anno domini 831. & annis 25. optime præfuit, siquidem vir fuit in Deum valde religiosus. Huius tempore festiuitas omnium Sanctorum in Ecclesia celebrari cœpit, quam ipse in sua diœcesi primus celebrari iussit. Cum per mortem esse in terris delinere, apud D. Lambertum sepultus est.

IX.

Franco monachus Lobienfis, doctrina & religione conspicuus, Theologiæ professor, anno domini 856. inuit Pontificatum. Sub hoc fuerunt Normanni, qui totam Germaniam vastabant misere, & huic Ecclesiæ non parcebant. Franco hic aliorum principum præsidio eis restitit, deuicit, atque ex sua ditione profligauit. Effecit vt Episcopus Leodiensis simul esset & Abbas Lobienfis, quod tamen D. Noitgerus reuocauit, qui liberam esse voluit electionem Abbatis. Præfuit hic Leodiensi ecclesiæ an. 48. summa cum

cum laude. Interea contra suos hostes semper bella gerere coactus est, & cum iam eos deuicisset, ac maximam auri & argenti ex iis prædam tulisset, à sacro deinceps abstinuit. Obiit. Idus Ianuarij, & sepultus est in ecclesia S. Lamberti. Fuit princeps magnificus, qui ecclesiam suam opibus & privilegijs illustriorem reddidit. Effecit apud Imperatorem Arnulphum vt Mechlinia cum omnibus suis attinentijs Ecclesie Leodinae assignaretur. Tempore quoq; S. Seruatij, Comes quidam Louanienfis, cum sancti viri precibus satisfactionem obtinisset, gratitudinis ergo, dimidiam partem curatis Traiectensibus S. Seruatio ac posteris eius assignauit, quam legationem hic renouauit. Quam partem in hodiernum usque diem Leodienses Præsules iure sibi vendicant.

X.

Stephanus, Comitis filius Sabinensis, Theol. professor ac poeta insignis, ex Canonico Metensi factus est Episcopus Leodiensis an. dom. 904. Sedit ad gubernaculum ecclesie an. 18. Fuit apud Carolum Caluum Imper. in magno pretio, & ab eo, quæ voluit, facile obtinuit. A morte Leodij sepultus est in ecclesia maiori S. Lamberti.

XI.

Richarius Hannoniensis Comitis filius, Abbas Prumiensis & Stabulanus, à Carolo Simplicere rege Francorum, per auctoritatem summi Pontificis Ioannis 10. ordinatur Episcopus Leodiensis, repudiato Hilduino, qui data pecunia Duci Gisleberto Bulloniensi ab eo sibi Episcopatum ambiebat. Cœpit autem hic ann. Christi 922. & annis 22. præfuit. Hic Ecclesiam D. Petri ad pedem Montis publici sitam per Nortmannos destructam tempore Franconis Episcopi, reparauit, & in instaurandis ædificandisque ecclesijs multum profuit. Barbari enim muleum damni dedere per totam regionem in templis, quæ hic pius pater denuo reparauit. Legem tulit Abbatibus Collegiorumque præfectis, vt essent frugales in expensis, hospitaes, vt sacris iuris, & pietati religiosæ sedulo operam darent, non

luxui, non otio, non ambitioni vacarent. Voluit vt singulis semestribus coram eo redderent rationem. Quod cum facerent, immensum sibi sensere accrescere emolumentum. Lex illa modo negligitur, ac exulat, verum multorum cœnobiorum magno detrimento. Præfuit laudabiliter annis 24. & inter mortales esse desijt. qui Leodij sepultus est in sacra æde diuo Petro.

XII.

Hugo ex Abbate D. Maximini apud Treuitos, quod officium annis 12. optime gesserat, anno dom. 946. factus est legitime Episcopus Leodiensis, præfuit huic Ecclesiæ annis tribus. Erat singulari ingenij dexteritate & prudentia præditus. A morte apud S. Lambertum tumultus est.

XIII.

Farabertus S. Pauli Comitum filius, fuit ante Abbas Prumiensis, & anno dom. 946. ad Ecclesiæ Leodiensis fastigium promotus est. Construxit nonnullas Ecclesias Leodij, nempe D. Andreæ iuxta forum, S. Georgij, & S. Catharinæ ab aliis cõstructas & demolitas, ipse reparauit. Præfuit annis 6. & sepultus in crypta S. Lamberti Leodij.

XIV.

Ratherius monachus Lobienfis, ex Episcopo Veronensi per D. Brunonem Archiepiscopum Coloniensem ad hanc Leodiensem anno gratiæ 954. constitutus est. Erat vir doctus, at dum nimium esset mordax, & hominum vitia traduceret, imo nec potentibus parceret, factus est odiosus. Anno secundo ab Episcopatu expulsus est, & apud suos monachos fratres vixit pie annos 9. Ecclesiæ redditibus sustentabatur. Scripsit nonnulla opuscula, de Corpore & Sanguine Christi, de Prædestinatione & Sermonum opus. Claruit Henrici Imperatoris primi temporibus. Variam fortunam expertus est.

S. Liuinus, cum esset ordinatus Episcopus, currendo per Belgium, populum illum continuis concionibus ad Christi re-

si religionem adduxit. A quibusdam protervis hominibus anno domini 633. necatus est. Absciderant illius linguam, & ramentum nihilominus ille loquebatur. Illius sanctissimi reliquiae Gandavi requiescunt.

S. Libertus martyr Christi, qui in vita cum post mortem, venerabilis in signis fuit. Tempore Hunorum apud S. Trudonem in Hasbania ante altare in templo vitam amisit.

X V.

Baldricus filius Comitis Montensis, & Doctor insignis, cepit anno domini 956. Praefuit tribus annis. Sepultus est in crypta S. Lamberti.

X V I.

Eraclius Praepositus Bonnensis anno Domini 959. & praefuit annis 12. Fuit oriundus ex Saxonum ducibus, & literis, quibus non mediocriter erat imbutus, Colonia vacauerat. Hic multas scholas in sua provincia instituit, tum quoque in monasteriis religiosos, D. Brunonis Colonien- sis Archiepiscopi exemplo, bonis studiis vacare voluit. Gaudebat scholasticis disputationibus interesse, qui ipse- met aliquando praefegit. Cum aliis negotiis impediretur, literis ludimagistros ad assidua studia cohortabatur. Sum- mus erat apud Otthonem Imperatorem Rom. & Bruno- nem Coloniensem Archiepiscopum D. Martini Basilicam construxit, atque ex propriis redditibus 50. Canonicos sus- tentabat. Ipse D. Laurentij monasterij extra muros iecit fundamenta, verum morte praeventus, opus imperfectum reliquit. Denique ex mortalibus sublatus, in Basilica D. Mar- tini, qui de Ecclesia optime est meritus, sepultus.

X V I I.

Rogerus sive Notgerus Suevus, ex illustri familia or- tus, scientia & moribus clarus, a D. Gerone Colonien. Ar- chiepiscopo, consensu Leodiensis Capituli, anno domini 972 consecratus est, & praefuit summa cum laude annis 50. Cum videret summam aedem D. Lamberti ob vetustatem

ruinosam, diruit, & nouam ac robustiorem construxit, & ibi 60. Canonicos residere voluit. Templū B. Mariæ, quod ad Gradus dicitur, fundauit. Palatium Episcopale ipse aspiciatus est, & ciuitatem ipsam egregio muro cinxit. Laurentianum monasterium, quod suus antecessor fuerat aspiciatus, absoluit. Caprimontanam arcem, quod timebatur vrbī inde, demolitus est. Verum quid de isto præclaro Episcopo multa referemus? Fuit absolutus antistes, qui multas sacras ædes, Collegia, monasteria instituit, & dotauit. Datus est omnium Principum sententia Ottoni adolescenti tutor, qui postea factus est Imperator Romanorum, & dictus Otto tertius, Mosam in urbem induxit, & in communes vsus ciuitatis Leodiensis redegit. Ecclesiæ bona in tres diuisit partes, vnā sibi retinuit, alteram Ecclesiæ ac monasteriis, tertiam militibus, qui armis Ecclesiā defendarent, assignauit. Eius tempore cum Gandauenses in suum Principem insurgerent, vt pateret, author fuit. Tandem hic Noithgerus, qui de omnibus fuerat optime meritus, Id April pie obiit. Sepultus est in Ecclesiā S. Ioannis Euangelistæ ann. salutis 1007.

XVIII

Baldricus II. filius Ludouici Comitis Loffensis, Archidiaconus Campinæ consecratus est in Episcopum Leodi ab Archiepiscopo Colonien. S. Heriberto an. salutis 1008. Fuit vir valde pius, in monasteria ac ecclesias admodum liberalis. Cœperat adificare castrum Hugarden, verum Comes Louantensis opus illud impediuit, & hac ratione inter Comitem & Episcopum exorta sunt inimicitie. Commissum est prælium & ab episcopi parte trecenti desiderari sunt, & hac ratione diui Jacobi monasterium in D. Benedicti honorem, vt ibi mortuorum in prælio, iugis esset memoria, construere cœpit. Cum annis 11. præfuisset, mortuus est, & in suo monasterio sepultus. Collegium D. Barcholomei à præposito sancti Lamberti, D. Gottchalco, constructum est.

S. Wolbo-

X I X.

S. Wolbodo filius Comitis Montensis, legum Doctor, Decanus D. Martini Ultraiectensis, ab Henrico S. Imper. ex monasterio abstractus, factus est eiusdem aulae Cancellarius, & ab eodem postea Leodiensis Episcopus anno domini 1018. constituitur. Erant inter sanctum Henricum Imperatorem, & S. Herebertum Archiepiscopum Colon. diaboli invidia, nonnullae excitatae inimicitiae, quas hic Episcopus composuit, ut Imperator suam agnoscens culpam, virum Dei Herebertum summe inde veneraretur. Fuit autem hic Episcopus valde religiosus, in pauperes liberalissimus. Praefuit admodum diligenter annis 7. & cum iam vicinam cognosceret mortem, petiit multos adesse honestos Sacerdotes, eorum preces expetiit. Noluit in molli lecto cubare, verum vile stragulum sibi substerni voluit. Satanam nihil iuris in eum habere, professus est. Pissimus Episcopus à seculo migravit. In monasterio D. Laurentij, quod instauravit anno salutis 1025. Sanctus Mauranus Diaconus & martyr requiescit in Baduwich oppido.

X X.

Durandus Henrici II. Imperator. Cancellarius, incepit anno domini 1025. Fuerat alius quidam Godescalcus nobilis à Capitulo designatus, verum hic, quod videret Imperatorem in Durandum propensorem, cessit. Fuit autem Durandus ex humili loco & genere natus, & quia Ecclesiae parum viliter praefuit, non bene audit. Cum annis 3. praefuisset, & non satis prospexisset Ecclesiae, vitam hanc amisit, sepultus est apud Sanctum Lambertum. Fuit autem alius quidam Durandus de Ordine Praedicatorum acerrimus impugnator D. Thomae qui fuit anno 1320. S. Gummarus vir Deo amabilis, qui in vita sua multa fecit miracula fontem suo baculo e terra produxit, Requiescit modo Lyræ.

S. Guido Germanus, confessor Christi, hic accuratissime corpus suum domabat ieiuniis assiduis, omnem levitatem semper euitans. Profectus est Romam, & inde Hierosolymam. Deus ingenti lumine in obitu eius ostendit sanctitatem. A morte claruit miraculis. Obiit anno Dom. 1111. Anderlaci eius conseruantur reliquia.

S. Gerlacus ex milite factus est sanctus eremita. Quiescit sesquimiliario à Traiecto in monasterio Virgionum Præmonstratensis Ordinis, quod Sancti Gerlaci dicitur. Vbi multis miraculis ad nostra vsque tempora claruit.

S. Godoleua martyr, à propriis famulis, ob nimiam probitatem suam, mariti sui Bertulphi iussu, anno Dom. 1070. strangulata est. Requiescit non procul à Bergis.

X X I.

Reginardus cœpit anno Domini 1027. sub Ioanne Pontifice maximo 20. sedit autem ad gubernationem annis duodecim. Fuerat ex Colonienſi territorio, ex præclato ortus genere, maioris Ecclesiæ Coloniz Canonicus, Præpositus Bonnenſis, Tornacensis, ac Virduni Archidiaconus, atq; sancto Hereberto multum dilectus. Vterq; Episcopatus, Virdunenſis & Leodiensis vacabat, & Virdunentem apud Imperatorem Cōradum pecunia obtinuit, & Leodiensem per Capituli electionem acquisiuit. Cœpit tamen de ista sua temeritate pœnitere, & Romam profectus est, conquestum de scelere. Romanus Pontifex re examinata, voluit vt Leodiensem retineret, & si quid deliquisset atque peccasset, Ecclesias aliquot in delicti recompensationem erigeret, ac dotaret necessariis bonis. Reuersus promissum memor, diuini Martini Ecclesiam in Insula restaurauit, & D. Nicolai Basilicam auspiciatus, quam inde populus Leodiensis absoluit. S. Bartholomeo 8. addidit Canonicos superioribus. Pontem quoque lapideum super Mosam construxit sumptuosissime, & tres alios pontes minores. Eius

tempore

tempore fuit fames in orbe maxima, & ipse quotidie multos pauperes ex suis prouentibus liberalissime sustentauit. Sic bonus princeps suam temeritatem pauperum eleemosynis, vt Daniel regi Nabuchodonosor & Christus saluator Phariseis consuluit, recompensauit. Anno autem domini 1036. bonus & fidelis domini seruus diem extremum clausit, & sepultus est admodum honorifice in monasterio sancti Laurentij.

XXII.

S. Rumoldus Archiepiscopus fuit ex Scotia & omnia deseruit, & soli Deo & proximi salutem iuxta Mechliniam, praecauit. Vbi sic fidei rudimenta plantauit, vt merito Mechlinensium Apostol. habeatur. Anno domini 775. in feriis Baptistae duo sicarij dirum vulnus capiti eius infixerunt, vnde mox martyr migravit. Requiescit Mechliniae in sumptuosa tumba.

S. Othgerus mortuus est iuxta Ruremundam in ecclesia Montis Petri, & ibidem sepultus.

S. Otilia quaedam ex numero vndecim milium virginum, quae Colonia translata est Hoyum, in ditionem Leodiensem, in monasterium sanctae Crucis, vbi multis signis & miraculis claruit.

S. Luigardis virgo, spreto mundo, ac carnis posthabitis blanditiis omnibus, in monasterio sancti Benedicti prope Tungros fuit Abbatisa & sanctissime vixit: multis se vigiliis & ieiuniis confecit. Habuit à Deo multas secretas reuelationes & assiduis precibus multa à Deo obtinuit. Eius sanctitatis fama erat celeberrima apud magnates. Mortua est anno Domini 1246. aetatis suae 64. requiescit in Aquinensi cenobio.

XXIII.

Richardus fuit filius Praefecti Geldriae, & maioris aedis Leodiensis custos, Cleri ac populi suffragis electus est antistes, qui cepit an. Domini 1037. Praefuit annis 5. & in eo tempore Parochialem Ecclesiam sancti Remigij condidit,

cccc

& Ecclesiam sancti Thomæ. Castrum pulcherrimum Diocesanense quoque extruxit. A morte sepelitur in monasterio sancti Laurentij. Qui olim Geltiæ præsidebant, dicebantur Præfecti, inde Tutores, postea comites, postremo anno Domini 1339. quo tempore & Iuliacenses, dicti sunt Duces, per Ludouicum quartum Imper. Bauarum creati.

XXIV.

Wazo filius Comitis Iuliacensis, qui an. Christi 1011. præesse cœpit annis 6. Fuerat Præpositus & Archidiaconus Leodiensis, & iam capularis senex, scilicet centum & quinque annorum, à Clero & populo electus. Præbendis tenues ipse auxit, & probitatis suæ non exigua signa reliquit. A morte in maiori Ecclesia sancti Lamberti sepultus est, cum annis 6. præfuisset.

XXV.

Theodoricus ducis Bauariæ filius, iuris vtriusq; Doctor, Henrici III. Imper. consanguineus, ab eodem Leodiensis Episcopus est constitutus, anno dom. 1048. sub Clem. II. & præfuit vitilissime annis 28. Corpus S. Domitiani transtulit Hoyum, & ibi in honorem matris Christi adificauit Basilicam magnificam, addens Canonicos 15. Hannoniensem Comitatum à Richilde Comitissa ac eiusdem filio Balduino suæ Ecclesiæ adiecit. Anno dom. 1075. viam viuæ carnis est ingressus, & Hoy sepultus.

XXVI.

Henricus dictus Pacificus, vita & genere nobilis, Archidiaconus Verdunensis, ortus ex Tullo. Sanctus Anno Archiepiscopus Coloniensis, hunc anno Domini 1075. consecrauit. Præfuit annis 17. Fuit vir valde mansuetus, & munere egregie functus est. A morte sepultus est in Ecclesia Hoyensi ante aram sancti Ioannis Baptistæ.

XXVII.

Otbertus ex illustri genere ortus, Præpositus sanctæ
Cruis

Crucis electus est canonice anno domini 1092. Præsuis
 autem annis 28. Erat tunc temporis illustrissimus ille Go-
 defridus de Bullion, dux Lotharingæ. Hic ob deuotionem
 cum aliis multis nobilibus profectus est Hierosolymam.
 Conuenit igitur cum Otherto Episcopo, vt traderet ca-
 strum Bullion fortissimum (vnde ditioni Leodiensi multa
 damna accidebant) certa conditione, vt si rediret, redime-
 ret, sin minus, in perpetuum esset Ecclesiæ D. Lamberti &
 B. Virginis Mariæ. Othertus igitur postulatam pecuniam
 obtulit, scilicet, mille & quingentas marcas argenti puri.
 Dux igitur & eius hæredes ante assignatam diem obierunt,
 & sic possessio castri cum suis attinentiis, cessit Episcopatu
 Leodiensi. Hic etiam castrum Talbinum à Balduino Co-
 mite Hannoniensi pro quinquaginta marcis puri auri ac-
 quisit. Castrum quoque de Claromonte magno pretio
 comparauit. Edificauit Parochialem Ecclesiam sancti Fi-
 dis. Obiit Episcopus anno 28. sui præsulatus, & sepultus est
 in collegio sancti Lamberti.

Alexander Comitis Iuliacensis filius, Archidiaconus
 Leodiensis, inuito Capitulo insignia Episcopalia arripuit,
 & Henricum quintum Imperatorem à Papa excommuni-
 catum adiit, & ab eo inuestituram accepit. Reuersus Leo-
 dium, à duobus Collegiis, quorum fuerat Præpositus, sus-
 cepit. Verum Fridericus Coloniensis Archiepiscopus
 apostolica auctoritate mandat, ne suscipiatur Alexander
 pro Episcopo. Postea Fridericus maioris Ecclesiæ Præpo-
 situs, frater Comitis Namurcensis, electus Rhemis in Cõ-
 cilio, à Calixto I. consecratur, anno Christi 1120. Venit
 hic Leodium, & nudis pedibus intrans ciuitatem, cum ma-
 gna lætitia excipitur, Alexander autem reprobatus est, &
 ciuitate eiectus, qui inde casu castrum Hoyense occupauit,
 quod tamen retinere non valens, vltro cessit ab Episcopa-
 tu, & in posterum priuatus & quietus vixit, prioribus con-
 tentus honoribus & beneficiis. Cum itaque omnia essent
 pacata, Fridericus anno 2. gubernationis obiit. Sepultus est
 in ecclesia S. Lamberti & sedes per biennium fere vacauit.

Albero ex Comite Louanienſi natus, è Canonico Me-
tenſi electus eſt Episcopus Leodiensis anno gratiæ 1124.
Præfuit annis 6. Edificauit monaſterium in Caſtello Cor-
nelij Montis, Ordinis Præmonſtratenſis. Eccleſiam quorundam
in honorem S. Adelgundis Virginis conſtruxit. In Eccleſia
etiam S. Egidij in monte publico Canonicos Regulares
inſtituit. Eccleſia hæc fuerat inchoata ſub Nothgero 17. Ep-
iſcopo per Gundrauum ioculatorem & mimum. Ponti-
fex migravit ex hac mortali vita ſui Pontificatus 6. ſalutis
noſtræ 1128. anno, conditus in monaſterio S. Egidij, quod
perfecit.

XXIX.

Alexander Iuliacenſis, qui ambierat Episcopatum, iam
tandem voti compos effectus eſt, & à Leodiensibus inau-
guratus. Geſſit hic bellum ſatis cruentum, qui ubiq; victori-
euasit. Eius tempore ſummus Pontifex Innocentius II. ve-
nit Leodiũ, & eximijs honoribus exceptus eſt. Collegium
ſancti Lamberti erat tum Regum ac Ducum filijs, Comi-
tibus ac Doctõribus illuſtriſſimum. Regum enim filij 9.
ibi reſidebant, Ducum filij 24. Comitum 29. Barõnum ac
nobiliũ virorum 7. Ab his ſummus Pontifex religioſiſſi-
me exceptus eſt. Papa Lotharium II. Romanorum regem
& reginam ibi debitis cæremonijs coronauit. D. Bernar-
dus Abbas Clareuallis huic inaugurationi interfuit. Came-
que Pontifex Romanus diſcederet, Alexander à Canoni-
cis apud Innocentium accusatus eſt, qui eum vocatum in
Concilio Piſano ab officio remouit: quod ille tam indignè
tulit, vt octauo menſe defecerit. Præfuit annis 8. & in mo-
naſterio ſancti Egidij ſepultus.

XXX.

Albero II. ex Proſapia Namurcenſi, è Canonico Me-
tenſi electus eſt Episcopus Leodiensis. Cum ad bella ellat
propenſior, quam requirebat ſtatus, erga gregem ſuum
male affici cœpit, & occasio fuit ingentium malorum. De-
ſciplina

disciplina Ecclesiastica perit, præbendæ venales exponebantur, ciues filias suas sine graduum discretione Clericis & Laicis dabant vxores, presbyteri nonnulli in die bis celebrabant. Hæc videns Capitulum, D. Henricum à Loe, Præpositum sancti Lamberti ad Pontificem Romanum misit, qui Alberonem Romam citauit. Dum autem Episcopus pergeret Romanum, in itinere correptus morbo, anno suæ administrationis 15. interiit. Mortuus est Ortina acuta febre, id est peste. Eius tempore Comes Barrensis castrum Bullionense dolose occupauit, quod Episcopus obsedit, & vi expugnauit, & ad Ecclesiam reduxit.

X X X I.

Henricus II. Comes Lymburgensis, Præpositus ecclesie sancti Lamberti, à Capitulo legitime creatus anno salutis humanæ 1146. Præfuit honeste & vtiliter annis 19. Redditus Episcopatus auctiores reddidit, & castra nonnulla construxit. Profectus est cum Imperatore in Italiam, & expeditioni Mediolanensi interfuit. Henricus Imperator ei aliquando Papatum obtulit, quem recusauit. Palatium Leodiense multis ædificiis auxit. Obiit peste in Italia, & ossa allata, in Ecclesia sancti Lamberti tumultata sunt.

X X X I I.

Alexander II. Præpositus S. Lamberti à toto Capitulo ordinarie creatus est anno domini 1165. Præfuit laudabiliter annis tribus. Anno 2. sui Episcopatus leuata sunt ossa Caroli Magni Imperatoris Aquisgrani à loco, vbi iacuerant 352. annis, mandato Alexandri III. Pont. Rom. Collocata sunt in argenteam capsam, & canonizatus Imperator per Reinoldum Archiepiscopum Coloniensem, & Alexandrum Leodiensem. Episcopus hic profectus est cum Imperatore in Italiam, & in itinere subito mortuus est. Corpus relictum Leodium, ac sepultum in Ecclesia S. Lamberti. Circa hoc tempus corpora S. Magorum Colonia translatata sunt, id est, anno 1163. Vide in Colon.

Rudolphus Lotharingæ dux, fuerat à quibusdam Moguntinus creatus Archiepiscopus, verum ciues expulerunt illum, & eius dominium recufarunt. Ad Leodienfem Ecclefiam adiutorio Comitis Namurcenfis fui auunculi ad motus, mores fuos priores non correxit, cum autem de his agueretur, velut alter Afa indigne tulit, & corripientem male tractauit. Tandem cuiusdam insignis concionatoris coacionibus ipfe & alij plurimi conuerfi sunt, & refipuerunt à labe Symonia. Profectus est cum Friderico Imperatore contra infideles in Afiam, & in itinere obiit anno feclis 1189. Eius tempore fumum collegium Leodij conflagratum est.

XXXIV.

Albertus dux Brabantia, doctor insignis, Archidiaconus S. Lamberti, electus est Epifcopus Leodiensis vultu miter anno Domini 1189. Quamuis alij duo effent determinati, & intruderentur, Albertus profectus est Romam, & à Calisto contra Imperatorem confirmatus est. Dum autem in patriam redire maturaret, & per Remenfem Archiepifcopum effet confecratus, inde in itinere inuafus est & occifus. Homicidæ (vt ferunt) ab ipfo Imper. erant labornati, fed Imperator fe de eade expurgauit. Epifcopus fepultus est in prinæria aede Remenfi, qui etiam miraculis clarere dicitur.

XXXV.

Albertus II. de Cuyck. Præfuit annis 4. Erat cum eo & alius electus, fcilicet Simon, qui erat confobrinus Alberti nuper defuncti. Ambo profecti sunt Romam ad curiam, Simon ibidem cardinalis factus est, qui non longe post veneno accepto ab æmulis, mortuus est, epifcopus hic à morte in collegio fancti Lamberti fepultus est.

XXXVI.

Hugo II. de Petraponte, Præpofitus summi templi, doctus,

Atus, prudens & magnanimus, intercessione Ottonis regis
 eligitur & consecratur à Cardinale Legato Guidone, anno
 Domini 1200. Præscripsit suis Canonicis optimas leges,
 quibus vitam luxu perditam reformare & vitia extirpare
 curavit, quas Romanus Pontif. approbavit. Huius tempo-
 re, anno Domini 1212. Henricus Senior dux Brabantie in
 die Ascensionis Domini Leodium opprimit atq; expugnat,
 & infinitam supellectilem, tam in auro quam argento, in-
 de aufert. Hic quoq; innumera & horrenda scelera perpe-
 trata sunt. Submersorum ac interfectorum, mulierum ac
 parvulorum non fuit numerus. Episcopus vix effugit ad
 accenam Hoyanam. His quoq; temporibus ingens fuit terra
 siccitas, & ferae egredientes de sylvis, hominibus non me-
 diocria damna dedere. Aquisgranum incendium fere to-
 tum consumpsit, vbi quadraginta homines misere perie-
 rant. Hæc omnia mala Hugo vidit, & quum esset admo-
 dum dissolutus moribus, postea seipsum correxit, & multa
 bona operatus est. Concilio Lateranensi interfuit. Con-
 didit testamentum, & egenis optime prouidit. Hoyanos
 rebelles ad obedientiam redegit. Syluam quandam amœ-
 nissimam extirpari fecit. Cum esset in Archiepiscopum
 Remensem per Innocentium exaltatus, breui obiit admi-
 nistrationis suæ anno 29. Domini 1229.

Huius tempore fuit sancta Maria de Ognies, virgo san-
 cta, & S. Christina mirabilis.

X X X V I I.

Ioannes de Eppa, maioris Ecclesie Leodiensis Præpo-
 situs, filius sororis Hugonis Episcopi Prædecessoris, ele-
 ctus est omnium communi consensu & consecratus à Re-
 mensi Archiepiscopo, anno Domini 1229. præfuit lauda-
 biliter annis 9. Hic Hoy Cruciferorum fratrum primarium
 cenobium post extinctam Albigenium hæresim, extru-
 xit. Anno vero sequenti in honorem duodecim Aposto-
 lorum Minorum conuentum Leodij erexit, qui inde translauit
 fuit ad locum, qui dicitur Richeri fons. Monasterium quoq;

Prædicatorum instituit. Mortuus est Dionanti, anno Christi 1238. Sepultura datus est in monasterio apud vallem S. Lamberti. Albigenſium hæreſis anno dom. 1216, inuidia diaboli tam valide cœpit pullulare & eſcere in Comitatu Tolofano, vt omne triticum fidei gentis illius, verſum videretur in lolium erroris. In tantumq; illorum error inuoluit, vt breui interuallo temporis, inſecerit mille propemodum ciuitates, adeoq; quidem, vt ſi gladiis fidelium preſſus non fuiſſet, breui temporum interſtitio vniuerſam Europam corrupiſſet. Vna vice ſeptuaginta millia cum eorum exercitus ductore Petro Tarraconenſium rege corruerunt. Inde ſecunda vice 100. millia hæreticorum ab octo millibus Catholicis fuſa ſunt. Contra hos ſanctus Dominicus 10. annos docendo egit.

XXXVIII.

Wilhelmus frater Comitis Sabaudia, Valentia, anno dom. 1238. electus. Erat ſimul cum eo alius quidam Otto præpoſitus Ultraiectenſis electus, qui licet habuerit potentiffimos defenſores, nempe filium FridERICI Imperatoris Gregorius tamen Pontifex Maxim. 9. repudiato illo, hunc Romæ confirmauit, qui eodem anno in ſuo reditu obiit in Sabaudia, in patria iuxta parentes ſepultus eſt. Vacauit inde ſedes per annum. Itur quo, ſcitur: neſcitur, quando reditur.

XXXIX.

Robertus Epifcopus Lingonenſis, tribus in diſcordia electis præfertur, & ſucceſſor legitimus declaratur. Erat Theologiae doctor. Iacobi Legati Pontificij hortatu, Lingonenſibus Epifcopatum reſignat. Inde quod laudis cupidus eſſet, non contentus Leodiienſi Epifcopatu, Remenſem Archiepiſcopatum ambiit, interim Leodiienſi licet potentiffimo, detraxit, & illum deſpexit. Præſuit tamen in magna pace ac tranquillitate an. 7. Moritur demum apud Caſtrum Foſſenſe, & apud Alnam Monafterium tumulatur, inde translatus apud Claram Vallem reponitur.

Hein-

XL.

Henricus frater Comitis Geldrensis, creatus est in gratiam fratris in Episcopum adhuc adolescens. S. Engelbertus Archiepiscopus Coloniensis eum in Abbatem Stabulani consecrauit. Verum utriq; muneri se propter iuuentutis temeritatem inutilem reddidit. Præfuit, non ut Episcopus, verum ut miles, & inuitis omnibus per 26. annos sustinetur. Postremo à Gregorio X. in Concilio Lugdunensi depositus est. Licet esset ab Episcopatu plane deiectus, vidit tamen tres ordine episcopos, quibus omnibus aduersatus est, & tandem à Theodorico milite de Prato occisus. Sepultus est Ruremundæ in maiori Ecclesia. Habuit multas proles, siquidem 65. ante obitum vidit.

XLI.

Ioannes de Angonnis Episcopus Tornacensis, Professor Theologiæ, qui egerat anno salutis 1274. Abbatem in Stabulano monasterio, Episcopus Leodiensis pro Henrico constitutus est. Erat apud Imperatorem Rudolphum in magno pretio, & magna ab eo priuilegia consecutus est. Comes Flandriæ Guido ei bellum indixit, verum episcopo pacem ambiente, bellum sopitum est. Insidiatus est ei Henricus antecessor, amotus, & tandem prope Hugardeu villam lapsus ab equo, ab eo captus, qui breui ob corporis pinguedinem anno Christi millesimo ducentesimo octuagesimo primo mortuus est, cum annis 8. præfuisset. Requiescit in Collegio sancti Lamberti.

XLII.

Ioannes quintus filius Guidonis Comitis Flandriæ, Magister in decretis, Præpositus Brugensis, deinde Episcopus Merensis, demum electus est legitime in Episcopum Leodiensem anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo secundo & sedit annis vndecim. Fuit cum eo vna electus Burghardus, Comitis Hannoniæ frater, sed cum hic Ioannes Episcopatum Merensem in manus Pontificis

Martini resignasset, Papa ob sedandas turbas, Metensem Episcopatum statim Burghardo contulit, & Ioannem in Leodiensem confirmavit. Is arcem Falckenstein cum Brabantia duce sororio suo obsedit, verum expugnare non potuit. Fuit dissidium inter Clerum & ciues Leodienses, quod biennio durauerat, quod hic sustulit, & inter eos pacem conciliauit. Obiit anno sue administrationis 10. Christi autem millesimo ducentesimo nonagesimo primo. Sepultus in Flandria paterno tumulo. Post eum sedes vacabat quatuor annis. Tempore vacationis, Traiecti homines in platea die Dominico ducebant choreas, contigit venerabile Sacramentum Eucharistia deferri ad agrotum, verum illi homines adeo sua vesania intenti erant, vt nullam exhiberent reuerentiam. Pons igitur ligneus sub eorum pedibus in quo saltabant, ruptus est, & 200. in Mosam submersi. In argumentum rei, Augustinensium chorus templi, eum occupat locum.

XLIII.

Hugo de Cabilone Burgundia ducis consanguineus, anno domini 1296. in Episcopum Leodiensium per Bonifacium 8. confirmatus est. Fuit nobilitate ac sapientia insignis, verum animum magis ad seditiones & domesticorum praeliorum turbas, quam ad pacem habuit. Anno enim domini 1298. magna fuit inter Nobiles quosdam, & Leodiensium populum concertatio, & ob hanc controuersiam multa hominum millia, hinc inde diuersis temporibus perierunt. Quod autem hae dissidia non composuerit, delata sunt a Clero & populo ad Pontificem Romanum querimoniae, tum de adulterina moneta ac prodicione patriae accusatus est: Verum summus Pontifex, quod eum diligeret & meliora speraret, eum ad Archiepiscopatum Biontinum transtulit, Leodiensi priuans. Praefuit annis septem non admodum laudabiliter.

XLIV.

Adolphus Comes de Veldeck, Praepositus Traiectensis

anno

amato Hugone ab Episcopatu, legitime ad eum, tum per Capitulum, tum per Bonifacium 8. anno domini 1301. instituitur. Hic cum ciuitas Leodiensis discordiis mutuis ferueret, eam ad concordiam redegit. Erat valde vsurariis & trapezitis inimicus. Erat homo iracundus & nimium gulosus. Veneno periisse dicitur. Præfuit vix biennio, & à morte sepultus est in maiori Ecclesia.

XLV.

Theobaldus Comes Barcensis, cum Romæ ageret Dictatorem apud Pontificem Benedictum 2. à Capitulo, consentiente Pontifice, electus & confirmatus est Episcopus Leodiensis: fuit alius quidem cum eo electus Guillelmus Atrebatensis Canonicus, verum hic cessit, & Theobaldus honorifice susceptus est. Fuit vir multæ doctrinæ & facundiæ, qui lites omnes, tumultus, Leodii sedauit, & omnia in bonum statum redegit. Cum Henrico 7. Imperatore profectus est Romam, & in introitu vrbs, cum ingens esset concursus, sagitta incaute iacta, transfixus, mortuus est, cum annis 17. laudabiliter præfuisset, Romæ cum summo honore ac mœtore in basilica S. Petri sepultus, Imperatore plurimum dolente. Hic quoque Imperator anno 7. sumpto in Eucharistia veneno periit.

XLVI.

Adolphus Comes de Marca, factus est Episcopus in Auinione à Clemente 5. cum vacasset episcopatus per integrum annum. Fuit vir summa sapientia & mansuetudine præditus, ad arma tamen impulsus est inuitus. Hostes suos, id est, Leodienses ipsos, qui temere in eum irruerant, deuicit & compefcuit, cæcis triginta duobus millibus. Fuit eius temporibus exitiosissima pestis, quæ multos abstulit è medio. Licet semper de hoste Episcopus triumpharet, iniqui tamen & pacis perturbatores, semper noua moliebantur, & multum negotii illi creabant. Comitatus Lollensis, quod Ludouicus Comes anno domini 1336. absque liberis esset mortuus, ad Ecclesiam Leodiensem

deuolutus est. Hic Episcopus Mechliniam consentiente Capitulo, vendidit Ludouico Comiti Flandriæ pro centum millibus florenis auri regalis, eo quod duci Brabantia plus fauebant, quam Leodiensibus. Dionantenses Episcopo inferebant bellum, & quatuor è sua familia ex nobilioribus interfecerunt, quod eum ita contristauit, ut in morbum incideret, & breui mortem oppeteret. Mortuus est optimus Princeps, anno Pontificatus sui 31. & in Collegio S. Lamberti ante summum altare sepultus.

XLVII.

Engelbertus Comes Marchianus, Præpositus S. Lamberti in Auinione in Episcopum Leodiensem à Cardinalibus Romanæ ecclesiæ, post mortem Adolphi electus est, anno Christi 1345. & à Clemente VI. confirmatus. Præfuit annis 19. Coactus est contra suos & finitimos vicinos bella gerere, & Halbanorum temeritatem compescuit. Postea translatus est per Urbanum V. ad Archiepiscopatum Coloniensem, cui annis quatuor ob senium non ita bene præfuit. Colonia in summo templo à morte sepultus.

XLVIII.

Ioannes ab Arekel. Fuit Episcopus Ultraiectensis, vir doctus, & ab Urbano V. in curia Auinionensi, ordinatus Leodiensis Antistes, an. Christi 1364. Præfuit summa cum laude annis 15. Fuit vir timens Deum, valde potens ac locuples, qui seditionibus confusum statum ad pacem redegit. Obsedit Castrum Rumines, cepit, & funditus subuertit: Dominus illius cessit de Comitatu Loffensi, tradens eum Ecclesiæ Leodiensi. Tandem laudatissimus Antistes naturæ debitum soluit anno humanæ salutis 1378. & in maiori Ecclesiâ Ultraiectensi sepultus est. A morte ipsius sedes Leodiensis vno anno vacauit.

XLIX.

Arnoldus Comes Hornensis, Episcopus quoque Ultraiectensis, Eustatio de Forti rupe, quem Canonici Leodiens-

les elegerant, posthabito, Leodiensem Pastorum consecutus est. Habuit aduersarium Ioannem Rodemacum, quem Leodiensium adiutorio, suppressit. Hic Episcopus Leodio viginti duos Iudices præesse voluit, qui etiam in Pontificiis sententiis & Ciuitatum determinationibus censuram ferrent. Præfuit bene circiter annos decem. tandem anno Christi 1389. in Leodiensi palatio obiit, relatus est Horneum, & in sepulchro patrum suorum tumulatus. Sedes post mortem vacat per annum. Cum mortuus esset hic Arnoldus, Capitulum alium elegit, scilicet dominum de Marcka, qui licet habuerit ex curia Romana confirmationem, omnibus tamen modis renunciauit, & profus repulit electionem. Virtus

Rara avis in terris, nigroque simillima Cygno.

L.

Ioannes Bavarix ducis filius, ad Episcopatum Leodiensem anno Christi 1400. suæ vero ætatis decimo octavo promotus est. Præfuit annis aliquot, & quum Leodienses in eum odium aliquod concepissent, eum in Traiectensi oppido agentem, obsederunt. Verum Episcopus suorum auxilio liberatus est, & in hac tragœdia plurimi sunt occisi. Postremo Episcopatum renunciauit, & sub tempore Concilii Constantiensis vxorem duxit, scilicet viduam Lutzenburgensem Ducissam. Præfuerat Episcopatum annis viginti octo. resignationem fecit ad manus Apostolici Pontificis. Verum non multo post, nempe anno 6. suæ resignationis, à quodam, veneno sublatus est, & in die Epiphaniæ anno Christi millesimo, quadringentesimo, vigesimo quarto obiit.

LI.

Ioannes de Walenrode Iuris Doctor, qui fuit natione Franco, cum esset Rigenfis Ecclesiæ Episcopus, ad Leodiensem post resignationem Ioannis de Bauaria auctoritate Martini 5. Pontificis, anno do. 1418. promotus est. Præfuit breui tempore, mortuus est morte inopinata, in domo sui

Carcellarii, alii dicunt cum veneno sublatum. Corpus eius sepultum est in templo S. Lamberti. Fuit hic vir pius pariter ac doctus, ac valde deuotus. S. Coleta de Gerbeia, instituit Clarissas Sanctimoniales Toletanas. Obiit anno domini 1447. Gandauit requiescit.

LII.

Ioannes Comes de Heynsberch, ac Lowenburch, vir valde magnificus, electus est legitimis suffragiis anno domini 1419. cum esset annorum 23. Anno sequenti, sacerdotio est initiatus, & primum factum fecit in maiorum presentia Abbatum ac Suffraganeorum. Leodium ingressus est magnificentissime. Erat similtas non exigua inter Franciæ regem Carolum 7. & Philippum ducem Brabantie, ob necem huius patris ducis Brabantie, & hanc discordiam Episcopus composuit, qui pacem fecit, ac ducentis albis equis magnificentiam suam declarauit. In coronatione Friderici 3. Imperatoris Roman. Aquisgrani potentiam suam magnificentius declarauit. Profectus est hic quoque Hierosolymam. Verum quum in Syriam venisset, & saluum conductum à Turcis petisset, illi suspectum habentes nomen Bullonensis ducatus (est enim Godefridi Bullonensis victoria celebris) potestatem procedendi minime concedere volebant: quare domum redire coactus est. Celebrauit Synodum, & illius decreta conscribi fecit, ac obseruari mandauit.

Cum autem triginta annis & amplius Leodien. si Episcopatui præfuisset, videns populum moribus effrenem ac insolentem, vt iam non humiliter acquiescere, sed audacter repugnare auderet, & subinde tumultuaria vociferatione impetum in eum facere attentaret, mœrore animi cepit affici, & tædio contabescere. Quare vltro cessit ab Episcopatu anno Domini 1455. tradens eius administrationem Ludouico Borbonio, reseruatâ sibi certa quadam pensione quoad viueret. Fuit hic Ioannes in expeditione contra Bohemos hæreticos, quam Theodoricus Archiepiscopus Colon.

adornauerat. Hic enim hoc hominum genus scilicet hæreticos valde odio habuit, quod & est odiosum.

LIII.

Ludovicus Borbonius à Materno 82. Præpositus sancti Donatiani Brugensis, Philippo duci Brabantia charissimus, annorum 24. anno Domini 1456. in Episcopum Leodiensem assumptus est. Erat vir prudens, doctus ac eloquens, & corpore præstanti præditus. Cogitabat hic omnibus patrocinari, & de omnibus pro viribus optime mereri studuit. Verum quo plus hic optimus princeps eorum animos sibi deuincire studuit, eo duriores & ingratiore facti sunt, ita vt quasi canes furibundi in benefactorem insurgerent. Vidit igitur se in medio scorpionum habitare. Concessit igitur ad Ducem Burgundia Carolum affinem suum, conquestum, quanta ingratitude à suis exciperetur: quare Leodienses, hostem hunc sensere acerrimum. Patrem audire noluerunt, quare vitricum inclementiss. sustinere coacti sunt. Coniunxerunt vires dux Carolus cum rege Francorum Ludouico, & Leodium obsident & expugnant, & incredibilem ibi tyrannidem exercent. Nulli paritum statum, nulli sexui, nulli ordini. Ciuitatem totam incendio perdidit, muros ac turres deiecit, fossas impleuit, & ciuitatem vniuersam solo æquatit, templa prophanauit, ex summo collegio stabulum equorum hostis fecit. Res sancta incredibilis, nisi recenti memoria contigisset, vt quæ indubitata fide, certissima narratione contestatur. Hanc nimiam crudelitatem etiam exteri historiographi, tum Leodiensium in suum dominum Scythicam rebellionem vehementer improbant. Facta sunt hæc anno Christi 1468. Item Carolus anno 1474. Nussiam in diocesi Colonien. obsedit, verum per Fridericum tertium Imperatorem & Hermannum Lantgrauium, qui postea factus est Archiepisc. Colonien. obsidionem soluere cogitur, qui tandem anno 1477. prope Nansen ciuitatem Lotharingia, quam obsidebat, à suis derelictus, misere perimitur. Antistes Ludouicus in quodam prælio contra Arenburgum conclusus, cuiusdam militis sacrilega manu interficitur.

Traditus est sepulturæ mediocri cultu in Collegio sancti Lamberti ad aram maiorē. Ex eius morte plurima damna toti regioni, in eius mortis ultionem, contigerunt. Temporibus Ioannis antecessoris Cœnobium Regulatum monachorum Tungris institutum est anno Christi 1424. & monasterium Virginum de tertia Regula sancti Francisci, ibidem. Atria sunt cæli menti patefacta fideli.

Dionysius Rickel anno Domini 1440. floruit. Colonie operam bonis literis dedit, & Magister artium ibidem creatus est. Ut mundo valediceret, Ruremundæ anno ætatis 20. Carthusianum ordinem amplexus & professus est. Fuit homo incredibili abstinentia ac labore, qui multorum Principum præsertim Nicolai Cusani Cardinalis amicitiam habuit. Redarguit Episcopum Leodiensem ob vanitates suas, quod cum ille ægre ferret, Dei sensit, licet indignans, manum. Licet Dionysius omnia sustinerit monasterii officia, infinitos tamen conscripsit simplici, sed aperto stylo, libros. Tandem plenus pietatis operibus Ruremundæ in die sancti Gregorii anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, ætatis 77. obiit Ecclesiæ Catholicæ præclarum lumen.

LIV.

Ioannes Comes Hornensis à Senatu Canonicorum Leodiens. Lon qui vna cum Iacobo Croyo electus est, qui tandem hac lege Pontificatum obrinuit, vt Iacobo quatuor annis tria milia aureorum penderet. Erat iuuenis, statuta iusta, qui constantiam in primis annis insignem, & gravitatem ostendit, laudis avidus, animum moderari notens. Hac electione Arenbergius, qui filium suum Episcopum esse voluit, valde exasperatus est, quare Comitatum Hornensem deuastauit & attriuit. Interea quoque in diebus Leodiensi plurimum tumultuatum est, donec Maximilianus Cæsar veniens, ciues antistitem suum Hornensem complecti multa veneratione, compulit. Præfuit igitur magna rerum perturbatione. Nunc enim prouincia bel-

lorum turbine clam impetebatur, nunc aperto Marte concutiebatur, nunc prodigionibus ac larcociniis velitatum ac grassatum est, ira sane vt nec ciuitas vlla, nec oppidum, nec pagus vllus ab istis malis immunis fuerit. Accesserunt tum & alia non mediocria incommoda, quæ homines satis diuiter affligebant, omnium rerum caritas, sterilitas, terræmotus, ac inaudita & horrenda prodigia. Postremo autem Episcopus aduersa valetudine laborare cœpit, & morbo inualecente, & iam aliquandiu periculose penetrata ipsa corrodeute, venit Leodium, & sospitatem aëris permutatione sibi pollicitus, in Collegio D. Martini locum delegit. Sed cum calu Palatium candela in stramine concidente, combureretur, equiq; luculentissimi & muli rari quidem & magno empri precio concremati interiissent, vix seipsum ferens, hac parte plurimum valetudini suæ obfuit. Accessit quod 18. Calend. Februarias, minus ad sententiam eius concludentibus ciuibus veniret, cum se à ciuitate subducere opportunum duxisset, satis tumultuanter vehiculum contendit, sicque spem omnem recuperandarum virium, disiecit. Obiit anno salutis 1505. 16. Calend. Feb. anno sui regiminis 25. eximius antistes. Sepultus est in veste Franciscana in promontorio ciuitatis Traiectensis, in Weert, in conuentu Minorum Fratrum de Obseruantia. Eius temporibus Franciscani de Obseruantia locum Leodii habere ceperunt, & contubernium Adelphorum, qui Fratres Diuini Hieronymi nominantur, qui iuuentutem instituunt, admissi.

LV.

Erardus de Marca Principis Roberti, Cliuix, Marcæ & Arenburgi imaginibus clarissimi filius, ad res arduas natus, an. Dom. 1506. pridie Ianuarias, Iacobo Groyo, omnium capitularium calculo antepositus est. Antecessores sui terribilibus bellis prouinciam valde attriuerant, vt nisi hic successisset, ad interitum facile spectare videbatur. Peropportune igitur hic diuiceseos habenas agere cœpit: à bellis enim ceu extrema pernicie semper abhorruit, eratq; litera-

dddd

rum, iurisq; ciuilibus & animi ac corporis dotibus insignis. Patriam Leodiensem pacifice annis 33. rexit, ac Leodium inter cetera beneficia elegantissimo Palatio decorauit, cui si extrema artificum manus adiecta fuisset, sententia D. Caroli V. Imp. in toto mundo simile non esset. Fuit Princeps ad vindictam lentissimus, ad beneficentiam autem promptissimus: In prosperis æque ac aduersis eodem temper animo præditus. Apud Carolum V. fuit magnæ autoritatis Leodiensis sane patria aut Ecclesia, tam potentem Principem, & splendidum dignitate Præfulem ad hæc usque tempora non habuit. Fautore Caroli V. adeptus est in Hispaniis Archiepiscopatum Valentinum, Cardinalitiam dignitatem & pensiones (quas vocant) alias non modicas. Ecclesiam suam ab hæresicon felle & peste incorruptam summis semper viribus tutatus est. Templam autem, velut alter Dauid & Salomon, ornamentis preciosissimis exornauit. Euangelicam professionem non ceremoniis & externis opib. meritus est, sed affectu, pietate, officiis, quibus pauperes & afflictos æquanimitè subleuauit. Egrotum Principem inculpatum, tum episcopum absolutum. Sæpe prudentia factum est, vt regione ista Eburonum, plus nimium ad arma præcipites, & iam olim vicinis bellis prope modum exenterata, nunc optimis legibus, pace inter sese & concordia floreat. Mortuus est pie, in eius confessione qui est via ad æternitatem, & vita, ac salus, & resurrectio. Sepultus est Leodii in Cathedrali Ecclesia sancti Lamberti, in sumptuosissimo mausoleo, quod viuens præparari mandauerat.

LVI.

Cornelius de Seuenergen, de domo Brabantia, vit nobilis, non minoris pietatis quam eruditionis, in locum antecessoris legitimis Capitularium sententiis substituitur. Faulissime ab omnibus ei diocesi subiectis ciuitatibus, per eas, assumpto episcopatu cū sua pompa circumuectus, acclamantibus excipitur. Vt Episcopus intrauit ciuitatem, anno Domini 1538. die 16. Iunii Reliquauit, & cælebs permansit.

mansit, malens tranquillam conditionem cum securitate, quam splendidam cum discrimine. Sciebat regnum remanere, & curatum atque negotiorum plenum. Simul, inquit ille, ista posuit conditor mundi Deus, odium atque regnum. O quid solutis est beatus curis?

LVII.

Georgius Austriaci sanguinis, Maximiliani Imperatoris illegitimus, ex Episcopo Brixienfi, intercessione & autoritate Caroli V. sui consanguinei in Leodiensem Præsulem constitutus est: ut Episcopus intravit ciuitatem, anno Domini 1544. Augusti die 17. Probati viri genus, ex virtutis profapia est. Alia nunc in Episcopis atque olim, habetur ratio. Eo enim modo peruentum est iam dudum in Ecclesia, ut in deligendo Pontifice, maior sit respectus tuendorum Ecclesie prædiorum, quam ædificationis & reformationis morum. Quis enim his de rebus nostra ætate cogitat? Verum hic D. Georgius ad pietatem ac tranquillitatem propensissimus, ac summe syncerus, expleta mortalis vite periodo, ad animarum felix domicilium, anno salutis 1572 in optima senectute obdormiuit, sepultus Leodii apud suos antecessores. Instituit hic pro promouendis ad sacros Ordines, bonum & rigidum examen. Tridentini Concilii Decreta in sua diocesi seruari voluit.

LVIII.

Robertus Bergiacus : dederat Louanii operam literis, & eo eruditionis euasit, ut crebro publice in magna studiosorum corona peroraret. Inde Georgius ab Austria, senio grauis, hunc excelsi munetis consortem optat. Verum ubi Georgius dimissis conscenderat artheta terris, Robertum Pontificem, nullo contradicente, totum Leodium consalutat. Fuit hic pietatis parens, & commissi solers pastor ouilis, fuit pater patriæ, & quæ agenda, manu & mente expressit. Fuit literarum patronus singularis, & studiosi, ut literis imbuerentur, atque in iis promouerentur, nullis pepercit sumptibus. Eius tempore Gallia Rex

ddddd 2

inuadit fines Leodiensium, Episcopus autem amicis conditionibus bellum componit. Episcopalia munia ipsemet administrat, ibi informat, monet, instruit mystas. Gessit omne decus virtutum, qui veteris calcavit vestigia recti. Aulam suam tanquam scholam pietatis, bonorum studiorum, instituit. Fuit in eo summa mentis lenitas & mansuetudo, & pacis atque concordiae studium singulare. Verum dum talibus exercitiis toto animo & viribus incumberet optimus Antistes, morbo & obitu inexpectatissimo, sublatus est. Qui obiit apud suos, & Bergis sepultus est: anno salutis 1564.

LIX.

Gerardus natus ex nobili familia apud Geldrienses & Groisbeck. Eum parentes ob ingenii tranquillitatem in omni genere literarum optimis praeceptoribus, educandum tradiderunt, atque in omnibus virtutibus, instrui curauerunt. Contulit se Leodium & summi templi canonicis connumeratus est: inde ob summam morum integritatem, omnium calculis, qui illis praesisset, & cuius arbitrio gubernarentur, in Decanum electus est. Postea cum hunc gradum bene administrasset & omnibus eius singularis eruditio raraque pietas perspecta esset, defuncto praesule superiore, omnium suffragiis in ecclesia illius Episcopum anno Domini 1564. 11. die April. ex Administratore creatus est. Quam functionem etiam magna dexteritate perficit, & ab omnibus plurimum ob virtutes, diligitur. Literis sacris sedulo incumbit, & ut omnia hinc inde rite peragantur, quantum in istis rerum turbis fieri potest, summa diligentia instat, qui etiam suis virtutibus aliis exemplo est. In tumultu illo bellico anno dom. 1572. ubi omnia ad interitum spectare videbantur ipse sua prudentia, suae dicecesi praeuidit, ut non modo ab hostis improbitate subditi tuerentur, verum etiam, ut religio Catholica conseruaretur, & virus illud haereticos, ubi locum fixi se videbatur, extirparetur, summis viribus aduigilauit. de re Catholica quam optime mereri studet, qui & ingentem suae pietatis ac defendendae religionis gloriam iam

iam nupes consecutus est. Scit illius celsitudo, quod omnes
 pii Principes scire debent, tot se habere in suo regno fidos
 ac fideles subditos, quot habet vere Catholicos. Vbi enim
 fidei & religionis disparitas, fieri nequit, quin & ibidem sit
 animorum & affectuum diuersitas. Non enim fidus exit
 homini, qui infidus est Deo. cui cum non metuit fidem
 frangere, nec verebitur hominem in fide fallere, & fide-
 litatem subtrahere. Seditio in ciuitate quadam Hasselt, sua
 ditionis exorta fuit, quam tamen inuitus, debellauit, sum-
 maque benignitate in suos vsus, iterum in gratiam recepit.
 Postea cum Geusii ciuitatem Leodiensem, sibi dolo & vi
 subicere conarentur, tanta magnanimitate, tanta prudentia
 vsus est optimus Princeps, vt profligatis hostibus, ciui-
 tatem atque totam ditionem à tam pestifera tabe illasam
 conseruaret, atq; de hoste triumpharet. In his optimis ex-
 ercitijs prudens Præsul toto vigilat pectore. Propter eius in
 fide Catholica constantiam Romæ innotuit, quare Gre-
 gorius XIII. nil tale ambientem galero Cardinalitio dona-
 uit, anno Domini 1578. quo tempore & Abbatiam Stabu-
 lensem adeptus est. Eo quoque tempore defunctus est P.
 Georgius Syluius, sacræ Theologiæ Professor, vir eximius,
 Cellillius Suffraganeus : in cuius locum creauit D. An-
 dream Hemble, Theologum Carmelit, sic lætis tristitia in-
 terferuntur. Hanc miseriam defleuit Iob. 14. Homo natus
 de muliere, &c.

Traiectenses sui vicini ac subditi annis superioribus mi-
 seram & dolendam eladem (qui iustas suæ temeritatis &
 pertinaciæ pœnas luerunt) quod extero & numerofo præ-
 stitio circumuenti, ad resistendum regio exercitui com-
 pulsi, experti sunt. Hanc tragœdiam, quum studeam
 breuitati, alijs describendam
 relinquo.

CATALOGVS DE
VLTRAIECTENSI-
BVS EPISCOPIS,

CAPVT QVINTVM.

TRAIECTVM inferius, vrbs inclyta & memo-
rabilis. Olim dicta fuit Antonina, ab Antonio
Senatore Romano, fugiente tyrannidem Ne-
ronis. Est vrbs antiquissima originis, vt hoc
antiquitatis monumenta perhibent. Quod autem iam
Traiectum dicatur, est à traiciendo, quod Mercatores ha-
beant ibi frequentem per urbem transitum, & veteris
Rheni traiectus fuerit. Olim Rhenus urbem solebat allue-
re, verum eo iam amoto, per traiectus & fossas illuc per-
uenitur. Est diues & populosa ciuitas. Habet aedes prius-
tas pulchras, & Canonicorum collegiis quinque ornat.
Est ibi permagnificum templum, D. Martino sacrum.
Hollandia, vel aliorum sententia, Frisia ascribitur. Est
ibi Regium concilium, quod vicinarum urbium lites di-
rimit. Atx etiam pulchra & valde munita iussu Caroli V.
constructa, cui Vredenburg nomen inditum. Habet Anti-
stitem, qui in sacris latissime imperat, quem rex Philippus
Archiepiscopum esse voluit. Hanc Adrianus VI. Pont.
Rom. ortu suo auxit anno 1522. Potest, si necesse fuerit,
quadraginta hominum millia ad bellum armare. testis Ha-
drianus Barlandus.

I.

Willibrodus natus fuit ex Anglia, parentibus valde re-
ligiosis,

religiosus, patre Wilgiso, miraculose natus est: Natus puer,
 religiosus traditus est praeceptoribus, ut nihil videret nisi
 honesta, nihil audiret nisi sancta. In monasterio agens in
 omnium honestate & pietate, tanquam alter Samuel
 profecit. Fuit corpusculo modico & fragili, sed sensu gran-
 diauus. Anno aetatis 20. locum educationis relinquens, ad
 Hyberniam, ad viros pietate celebres, concessit. Ibi per
 annos 12. inter eximios haesit magistros. Inde 33. aetatis
 anno, assumptis aliquot viris honestis, ad Boreales nauiga-
 uit populos, ut viam veritatis illis annuntiaret. Peruenit
 cum 12. sociis ad Traiectum, id est, ad ostia Rheni: inde ad
 Pipinum Franciae ducem, qui eum perbenigne suscepit,
 contendit. Cum hic verbi diuini semina longe lateque
 sparsisset, ut maioris esset authoritatis, ab ipso duce Pipino
 Romam ad S. Sergium Pontificem missus est, anno domi-
 ni 694. Pontifex eum tum religiose suscepit, tum etiam
 Archiepiscopum eum ordinauit, & quicquid petere aude-
 ret, ei facile concessit. Quos inde protulit fructus, testes
 sunt & populi & ciuitates, testes & ecclesiae, quas erexit.
 Adiit & Frisiam, & Daniam, verum hic Rex durus obstitit,
 illic vero Radbodus obduratus, impediuit. Iam defuncto
 pio Pipino, Carolus Martellus filius succedens, cum mul-
 tas imperio adiecisset gentes, tum etiam Frisiam, & ut
 Willibrodus esset praedicator, eum in Traiecto Episco-
 pum agere, libenter annuit. Polluit vir Dei tum doctri-
 na, tum signis apud plurimos. Cum itaque omni tempore
 vitae in d. anno proficeret opere ac cultu, iam Deo dilectus,
 populo gratus, senex ac plenus dierum in perfectione,
 hinc est translatus ad meliora. Est Epternaci liber argen-
 to & auro scriptus ab Alcuino, qui vitam huius continet.
 Obiit autem 7. Decemb. & sepultus est in suo monasterio
 Epternacensi, quod ipse construi curauerat. Post mortem
 Deus multiplicib. ostendit signis, eius mortem & animam
 apud ipsum preciosam esse. Instituit in cultu diuino & Chri-
 stiana religione Batanos, Phrygios, Saxones & Sclanos. In
 suo conuobio Epternacensi primu agere coepit Abbatem,

dddd 4

DE
SI

& memo-
 Antonio
 idem Ne-
 is, ut hoc
 autem iam
 atores ha-
 & veteri
 bat allue-
 illuc per-
 des prius
 ornatu.
 o sacrum
 pitur. Est
 o lites di-
 Caroli V.
 bet Anti-
 Philippus
 I. Pont-
 fle fuenit,
 estis Ha-

valde re-
ligiosis,

anno 698, Præfuit Ultraiectionæ Ecclesiæ annis 45. & ætatis suæ 81. Christi 739. emigravit ex hac luce ad sempiternam.

S. Willibrodus leuavit S. Cuneram, quæ fuit consanguinea S. Ursulæ. Requiescit in Reinen oppido.

II.

S. Bonifacius Anglus, ex Regum stemmate, vir profundus religiosus, prudens, magnanimus, in sacris literis eruditissimus. Huius opera Germania gentes, multis implicata erroribus, idolorum cultura dedita, ad religionem Christi ac ad veritatis viam reducta sunt. Taxavit ipse omnium vitia, non popularium duntaxat, verum etiam ipsam regem Angliæ, ob libidines, auaritiam, crudelitatem, reprehendit. Singulos ad pietatem ac bona opera sedulo est cohortatus. Centum milia hominum baptizasse legitur. Discipulos multos, tanquam Ecclesiæ seminarium, instituit. Fuit summis Principibus ac Romanis Pontificibus clarus. Ex Anglia multos præclaros viros, quorum opera ad infidelium conuersionem vsus est, accersuit. Fuit primus Archiepiscopus Moguntinus, cui sedi cum annis 35. laudabiliter præfuisse, iam senex valetudinarius, cum audisset Frisones relapsos, ad inferiorem Germaniam cum 52. sociis descendit. Egit Archiepiscopus apud Traiectum ann. 35. Tandem impiorum gladiis Phrysonum, in pago Documentensi cum omnibus suis 52. ob Christi religionem occisus, martyrii nomen & gloriam adeptus est. Corpus eius primum Traiecti est sepultum, deinde Moguntia conditum; postremo per S. Lullum, eius successorem apud Moguntiam Archiep. ad Fuldensè relatam monasterium, quod extruxit, in quo & Abbatem & doctorem egerat. Post eius cædem Archiepiscopatus Traiectensis mutatus est, & Colonienfi Archiepiscopatu subiectus.

III.

Gregorius in diui Martini cœnobio, quod S. Willibrodus Traiecti erigi pro centum cœnobitis integre vitæ curauit

uit, Abbas, ortus ex Germania, post S. Bonifacium Ultra-
iectino populo in Episcopum ordinatus est. Quæ sui præ-
decessores in Evangelico opere feliciter inceperunt, ipse
summis viribus perficere conatus est. Tandem cum opti-
me annis 32. præfuisset, plenus pietatis operibus, salutis
humanæ 784. obdormiuit, & in templo Saluatoris mundi
Ultraiecti, consecutus est sepulturam.

I V.

Adelbertus Anglicus, S. Suiberti consanguineus, ad ec-
clesiæ clauum gubernandum asscitus est. Fuit eximie do-
ctrinæ ac pietatis, & morum claritate ornatus. Cum annis
decem præfuisset, mortem vidit temporalem, & in Salua-
toris ecclesia, anno salutis 794. sepultus est.

V.

Theodardus natus ex Frisia, cunctis congratulantibus,
Episcopale munus est consecutus. Sedit annos 6. in æde
Saluatoris, an. do. 800. terræ mandatus est.

V I.

Harmacarus natione Anglicus, qui ob eximiam pieta-
tem, sanctitatis titulo commendatur, præficitur. Vita lau-
dabili officio suo præfuit annis 27. Inde multiplici anima-
rum fœnore vitam hanc æterna commutauit. Sepultus est
beatus antistes in templo Saluatoris, an. dom. 827.

V I I.

S. Ricfridus Ultraiectini gregis pastor inde adoptatus
est. Hic ecclesiæ suæ summa deuotione, mirabili facundia,
sinceritate fidei, annis 9. præfuit. Inde magno religionis
augmento mortem sensit corporalem: & anno salutis 836.
obdormiuit cum suis patribus. Statutum est omnibus ho-
minibus semel mori. Heb. 9.

V I I I.

S. Fridericus natione Friso, nobilis genere, sed pietate
ddddd 5

nobilior. Commendatur à suis parentibus Ricfrido Episcopo Traiectensi, qui illum ob suas raras virtutes loco filij, & successoris in Episcopatu post eum habuit, quare eum & plurimum amavit, & Hypodiaconum ordinavit. Cum esset suarum facultatum factus hæres, eas in pauperes distribuit & per manus inopum, ad cælum transmisit. Episcopus Ricfridus cum eum tot instructum videret virtutibus, Diaconum, inde sacerdotem, vt secundum ab eo haberet locum, eum consecrauit. Post Ricfridi obitum Ludouicus Imperator mandauit Traiectensibus, Fridericū assumere in Præsulem: nesciebat enim quod primates eum imprimis omnes cuperent Episcopum: assumptus est ad episcopatum, verum ipse vehementer reluctabatur. Præsente Imperatore ac multo Clero consecratus est. Adit Imperatorem & amice eum cuiusdam errati admonuit, induxit eum non tantum desistere & confiteri peccatum, verum etiam vt promitteret se velle abstinere. Duxerat siquidē post Irmgardem secundam vxorem, quæ erat Bauari ducis filia quæ erat ei sanguine iuncta. Voluit Episcopus Canonum habere rationem. Cum autem mulier diuortij causam cognouisset, conata est virum Dei blanditijs & muneribus ad consentiendum inducere: Verum optimus Antistes nullo modo induci potuit, vt quid contra canones designaret. Interim Fridericus Episcopus vnâ cum S. Odulpho presbytero adiit Frisones, concionantur & eos ab erroribus conuertunt. Iuditha interim accusata est incestus, & detrusa in monasteriū, quod Imperatori displicuit, & hanc iniuriam vltus est. Innotuit res apud summum Pontif. Gregorium qui ei poenitentiam indicit. Verum dum Fridericus ableas esset, reuocata Iuditha, & Imperator ad vomitum rediens, omnia vento tradens, maius in eum concepit odium. Porro anno Domini 838. Imperatoris filij ex prima vxore, occasione hac commoti, communicato cum Episcopis & clericibus quibusdam consilio, ob ignominiosum illud coniugium, Imperatorem patrem in quendam occultam locum abduxerunt, ac in custodia posuerunt, & Iuditham in Italiam ableg-

ablegarunt. Verum filius eius maximus natu, Ludouicus, patrem suum liberare studuit & Aquisgrani (cum multi indignissime Imperatorem captum tulissent) in sede reponi. Restitutus iam, reuocauit vxorem, & cum ea inuitis omnibus, suauiter vixit. Inde in Episcopos quos suspectos habebat, manum iniecit. Fridericum autem qui huius eum criminis redarguit, exosum habuit. Cum hoc Iuditha non obscurum haberet, vt hic optimus Antistes è medio auferretur, per duos sicarios, non ignorante nec refugiente viro Dei, clam effecit. Interemptus est in crypta templi anno Domini 858. Qui ei nefarie aduersabantur, ac percussores sancti viri non fuerunt diurni, nec Imp. fortuna fœlix. Fridericus martyr multis luxit virtutibus & eum inuocantibus, medicum & medicinam exhibuit præsentem. Anno Domini 1362. Folckerus vicarius in Pontificalibus Traiectensis B. martyris caput auro & argento includi fecit. Frater eius in virtutibus non fuit dissimilior martyri.

I X.

S. Alfridus siue Albricus prædicti frater, ex S. Crucis Collegio, admotus, præfuit annis 7. qui à morte ad fratrem Fridericum in Saluatoris crypta (ambo viri insignes & sancti) tumulatus est. Fuerunt nobiles, sed virtute nobiliores.

X.

Ludgerus vir probus, inuitus ad Ecclesiæ regimen pertractus est. Plebi igitur suæ tum doctrinæ puritate, tum vitæ integritate annis 11. præfuit. Mortuus anno 856. ad S. Fridericum, quem vnice in vita coluerat, reconditus est, id est, in templo S. Saluatoris.

X I.

Hungerus decreto Clericorum ac Reipub. electus est. Polluit apud omnes morum honestate plurimum. Verum optimus antistes Nortmannorum truculentia, qui

Ciuitatem ipsam inuaserunt, destruxerunt, populum cum Clero misere trucidarunt, ac ingentem lanienam exercuerunt, resistere non potuit. Ipse cum nonnullis religiosis ad Lotharium Imperatorem, qui iam monasticam vitam in Prumia profitebatur, peruenit. Obiit tandem bonus Præful, anno salutis 866. Nordmanni venere ab Aquilone, gens truculenta.

X I I.

Odilbaldus admotus, Colonia Synodo à Carolo Crasso indicta, adesse anno Dom. 887. iussus est. Cum autem annis triginta quatuor præfuisset non inepte, rebus humanis exemptus est.

X I I I.

Egilbertus declaratus Episcopus, 10. mensibus præfuit, & venerabilis pastor anno Domini 901. migravit ad superos.

X I V.

B. Radbodus ex nobili Francorum stirpe prognatus, parentes habuit Christianiss. Verum ipse suis meritis suæ familiæ, imo mundo fuit ornamento. Ab ipsis cunabulis sacris literis ac pietati sedulo operam dedit. Primam suam ætatem sub Gunthero Archie. Colon. suo auunculo transegit. Verum cum huic res aduersæ accidissent, quod iniustum coniugium approbasset, adolescens discendi causâ regum aulas frequentare in animum induxit. Animi virtute iuuentutis motus comprimebat & omnibus vitis viriliter resistebat. Virtus eius regem non latebat, & eo etiam inuito, fama eius euulgabatur, utpote qui Deo gratus probaretur. Mortuo Egilberto Episcopo, hic Radbodus ab omnibus dignus iudicatur, licet repugnaret, qui in Episcopatu succederet. Suscepto igitur eo, benedictionem & consecrationem à viris piis habere voluit. Inde ipse se pietatis operibus & proximi salutis totum impendit, & quo maiores essent delitiæ, eo ipse arctiorem egit abstinentiam. In
omni

omni rerum abundantia, ipse abstinentissimus vixit. Quidam ei familiarissimus, eius volens explorare potum, dum cyathum furtim ori apponeret, aqua, qua Episcopus utebatur, statim in bonum vinum commutata est. Quod ubi ille comperit, Episcopo ad genua procumbit ac veniam precatur.

Fuit & eius benignitas in pauperes eximia: quicquid enim in miserorum solatium conferre potuit, id ad lucrum reputabat cœleste. Cum Dani Traiectensem vastasset ecclesiam, Dauentriæ ipse sapius morabatur. Toto pectore ad cœlestem aspirabat patriam, moriebatur mundo, vivebat Christo, & patrum suorum vestigiis sedulo insistebat. Nec deerat illi spiritus prophetiæ. Multa enim, vt prædixerat, cito & certo euenerunt. Iustitiæ adeo erat tenax, vt nec prosperis nec aduersis adduci posset, vt ab ea deflecteret. Lectionis & orationis studio nunquam fatigabatur, ieiunio, & misericordiæ officii non satiabatur. D. Martini officium, quem in patronum præcipuum elegerat, ipse composuit. Inimici eius quoties eum molestia afficiebant, nunquam impune tulerunt. Baldricum sibi successurum & ecclesie facultates adiuturum, prædixit. Obitum suum præsciuit & venienti domino, ipse lucernam præparauit. Ad pacis, concordie, charitatisq; studium, vt solitus erat, suos hortabatur. Infirmatus est in pago Trente, inde delatus in Otmarsem locum amœnum, in Nouemb. diem clausit extremum, fœliciter migrans ad Dominum, quem semper toto pectore amauerat. Corpus autem eius per Clerum & populum cum hymnis & psalmodiis honorifice delatum est Dauentriam, ibi reconditum. Præfuit annis 15. sanctissime, qui Græce & Latine fuit doctus.

S. Adelbertus Leuita, filius regis S. Osuualdi, Oratorium construens in Hollandia, post multorum paganorum conuersionem & laudabilem vitæ consummationem multis miraculis clarens. 7. Calen. Iunij fœlici sine, requieuit in Christo, sepultus in Egmonda. Fuit primus Archidiaconus Ecclesie Traiectensis.

XV.

Sanctus Baldricus filius Comitis Cliuix, cognomento Pius, vir doctus, & excelsi ingenij, in bellicis rebus acq̃ue exercitatus, fauentibus cunctis, hanc Pontificiam Cathedralam obtinuit. Inuenit ciuitatem ac templa misere à tyrannis lacerata, quæ ille reparare, & templum à S. Willibrodo constructum, restaurare aggressus est. Perfecit igitur templum illud, & sanctorum reliquiis plurimis adornauit. Scilicet quidem ex Italia transtulit corpora S. Benigni, Pontiani & Agnetis martyrum. Item inuenit corpora S. S. Odgeri, Odulphi & aliorum apud Traiectum. Præfuit annis plurimis, nempe 59. & iam dierum ac pietatis plenus, anno Domini 977. ex hac mortali vita migravit. Hic D. Brunonem, Ortonis II. fratrem, qui factus est Archiepiscopus Coloniæ, omni pietate instituit.

XVI.

Volmarus cum præco diuini verbi esset insignis, & pacis studiosus, ad hanc promotus est Ecclesiam. Præfuit annis 15. Sepultus à morte in templo Saluatoris mundi.

XVII.

Baldeuinus Comitis Cliuensis Arnoldi nepos, inde præfectus est. Sedit annis quatuor & inter mortales esse desijt anno Domini 994. Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? Psal. 88.

XVIII.

Aufridus Comes Bratuspontium, relicta militia, & morte mortua, ad sacra aspirauit. Eo prouectus est, ut ad Ecclesiam huius regimen dignus censeretur. Cæpit igitur Ecclesiam externo splendore exornare, cõstruxit monasterium B. Mariæ, S. Benedicti, prope Amersfordium. Deionem suam ad Ecclesiam legauit. In senectute cecitatem inuenit, & in suo monasterio vitæ finem anno Domini 1008. impersuit, ac in eo sepultus est.

XIX.

Adrobaldus S. Laurentij Bobiensis, S. Benedicti monachus

nachus, propter raram literarum eruditionem, huius parochiæ consecratus est Episcopus. Summum templum ruinofum diruit, & nouum construxit. Cum autem huius celebraret dedicationem, Henricus Imper. II. cum 12. Episcopis affuit. Cum Theodorico Hollandiæ Comite in pugnam descendit infœliciter: nam superatus est, & captus, abductus in Hollandiam, & annis tribus detentus in vinculis. Obiit anno 1027. cum præfuisset annis 19. ac in summo templo, ab eo constructo, sepultus.

XX.

Bernulphus honestus presbyter, ab Imperatore Conrado II. propter dissensionem eligentium hanc Ecclesiam commendatam accepit. Ex collegio Saluatoris viros integritatis, Dauentriam misit, vt in templo D. Lebuini, quod ipse construxit, diuinis laudibus diu noctuque vacarent. Templum S. Petri ac S. Ioannis Baptistæ Traiecti ædificauit. Obdormiuit in Domino, anno redempti mundi orbis 1054. sepultus in D. Petri Ecclesia.

XXI.

Gaillhelmus Geldriorum præfecti de Ponte filius, literis apertissime instructus, declaratur antistes. Verum hic animum simul mutauit cum honore, fuit insolentior, quam decuit. Henrico quarto Imperatori adhæsit, & anno sui præfatus 22. id est, Christi 1075. obiit. Profectus fuerat cum Sigefrido Moguntino Archiepiscopo Hierosolymam.

XXII.

Contadus ex Sueuia, vir nobilis, intercessione Imperatoris Henrici IV. declaratus Episcopus. Hic vt Hollandorum impetus posset constringi, Helmondanum præsidium collocauit. In conuentu multorum Germaniæ ac Galliæ Episcoporum Gastungi, cum Cæsaris Henrici Quarti

ſui patroni cauſam defenderet, poſt celebrationem Miſſæ in oratione procumbens, à quodam latomo Phryſio interfectus eſt anno 1099. Sepultus eſt honorifice in templo B. Virginis, quod ipſe extrui curauerat.

X X I I I.

Burchardus ordinarie eſt electus. Hic vir bonus columnam ſimplicitatem, ſerpentina induſtria, iuxta Chriſti Saluatoris doctrinam, exornare ſtudit. Cum eſſet à facie iniquitatis ſublatus, in primario templo, anno Dom. 1112. repoſitus eſt. Omnia quæ de terra ſunt, in terram conuertentur. Eccleſ. 40.

X X I V.

Godebaldus in Antiftitem vnanimi ſuffragio electus. Innotuit aliquot cœnobiorum religioſorum conſtructione. Hic epifcopus à Cæſareanis coniectus eſt in vincula, & per triennium detentus: Inde interceſſione Friderici Archiepiſcopi Colon. ac immenſa æris ſumma numerata, liberatus eſt. In hac tragœdia multi caſi & capti, ac in vincula coniecti. Cauſam huius calamitatis aſſerunt, quod ipſe Epifcopus fuerit cuiuſdam conſcius conſpirationis in Cæſarem. Cumq; iam annis 15. præfuiffet, ac lenio grauis, ceſſit officio, & in monaſterio S. Laurentij monaſticam eſt profeſſus vitam, ac poſt biennium in domino quieuit: anno dom. 1138. ſepultus eſt in ſummo templo.

X X V.

Andreas ex familia Cuckenſium Comitum, Præpoſitus Leodiſis, factus eſt Epifcopus. Præfuit annis 10. & naturæ neceſſitati ceſſit an. Domini 1138. Fuit vir bonus & ſe paſtorem fidelem in Chriſti gregem declarauit.

X X V I.

Herebertus de Boreu, ad epifcopalia munia electus, quibus præfedit an. 12. Huius tempore Theodoricus Comes Hollandiæ obſedit ciuitatē Traiect. & eam ad magnam redēgit

redegit in ediam. Episcopus hic suis ornatus ornamentis, comitante clero apertis portis, veit alter Leo I. Romanus Pontifex contra Atilam, obuiam Comiti intrepidus processit. Comes venerandi præfulis habitu perterritus, ad eius iermis prouolutus est pedes, & veniam petiit, & breui ab obsidione discessit. Tale quid legitur de S. Geminiano, & S. Lupo. Huius etiam tempore summum templum incendio apud Traiectum periit, ipse anno 1150. migravit ex hac vita.

XXVII.

Hermannus ex familia de Hoem, Præpositus Coloniae apud D. Gereonem, non sine dissensione in Episcopum est electus. Sub hoc Episcopo ciuitas Ultraiectina, alioquin concordia studiosa, in varias ac exitiales factiones peruenit. Cum Hermannus annis 6. præfuisset, extremum diem clausit, anno Domini 1156. alii dicunt eum morte subitanea extinctum: sepultus est in maiori templo.

XXVIII.

Godefridus Rhenanus, Traiecti Archidiaconus, nobilitate ac diuitiis clarus, declaratus est Episcopus. Hic cum uideret ditionem suam à vicinis Principibus inuadi ac molestari, ut posset resistere, arces aliquot opposuit. Habuit n. vicinos infestos, Frysijs, Geldrijs, Hollandos, Batavos, & quatuor castella crexit, ad eorum coercendam importunitatem. Fuit n. antistes opulentia ac magnificentia excellens, qui annis 22. summa cum laude ac utilitate, æterna dignus memoria, præfuit. Vitam hanc caducam anno gratia 1178. amisit.

XXIX.

Baldevinus II. filius Comitis Hollandi. Hic suo tempore varijs bellorum tumultibus afflictus est. Qui tis partum præfulatus sui spatio 18. annorum vidit, qui anno Domini 1196. è viuis excessit, sepultus in æde primaria.

XXX.

Arnoldus Comes ab Ittenburg, cum esset in schismate electus, profectus est vnà cum suo competitore Theodoricco, Archidiacono Traiectensi, Romam, ut dissensio so-

e e e e e

piti posset. Post triennium igitur hic Arnoldus ab Innocentio III. confirmatur, qui paulo post est mortuus, & Romæ sepultus.

XXXI.

Theodoricus de Hollandia, inde olim electus, in obitui Arnoldi locum ab Innocentio III. est instructus. Inde cum pararet reditum, Papiæ post tres menses obiit, ibique anno Domini 1197. sepultus. Sic Traiectensis Ecclesia per annos tres legitimam, ob duorum subitam mortem, non habuit Præsulem.

XXXII.

Theodoricus de Are, duorum Antistitum pacatis mortificationibus, omnium votis ad Ecclesiam concorditer præficitur, quam annis 15. laudabiliter rexit. Obiit anno gratiæ 1210. sepultus est in Ecclesia Cathedrali.

XXXIII.

Otto, Ottonis II. Comitis Geldriensis filius, designatus est Ecclesiæ Episcopus. Cumq; annis 3. gregi suo præfuisset, defunctus est, ac in D. Martini templo, anno 1217. sepultus.

XXXIV.

Otto II. Comes de Lippia, præfuit Ecclesiæ annis 11. piè. Coactus est propter rebellionem arcem Couerden obsidere, in qua obsidione perit, anno 1227. sepultus in primario templo. Habuit patrem Bernardum de Lippia, qui relicto seculo, monasterium est ingressus, & in Abbatem prouectus. Inde assumptus est à filio Ottone, Episcopus Lealhenfis in Livonia consecratus est. Postea pater & filius alium filium Gerardum in Archiepiscopum Bremensem oleo sancto iniungunt. Sic pater cum duobus filijs Episcopalia munia egit.

S. Odolphus his temporibus floruit, Presbyter & prædicator in his locis insignis. Floruit & S. Plechelmus, qui in Judeu zeel requiescit.

XXXV.

VWillibrandus Comes de Oldenburg, resignato Episcopatu Padibornensi, ad hanc electus & assumptus est Ecclesiam, anno Domini 1223. Hic Traiecti magnificum monasterium S. Seruatii construxit. Profectus fuerat ad terram sanctam secundò. Peregit in hoc Pontificio annos octo prudenter, & mortuus est anno 1233, sepultus in cœnobio suo S. Seruatii.

XXXVI.

Otto III. Comes Hollandiæ, omnibus congratulanti- bus ad Pontificiam peruenit celsitudinem. Hic talem se- gessit, vt moriens anno 16. præfulatus, magnum apud omnes reliquerit sui desiderium. Huius tēpore Machtildis, filia Florentii IV. Comitis Hollandiæ, soror Vvilhelmi, q̄ ad Imperii Rom. apicem electus est, contra Fridericum II. Comiti Hermanno ab Hennenberg nupta, vno partu si- mul pueros genuisse fertur 365. qui omnes in pelui ab isto Otone Pontifice, patruo suo, baptizati, ac paulo post ob- iere. Inter ostenta ab Historicis narratur. Excessit è viuus hæc Machtildis puerpera anno 1238. sepulta cum prolibus apud Loldanum, in monasterio montalium Ordinis Ci- stertienfis, à matre Machtilde, filia Ducis Heiarici Bra- bantiæ fundato.

XXXVII.

Gosvinius de Aemstel, Præpositus S. Joannis Ultraie- cti, vir nobilis ac locuples, Hic cum expenderet officii pon- dus ac difficultatem, atq; se minus idoneum videret, cessit, & summa cum gratiarum actione ad manus Capituli Epi- scopatum resignauit.

O quid solutis est beatius curis?

XXXVIII.

Heinricus Comitis de Vianen filius, Præpositus summi templi Colon. vniformiter est in Episcopum creatus. Ha- buit infestos Dominos de Aemstel, & cum eos aggredi

compelleretur, deuicit, & Ultraiectum captiuus duxit. Hac victoria ac spoliis adeò Antistes est ditatus, ut pulcherrimi operis arcem, quam pacis nomine Vrelandiam vocauit, ædificauerit. Cœpit quoque nouum opus summi templi, verum morte præuenus, imperfectum reliquit. Cum annis 17. cum laude præfuisset, anno Domini 1267. mortuus est, ac in primario templo, quod renouare inceperat, tumulatus.

XXXIX.

Joannes Anaxouianus, miræ simplicitatis, ac eruditionis perexiguæ, electus, qui ob literarum imperitiam confirmationem à Romano Pontifice non potuit obtinere. Præfuit nihilominus inuito Pontifice annis 20. non mediocri Ecclesiæ incommodo. Inde à suis Capitularibus Romani Pontificis Honorii IV. autoritate inuitus cedere iussus est. Hæc repulsa maius detrimentum prouincia attulit. Ipse arces aliquot vicinis impignorauit Principibus.

XL.

Joannes de Ziereck, nobili apud Lotharingos familia clarus, in Nassouii locum electus est. Hic cum Ecclesiam laudabiliter annis 9. gubernasset, à Bonifacio VIII. Tulensis constituitur Episcopus, Treuren. diæceseos.

XLI.

Guilhelmus è Mechliniensium heroum stemmate natus, in Romana curia Casarum Auditor, in Joannis locum successus est. Erant apud Ultraiectum factiones, & hic ab aduersæ factionis nobilibus captus est, & per annum in carcere detentus. Coactus est contra Hollandos bellum gerere, & in loco, qui Hohenwort dicitur, à nobilibus, qui Lichtenbergenses dicuntur, anno Domini 1301. cum annis ferè 5. in multis persecutionum turbationibus gubernasset, interemptus est.

XLII.

Guido de Hannonia, Canonicus ac Thesaurarius Leodienis

diensis Ecclesiae, vir magnificus. Cum praeset, arces tres ad provinciae fulcimentum extrui curavit. Vocatus est ad Viennense concilium, à Clemente V. & oblatum Cardinalium honorem recusavit, sua contentus Ecclesia. Praefuit Ecclesiae annis 16. non poenitendus Pontifex, & anno domini 1317. mortuus est, & in maiori templo sepultus.

XLIII.

Fridericus de Zierick, Praepositus Ecclesiae maioris, eisdem constitutus est legitimus Praeful. In diebus suis ab annulis patientiam didicit, verum comperiens, per multas tribulationes oportere nos in regnum Dei intrare, Actor. 14. anno 5. suae praesidentiae, id est, Christi 1322. mortuus & sepultus in maiori templo. Longior atas graues molestias multis affert.

XLIV.

Jacobus de Oesthoren Decanus à parte Capituli maiore electus, qui cum brevi praefuisset tempore, anno domini 1323. mortuus est: & alter cum eo creatus ab altera Capituli parte, Jacobus Sudensis Episcopus, Comitis Hollandiae instantia, cessit.

XLV.

Joannes de Brunchorst, Praepositus Ultraiecti vnanimiter electus, vt verus Pontifex regimen Ecclesiae & totius Pontificatus assumpsit: verum bonus Princeps à Joanne de D. est, magna improbitate est expulsus: hunc enim Joannes XXII. Rom. Pont. Auinione ordinauerat ac confirmauerat in Ultraiectensem Episcopum. Chrylostomus Homil. 5. super Matth. Velle super omnes, vituperabile est, sustinere autem alterum super se, gloriosum.

XLVI.

Joannes hic Diestensis violentus Episcopus, ingentia damna provinciae intulit. Cum aes alienum multum conflasset, anno 18. sui Pontificatus, id est, Christi 1340. obiit, sepultus in summo templo. Regno proficiendi fuit viri

clementes, fideles, & prudentes, & hi refugere consue-
runt, quibus iucundius est sua agere ac sibi viuere, suisq; a-
nimi bonis frui: mali verò, & qui minimè apti sunt, facile
adducuntur, atq; adeo potius inuadunt regnum.

XLVII.

Nicolaus Caputius nobilis Romanus, à Benedicto XII.
Pont. Antistes Ultraiectinus designatus, Episcopatu vo-
lens cessit, cum & nomen & dignitatem anno vno gessisset,
factus est Cardinalis.

XLVIII.

Joannes de Arckel, superiore cedente, à Clemente V.
constitutus est Episcopus. Hic cum ditionem suam in in-
tegrum restituere conaretur, multa cum vicinis Principi-
bus, suæ etiam ditionis aliquot equestris ordinis viris, bel-
la varia fortuna gessit. Ad eumq; statum res suæ ditionis
deuenerunt, vt relicta ditione in quorundam nobilium
tutela, ipse Romam profectus, paulo plus triennio sibi
moraretur. Inde reuersus, partim vi, partim & quis con-
ditionibus arces pignori datas sibi rursus subiecit. Perdu-
elles aut iussa facere, aut ditionem suam egredi coegit.
His magno animo peractis, & completis annis viginti
duobus in Episcopatu, ad Leodiensem sub Urbano V. an-
no Domini 1364. translatus est. Præfuit ibi annis qua-
tuordecim. Obdormiuit ibidem in senectute bona, anno
Domini 1378. & corpus Ultraiectum delatum, ac in D.
Martini templo sepultum. Anno Domini 1368. mortui
sunt Ultraiecti ultra vndecim millia hominum, grassante
peste.

XLIX.

Joannes de Vernenburg, dudum Episcopus Monaste-
riensis, huic Ultraiectinæ Ecclesiæ per Urbanum V. præ-
ficitur. Inuenit ditionem nullo alieno are grauata, ve-
lut in oppido Gora ultra Iselam ab insidiatoribus est ca-
ptus, & pro sua liberatione numerare cogitur decem & sex
millia scutorum, quare arces iam liberatas oppignorate
partus coactus est. Vixit in hoc Pontificatu annis septem, &

& obiit anno Domini 1372. sepultus in Ecclesia Ultraie-
ctensi.

L.

Arnoldus de Hoern per Urbanum V. Romanum Pon-
tificem, huius Ecclesie constituitur Episcopus. Cum vide-
ret Episcopatum esse grauatum alieno aere, adiuuantibus
hædicionis oppidanis, illud persoluere cepit. Cum annis
septem bene præfuisset, ab Urbano V. (non erat tum tem-
poris innotitum, ad alias Ecclesias transferre Episcopos a-
pud Romanos Pontifices) ad Leodiensem est translatus,
et post decennium ibi mortuus, ac sepultus in patrum
maiorum Hornensium sepulchro.

LI.

Florentius de Vveuelickhofen, ex Monasteriensi VI-
traiectinis datus est per Urbanum V. Antistes. Arnoldus
non erat sua contentus ditione, qui huic nonnihil mole-
stia intulit, cum utriusq; Episcopatus bonis insidiaretur:
verum oleum & operam perdidit. Erat hic Florentius ad-
modum prudens, qui omnibus improbis conatibus facile
poruit resistere. Rexit autem ditionem suam strenuè ac
prudenter annis quindecim ac mensibus sex. Diem clausit
extremum, anno Domini 1395. sepultus in Cathedrali
Ecclesia Ultraiecti.

LII.

Friedericus de Blanckenheim, Baro, permutato suo E-
piscopatu Argentinenfis, cui annis sedecim præfuerat, cum
hoc Ultraiectino, cum Vvilhelmo comite Diestensi, con-
sensu summi Pontificis Benedicti XIII. hanc obtinuit.
Cum huius Ecclesie factus esset Præsul, præclara multa
facinora cum laude & utilitate gessit. Profuit autem annis
30. & vitæ finem fecit anno Domini 1436.

LIII.

Friderico è viuis sublato, ingens orta est discordia, duo-
bus potentissimis competitoribus Rodolpho Diepholdio
Præposito Osnaburgensi & Canonico Colonienfi, &
Vvaltramo Moertano, Episcopatum hunc ambientibus.
Maior Ultraiectinae ditionis pars, & in his Transfela-

cecece 4.

ni Diepholdio fauebant, reliqui Moersano adhaerebant, Vterq; ad Romanum Pontificem, pro confirmatione missi. Vtriq; negata. Cum ita Ecclesia hæc variis motibus ac tumultibus tractaretur, datus est Episcopatus eius à Pontifice Rom. Rabano ab Helmstadt, Episcopo Spirensi. Ille iam senio confectus, dum omnia tumultibus ac factionibus plena Ultraiecti comperisset, oblatum Episcopatum recusauit, desperans se hunc sine cæde & sanguine adipisci posse: literas ad Roman. Pontif. dedit, orans, vt Suedero de Culenburg, Archidiacono Ultraiectino Episcopatum conferret, quem Pontifex in eo confirmauit, & consecrauit: quare à populo Ultraiectino plausibiliter, vt Episcopus, susceptus. Cum vix annum sedisset, ab aduersæ factionis ciuibus, Ultraiectum relinquere cogitur. Secessit Dordracum, vbi sedet annis 5, deinde priuatus Episcopatu, ab Eugenio quarto Papa, factus est Episcopus Cæsariensis.

LIV.

Rodolphus Diepholdius inde pro Episcopo recipitur, vnde infinita incommoda, ac Pontificis Maximi excommunicationes: tandem, vt paci consulere, per Legatum Rom. Pontificis confirmatus est. Suederus aut profectus Basileam ad Concilium, cum nihil obtinere posset, mortuus est in Concilio, & sepultus. Inde D. Vvalramus à Moers, Theodorici Archiepiscopi Colon. frater, à quibusdam in Ultraiectinum est creatus Præfulem. Hic, quum omnia Concilii Basiliensis acta essent abrogata, falsus est. Rudolphus autem interea quum gubernaret, arces ditioris suæ confirmauit & posteris magnificentiæ suæ æterna reliquit monumenta. Demum gubernationis suæ anno 25, ac Christi 1455, decessit. Ultraiecti in templum D. Martini sepultus.

LV.

Gisbertus à Brederoede, Præpositus Ultraiectensis, in Præfulem est electus. Quod cum videret Burgundionum
Dux,

Dux, Princeps prudens, factiones in Hollandia nondum abolitas, & Brederodanorum factionem ac potentiam suspectam habens, ut tam suis quam Ultraiectina factioni confuleret, à Romano Pontifice Calisto III. obtinuit, ut Episcopus designatus confirmationem acciperet, & ad Reipub. commodum & pacem, Episcopatus Ultraiectinus Præsuli Morinensi, Davidi filio suo conferretur: Quem unà cum Carolo filio Ultraiectum introduxit, Brederodanoq; sub certis conditionibus cedente, qui in Episcopatu federat anno vno & mensibus 4. Hunc igitur Davidem in Pontificiam sedem collocavit, ac totā ditionem, licet non sine armis, intra paucos dies, filio subiecit.

LVI.

David de Burgundia illegitimo natus thoro, Episcopus Morinensis, factus per Gisberti resignationem Episcopus Ultraiecten. præfuit cum summa laude 40. plus annis, suis charus, & Reipub. utilis. Is ea quæ Diepholdius in arcibus imperfecta reliquerat, perfecit, & multa eis addidit. Dorostati novam ædificare cœpit arcem. Rodolpho Diepholdio Ultraiecti monumentum sumptuosissimum extruxit. In pauperes fuit misericors, studiosorum doctorumq; victorum Mæcenas liberalissimus, religionis sacrarumq; ædium amator præcipuus: quod tot templis collata dona preciosissima testantur. Hic à quibusdam factiosis non sine vitæ dispendio ignominiose aliquando captus, libertati tandem per Maximilianum Cæsarem restitutus, iniuriarum immemor, Episcopatum suum postea pacificè rexit. Mortuus est plenus dierum in oppido VVicka, anno Christi 1496. & in templo D. Johannis Baptistæ iuxta Dorostatum sepelitur.

LVII.

Fridericus Marchio Badensis, vir placido modestoq; ingenio, pacis & tranquillitatis amator, concordibus Ultraiectinorum Canonicorum suffragiis Episcopus electus, summa omnium expectatione excipitur. Hic variis bel-

lorum tumultibus factionibusq; fatigatus, quem Carolus Geliorum Dux, homo inquietus, bellis grauib. nulla iusta causa, semper afflixit. Postquam 20. annis dicionem suam gubernasset, morbis senioq; confectus, & sibi & Ecclesie suae consulens, cessit, Philippo à Burgundia Episcopatum tradens. Lyrae in Brabantia oppido, extremum vitae diem, vir singulari praeditus pietate, clausit. Sepultus est Badis, in sepulchro patruo, anno Domini 1516.

LVIII.

Philippus à Burgundia, per resignationem Friderici Marchionis Badensis, Maximiliani & Caroli V. nepotis eius, tum Hispaniarum Regis autoritate adactus potius, quam tale quid ambiens, Episcopus Ultraiectinus honorifice inauguratus est. Nihil antiquius habuit statim ab initio Episcopatu, quam fratrem suum Dauidem, ut in officio, ita etiam moribus imitari, qui singulari praeditus fuit prudentia, imò maximis ornatus dotibus. Erant tum factiosi, & tranquillitatis æmuli homines, hos quantum licuit, compressit, ut paci tranquillitatiq; publicae consuleret. Arces collabascens restaurare & confirmare curauit. Ecclesiastica officia nunquam neglexit. Huic quoq; Dux Geliae Carolus, pacis impatiens licet Catholicae religionis studiosissimus, aduersatus est, auterens nonnulla, inter quae est Suolla oppidum. Praefuit ann. 6. mensib. 11. dieb. 14. Obiit autem eximius Antistes Dorestati, anno Domini 1524. sepultus iuxta fratrem suum. Extat ad eum Epistola aliquot Erasmi Roter, quibus eum magnifice extollit laudibus.

LIX.

Henricus Coadiutor Vormaciensis Episcopi, filius Ducis Bauariae, ac Comitis Palatini Electoris, ad Episcopatus huius gubernationem vocatus, magno nobilitatis ac ciuium Ultraiectinorum gaudio, post Philippum Burgundum, suscipitur. Habuit hic competitorum Erenburgensem, Episcopum Leodiensem, commendatum ab Episcopo Panormitano, qui & ipse designatus eorum Episcopus cupiebat, sed cum Henricus suffra-

giorum numero esset superior Erardo, in Episcopum declaratur, atq; confirmatur à Romano Pontif. Clemente VI, in vtriusq; diœceseos Antistitem. Sedit in Ultraiectiono Episcopatu Henricus annis 5. Verum hic Henricus cum animaduqueret, quæ incommoda Episcopatui & sibi & suis prædecessoribus, licet potentissimis, à vicinis Principibus, malè feriatis hominibus, præsertim à Carolo Duce Geliæ, hoste implacabili & permolesto, inferrentur, & quod omnia essent plena factionibus, tumultibus & proditionibus, cum Ecclesiæ labanti subuenire non posset, neq; obistere tyrannicis incursionibus, quibus subditi eius grauabantur, ad opem Caroli V. Cæsaris, aduersus vim, implorandam, redactus fuit. Quapropter inuito consilio, & assensu ordinum, visum illi fuit pro communi cõmodo populi, ius Episcopatus & dittonem tradere & resignare Domino Burgundico, eamq; incorporare Ducatui Brabantia, & Comitatu Hollandia, seruata interim sibi & posteris Episcopis integra, qua nomen Episcop. Ultraiect. patet iurisdictione ecclesiastica. Quod confirmatum est Pont. Rom. autoritate, & ipse inde tranquillitati suæ consulturus, Vvormaciam concessit, & postea post Philippi fratris sui mortem, factus est & Episcopus Frisingensis, vbi vtriq; Episcopatui summa cum laude præfuit, Anno Domini 1522.

Adrianus VI. Germanus, Traiectensis, Præceptor Caroli Imperatoris, moderatæ vitæ homo, Papa 228. in Leonis X. locum successit, qui sedit mensib. 20. hoc quoq; anno moritur.

LX.

Guilhelmus de Enchuordia, Brabantinus, Cardinalis & Episcopus Dertusensis in Hispania, per Comitem Hochstratum declaratus est absens Episcopus Ultraiect. autoritate Caroli V. Cæsaris. factus fuerat Cardinalis ab Adriano VI. Pontif. Maximo, propter patriæ cognationem. Egerat Romæ multis annis, qui huius Ecclesiæ nomen ad dignitatem annis 7. gessit. Interim Suffraganei in Pontificali-

bus fungebantur sacerdotis opera. Obiit Romæ & ibidem est sepultus.

*DE VIRIS QUIBUSDAM DOCTIS,
qui Ultraiecti potissimum sub istis Præsibus
floruerunt.*

Ioannes de Arundine Ordinis Carmelitarum Vicarius Davidis in Pontificalibus, innotuit scriptis. Fulsit circa annum Domini 1490.

Gerardus Nouiomagus vir valde doctus, qui multas scripsit historias, & Episcopo Ultraiectino fuit à concionibus sacris. Ad hunc extant Erasmi epistolæ ac eiusdem ad Erasmus. Floruit anno Domini 1532.

Erasmus Roterodamus natus est anno Domini 1469: qui relicta sua patria in superiori Germania vixit. Mortuus est Basileæ anno 1536. Eius vitam describit Beatus Renanus in Epistola ad Electorem Colon. Hermannum. Extat D. Thomæ Mori epistola ad Erasmus, qua illum hortatur, vt scripta sua retractet & corrigat: alioquin fore dicens, vt ab Ecclesia reiciantur. Non omnino vanus fuit vates ille eximius vir: nam videmus hodie Ecclesiæ de Erasmi scriptis iudicium.

Georgius Macropedius Comicus egregius, Coloniz & Traiecti magnum sibi nomen ob multiplicem eruditionem comparauit. Fuit de Ordine Fratrum in communi viuientium. Vixit anno Domini 1547.

Joannes Pigijs Campis natus, Doctor Theologiæ, Canonicus Ecclesiæ Traiecten. Innotuit suis scriptis, qui Romanam Ecclesiam contra Lutheranos constanter defendit. Obiit immatura morte anno Domini 1345.

Albertus Pigijs alius natus ex Batavia, socius Adriani Pontificis, in studiis. Fuit hic quoque acerrimus hostis in Lutherum. Obiit nondum senex in patrio solo, sacerdotiis à Clemente VII. & Paulo III. liberaliter cohonestatus.

Matthias Bredenbachius, natus anno 1490. Hic semper
bonis

bonis studiis incubuit & feliciter perdidicit. Ob varias virtutes & eruditionem Rector scholæ Embricensis constitutus est, qui cum aduersæ partis Theologis multas habuit contentiones, atque libellis æditis eorum sententias contutavit. Obiit veneranda canicie anno Domini 1559. ætatis 70. à suis honorificè sepultus. Liberos habuit eruditissimos, inter quos potissimum elucescunt Theodoricus & Tilmannus Bredenbachii. Agit Tilmannus Theologiæ Professor Canonicum apud diuum Gereonem, qui ob sua docta scripta merito eruditus connumeratur.

Habuit schola illa Embricensis Rectores doctissimos D. Petrum Hompheum, D. Henricum Vranium Refenseri.

Joannes de Dauentria Franciscanus ac Ordinis eiusdem Prouincialis: ædidiit exegetim absolutissimam errorum, qui sunt in confessione Lutherana & Apologia. Vixit anno Domini 1535.

Adamus Sasboldus Delphius, vir Græcæ ac Latine literaturæ doctissimus, ac pius, de Ordine D. Francisci, claudit circa annum Domini 1540.

Joannes Royardus Antuuerpiensis Minorita item, qui in Euangelia Dominicalia & epistolas ædidiit doctas ac pijs homilias. Vixit anno Domini 1540.

LXL

Gregorius filius Comitiss de Egmunda, à Carolo Cæsare datus est Ultraiectinis Episcopus. Fuit vitæ honestæ ac tranquillæ amator, & studiosus imitator. Hic anno Dom. 1559. die 26. mensis Septembris, postquam eandem Ecclesiam magna cum laude ac vigilantia annis 25. administrasset, excessit è viuis in Abbatia regali apud sanctum Amandum: vbi corpore conditus iacet, corde ipsius in summo templo Ultraiecti reposito. Est hic mystagogus omni laude dignissimus, qui suo tempore nihil intermisit, quod optimi curam patris deposcere videretur: in terris enim pedibus Christi officiosissime semper deseruiuit, hospitibus, pauperibus atque diuitibus peraquè benignus: à

morte certa pramia recepturus non dubitatur in regno
cœlesti.

LXII.

Fridericus ex nobili familia à Tautenburg aliàs Schenck,
Decanus S. Petri Ultraiecti, Camera Imperialis Spiræ Al-
fessor non postremus, vir doctus anno Domini 1561. die
13. mensis Nouemb. electus & in locum demortui supra-
dicti Præsulis Ultraiectini successus est, idq; ob summam
patris sui Georgii Schenck apud Carolum V. Imp. fide-
litatem. Hic Fridericus summa vigilantia Episcopalia mu-
nia in turbulentissimis temporibus administravit. Curat
vt ministri fideles ac docti ad cultum religionis institu-
antur, tum vt populus in officio contineatur ac deuotione
augeatur. Agit præconem diuini verbi strenuum. Rex
Catholicus Philippus dum nouos in suo Belgio institu-
eret Episcopatus, hunc in eis partibus Archiepiscopum esse
voluit. Verùm annis superioribus dum Geusii in eis par-
tibus tumultuare cœperunt, eorum furor hanc quoque
infecit ac inuasit Rempublicam, & in ea ciuitate vt in aliis
locis, mirè tumultuatum est. Videmus eo res humanas
deuenisse, vt nullis vnquam seculis existimem plus licuisse
impudentiæ, plus licuisse stoliditati, plus sceleri, quàm a-
pud illos. Bonus autem Episcopus iam senio grauis, id est,
octogenarius in suo agit Episcopatu, diem expectans su-
preum, & quem sint habituri finem tumultus isti.

DE MONASTE- RIENSIBVS EPISCOPIIS

CAP. VI.

Carolus Magnus tertiam Episcopalem Ecclesiam ere-
xit, in Mediterraneis Saxoniæ, nunc Vvestphaliæ, in
Mimingtode, loco, qui postea ab insigni ibi fundato mo-
nasterio, Monasterium fuit denominatus, ordinatque ibi
Episcopum Ludgerum, natione Frisum, qui habuit fra-
trem

rem Hildegrinum, Episcop. Halberstaden. Ecclesie. Ludgeri successor 14. Hermannus, dedicauit & consecrauit Monasterium & Ecclesiam trans aquas, in titulum & honorem B. Mariæ Virginis. Quod Monasterium Sanctimonialium breni ita excreuit adeoq; factum est celebre, ut nomen dederit & Ciuitati, & Episcopo, ita ut paulatim ab obliuio veteri Mimigardeuodensi vocabulo, inceperit dici Ciuitas & Ecclesia Monasteriensis, quod nomen præuarit in hodiernum vsq; diem. Est vrbs & natura & arte egregie munita, præsertim post Anabaptistarum interitum. Aquam habet, quam auertere haud facile fuerit. Ipsa in planitie sita, colles nullos habet vicinos quos hostis possit insidere. Est Senatus ibi prudentissimus, qui summo studio cauet, ne perdita hæresis radices agar. Sunt ibi quoq; amplissima Collegia. Est Metropolis totius V Westphalia, quæ Catholicam Religionem (quod suo periculo doctior euaserit) habet & tuetur. Joannes Murmellius, huius vrbs Receptor doctissimus encomium eius descripsit, anno Domini 1513.

I.

S. Ludgerus natus ex Frisia, quæ iam Euangelica luce per Di. Bonifacium illustrata erat, quæq; multos insignes pietatis diuinæ cultores dedit, natus: hic ab ipsa infantia Deum timere ac literas sacras amare cepit. Quare iuuentutem suam sub optimis tranlegit præceptoribus. Instruitus igitur tum literis sacris, tum pietate, non potuit non hæc aliis in seipsis impartiri. Hac igitur sedulitate innotuit & mundo & Principibus. Alcuinus vir apud Carolum Magnum summæ authoritatis, cuius consilio in rebus sacris utebatur, hunc apud Regem commendauit: quare ab ipso Carolo cuidam vitorum Monasterio, præfectus est: quibus sanè prodesse, non præesse, diligenter non timere studuit. Cogitauit de suo patrimonio monasterium construere, & ibi mentis suæ tranquillitati locum fingere. Construxit igitur vnà cum fratre suo Hildegrino,

qui factus est Episcopus Halberstatis, cœnobium celeberrimum, ordinis D. Benedicti in Vverdena, in quo Monasterio construendo, cum locus esset arboribus confusus, & minimè aptus, ipse suis precibus magis, quàm alii labore, arbores subuertit. Putauerat iam suæ se deuotionis locum adeptum, & ecce Caroli Magni Imperatoris auctoritate, euocatur, & Saxonum Ecclesiis, præsertim Mirmigardeuodensi, quæ iam fidem Christi profiteri cœperant, præficitur. Hic, quod oneris erat, suscepit, quod honoris, declinauit: quod inflare poterat, cavit, quod adificare, subiuit. Auctoritate igitur Archiepiscopi Coloniensis Hildebaldi, licet reluctans, in Episcopum Mirmigardensem, quæ nunc est Ecclesia Monasteriensis, consecratus est. Hic commissam plebem miraculis & doctrina ad Christum plenius conuertit. Mortuus est vir sanctus anno Domini 809. & in tuo Monasterio in Vverdena sepultus. Habuit & sororem sanctam Herebergam, Obtempereparationem eius memoria Dauentriæ in summa habetur ueneratione. Præsides præsentis anno 1580. in signi Vverdensi Monasterio, R. D. Henricus Doeden Xantenis, multis nominibus commendandus Abbas. S. Hildegerus frater S. Luidgeri, anno domini 780. à Carolo Magno primus Antistes Selestadianæ Ecclesiæ designatus est: Præfuit optimè annis 47. sepultus apud fratrem.

II.

Gerfridus Ludgeri nepos, & dignus in tali munere successor, præficitur: studuit enim eius mores & vitam imitari. Huiusmodi enim pia facta, quæ Sanctorum celebrantur pietatem, Gerfrido minime defuere. Quamdiu præfuerit, & quibus potissimum refulserit operibus, scire non potui. Fit autem incarnationis Christi anno 810. huius Ecclesiæ non erubescendum lumen.

III.

Alfridus vir deuotionis & sanctitatis eximia, superiori datus est successor. Functionis suæ exactam habuit rationem,

nem, quare Ecclesiæ suæ, tum populo sibi commisso vtiliter ac fructuose præfuit. Sub Ludouico Pio Imperatore anno Domini 835. Deus illum de medio iniquitatum eduxit, vt laborum suorum fructum perciperet.

IV.

Lubertus tempore Sergii Rom. Pont. ad clauum Ecclesiæ, vir excellentis pietatis parisq; modestiæ, promotus est. Fuit temporibus filiorum Ludouici Pii, qui cum non possent de amplissimis, quas pater reliquerat, ditionibus conuenire, bellis se mutuis cruentissimis læniabant. Hic Episcopus à sua Ecclesiâ Verdenam abalienauit: & raptus est, ne malitia eius mutaret intellectum, satis maturè.

V.

Bertholdus sanctitate ac singulari præditus clementia, præsidere cœpit anno Domini 895. Imperatore Arnulpho. Per tales patres, morum grauitate & vitæ sinceritate claros, Ecclesiæ fundamenta iacere Altissimo placuit per orbem, non tam auro & matmoterutilancia, quàm doctrinæ & virtutum miraculis redundantia. Episcopus hic suam declarauit sanctitatem, quod ieiunio & precibus morbum Medicis incurabilem sanauerit, cuius iam nomine optime audit apud Deum.

VI.

Vvilhelmus pastor plebanus in Catzenhusen, ob incredibilem suam religionem, ad hanc promoueri meruit Ecclesiâ. Imperator ex venatione fortè fortuna ad hunc diuertit. Cumq; pro sua simplicitate hospitem (ignorans esse Imperatorem) benigne tractaret, iussit hospes, vt quid ab illo postularer. Video, inquit ille, te esse venatorem, percipio igitur, vt ex primo occurrente ceruo habere possim corrigiam, qua cinguli vice utar. Spondit ille, & videns viri sanctitatem, pollicitationem factam alta mente reposuit. Quamprimum igitur vacauit Episcopatus Mimigardensis Ecclesiæ, vocauit hospitem suum, & totis renitentem conatibus, ad eum induxit. Legun-

f r f f f

tur de hoc Episcopo nonnulla præclara facta. Quamvis præfuerit, certum non habeo. Fuit autem annus circiter Christi 920. quo Henricus Auceps præerat Imperio.

VII.

Richardus in utroque homine vir nobilis, inde ad hanc promotus est Ecclesiam. Fuit ex Regali familia ex Anglia ortus, & religione Christiana conspicuus. Maluit hic pars vir modestia, quàm armis in suos ministeriales, qui eum molestiis afficiebant, decertare. Præfuit autem sub Ottonem I. Imperatore, qui incredibili usus est felicitate.

VIII.

Rainoldus superiore morte sublato, ad gubernaculum peruenit. Famam hic posteris immortalem hac occasione reliquit: Fuit eius tempore omnium rerum caritas maxima, quare ipse sua largitate profusa, velut alter Joseph, multorum succurrit inopiæ. Terra illa Vestphalica satis est sterilis, verum quia pietas ad omnia valet, patris optime potuit prudentia, quod terræ inopia denegauit. His pijs exercitijs vitam hanc terminauit.

IX.

Hildebaldus post hunc agere cepit Antistitem. Hoc habet memoria dignum, quod suis fratribus multa contulerit beneficia. Non moueat quenquam, quod fratrum fiat hic mentio, quod olim illi, qui iam gaudent vocati Canonici, Fratres fuerint: & fecerunt omnes sub D. Augustini regula viuere. Nolunt modò dici Fratres, verum Domini appellari gaudent. Vide quid D. Bernardus de illis qui sine ordine viuunt, dicat, lib. 3. de consid. Erasmus in epistola quadam ait: Omnes esse volumus Canonici, sed Canonice viuere nemo. Fuit hic Episcopus sua Ecclesiæ singulare ornamentum.

X.

Dodo post ad gubernaculum admouetur. Datur huius testimonium vitæ breue, sed bonum, quod Ecclesiam re-

erit laudabiliter, id est, moribus bonis ac vita pia eam intruxerit. Magnum thesaurum relinquere videtur, qui nomen bonum relinquit. Proverb. 22.

XI.

S. Snederus inde fuit succedaneus. Hic talem se gessit, ut omnium opinione, Sanctorum catalogo & albo inscribi debuerit. In initio sui Pontificatus vidit bella, verum illa omnia Otto II. Imperator in Galliam transtulit, quum illo legitimo regi, & regum regi Christo, sua nollent prestare. Ipse Pontifex pietatis plenus ut dierum, desit esse inter mortales.

XII.

Theodoricus inde administrat Ecclesiam. Hic suę conscientię testimonium reliquit, quod seipsum religiosum exhibuerit, & Ecclesię bonis optimè prospexerit. Quando terras reliquerit, nullibi reperi.

XIII.

Sigefridus sortitus Ecclesię gubernaculum, tum modestus, tum facultate in bonum statum redigere studio habuit. Vidit hic miram in Imperatore Henrico II. ac coniuge sua, sanctimoniam. Cum autem vitę mortali imposuisset colophonem, locum dans alteri, in fata concessit.

XIV.

Hermannus vir valde præclarus, eius nominis primus, anno salutis nostrę 1025. Hunc Episcopatum summa industria, hoc est, religione in Deum, vigilantia in populum administravit. Monasterium eius adiutorio trans aquas constructum, ipse in honorem B. virginis genitricis Martę consecrauit quod sua celebritate & vrbi & prouincię, abolito veteri vocabulo Memigardensi, nomen Monasteriense dedit. Episcopus autem cum vitę terminum feliciter felicissimum, anno 1050. esse desit.

XV.

Robertus post huius obitum ministerium sortitus

fffff

est. Vtrique Ecclesiæ, id est, spirituali & materiali optime prospexisse memoratur. Eius tempore Henricus Imp. III. in Ingelheim cum sua sponsa Agnete Comitissa Picta uen- si celebrauit nuptias, quibus cum se histrionum ac iaculatorum ac huiusmodi multa turba ingereret, omnes expul- lit, ac vacuos dimisit, pauperes eorum loco suscipiens. Episcopus à morte ad meliora transiit.

XVI.

Fridericus frater Marchionis Misnensis ac Magdebur- gensium fratrum Præpositus. Hunc ad Archiepiscopatu- tum Ecclesiæ Magdeburgensis, fratres sui Collegii, præfer- cere nitentur contra Engelhardum, verum ius regium Henrici IV. & Diui Annonis Archiepiscopi Colonien- sis, cuius summa erat autoritas, præualuit, & Vessilo eius Ger- manus frater, vir nobilis & bonus præfertur. Sanctus An- no autem Archiepiscopus Colonien- sis hunc Fridericum Monasterien- si Ecclesiæ præfecit & ordinauit Episcopum. Præfuit laudabiliter sub annum Domini 1070.

XVII.

Erpo superioris nepos, sanguine Magnapolensium, vir nobilis & syncerus, inde creatus est Episcopus. Profectus hic cum aliis multis Germaniæ Episcopis ac Principibus exhortatione Urbani II. cum Godefrido Duce Bullionis ingenti expeditione in Palestinam, vbi Antiochia ac Hierosolyma ac aliis locis potiti sunt: Inde reuertus selleret Ecclesiam suam multis annis optime rexit, bonum ac fide- lem Christi militem ac pastorem se declarans, qui bono fi- ne hinc migravit, anno domini 1099. A morte ad S. Mau- ritium sepultus est.

XVIII.

Theodoricus de Vvintzenberg eo tempore quo Imp- ratores & Romani Pontifices plurimum dissidebant, ad Ecclesia gubernationem asscitus est. Henricus Impera- tor eum reiecit, Ludgerus Dux Saxonie, & Comes de Vvintzenberg eius cognatus reduxerunt. Cum autem ci-
us

res ac ministeriales ei quoq; aduersarentur, res ad arma peruenit. In conflictatione ex ignitis iaculis Ecclesia S. Pauli incendio perit. Inde D. Theodoricus apud Ecclesiam ad vitæ terminum permansit. Habuit ædificandi Ecclesiam reformandiq; prauos mores, haud dubiam materiam. Obiit anno Domini 1127.

XIX.

Heinricus à morte Erponis fuerat electus & constitutus Episcopus, verùm à quibusdam eiicitur, & Heinricho Regi præsentatur. Hic eum quamdiu Theodoricus superstitis fuit, in honore secum retinuit & inde cum honore ad Ecclesiam reuexit, qui templum D. Pauli confligratum reparauit. His temporibus fuit exitiale & diuturnum schisma in Ecclesia: nam Pontifex Romanus & Imperator de Ecclesia iure vehementer disceptabant: & hæc res ingentia scandala peperit. Fuit hic Episcopus circa annum domini millesimum centesimum vigesimum quintum.

XX.

Egbertus huius Ecclesiæ connumeratur Protomytha. Fuit apud Lotharium Imperatorem magnæ autoritatis, qui eo Legato ad Concilium ad Clarum montem, ab Innocentio II. indictum, usus est. Reparauit Monasterium Montalium trans annem, & Moniales reuocauit, inter cognatos vagantes.

XXI.

Vernerus vir multis conspicuus virtutibus, substituitur. Huius tempore Comes à Cappenberg deuotionis ergo castrum suum in Ordinis Præmonstratensis collegium commutari passus est. Ordo ille iam recens adeo feruebat, vt & ipse Comes eum profiteretur, & Episcopus ibi viuis sepulturam eligeret. S. Noitbertus Christi Confessor ornatus infinitis virtutibus. Natus fuerat Lotharingus genere, diuitiis, eloquentia clarissimus. Literas factas diligenter didicit & sacerdotio ætate maturus initiatus est. Hunc ordinem sanctè exercuit, & verbum Dei

magno zelo prædicauit & plurimos ad fidem Christi religionemque conuertit. In omnibus autem seipsum præbuit exemplum bonorum operum. Habuit 15. socios viros honestos, cum quibus Præmonstratensem Ordinem iuxta D. Augustini regulam anno domini 1120. instituit. Reliquias Sanctorum sacras semper in summo habuit honore & eas studiose collegit. Ob loci sanctitatem se Coloniæ contulit, & cū cognouisset, ibi multas latere Sanctorum reliquias, deuotius ibi egit, institit orationibus, ieiuniis, vigiliis, & hac occasione ei multa abscondita reuelata sunt. In eius præsentia multæ sunt manifestatæ & inuentæ reliquiæ, vt Diui Gereonis & sociorum eius. Indicta ieiunia ab Ecclesia ipse cum suis strictim obseruabat. Peruenit Magdeburgum & ob sanctitatis famam constitutus est illius Ecclesiæ Archiepiscopus, quam summa cum laude ac pietate 8. annis tenuit. Multa construxit Monasteria, miracula per cum Deus plurima operari dignatus est. Eo autore insignis illa Basilica Virginis Mariæ apud Antuerpiam constructa est. Postremo in pace anno salutis nostræ 1124. Magdeburgi requieuit. De eius Canonizatione non legitur.

Heinricus ex nobili familia à Vyalpot, apud Germanos educatus est in omnis generis virtutibus. Erat optima indole & magna corporis & animi fortitudine præditus. Profectus est cum aliis Germaniæ Principibus pietatis ergo Hierosolymam, vt rebus Christianorum laborantibus succurreret. Ibi Germani Nobiles Theutonico equitum Ordinem ex voto instituere, & hunc Heinricum, virum Pium suum Magistrum & Ducem crearunt. Heinricus cum suis multa præclara facinora contra impios edidit, & in præliis sæpe victor nuntantem Christianorum in Syria Rempublicam restituit: Effecit vt multi Nobiles & Principes Germaniæ sua bona huic Ordini conferrent & ipsum Ordinem amplecterentur. Ordo hic inter eos connumeratur, qui vitam suam & omne studium eò intendunt, vt Christiana Ecclesia & doctrina pos-

set propagari, qui omnem suam substantiam & proprium sanguinem impenderunt, ut infideles & crucis Christi inimici oppugnari queant. Sunt enim illi, de quibus Æneas Sylvius, qui postea summus Pontifex Romanus creatus est, & Pius secundus dictus, ait: nemo recipitur ad eam religionem, nisi Teutonicus, nobilibus ortus parentibus & cui præpositum est, pro Christi Euangelio, aduersus salutiferæ crucis inimicos depugnare. Ob eam rem vestimentis albis vtuntur, nigra cruce infusa.

XXII.

Henricus I. anno redempti orbis 1184. declaratus est Episcopus, Pro noua constituenda Ecclesia valde fuit sollicitus, verum accidit illi quod sancto David regi in ædificando templo. Fuit sub Friderico Imperatore, sub inquietis temporibus. Hoc tempore Dux Saxonie Leo ab Imperatore proscriptus est, & Vestphalia Archipræsuli Coloniensi assignata, quam adhuc retinet. Vide in Coloniensibus.

XXIII.

Ludouicus Comitum de Tekenberg, Ottonis patruus, ordinatus est post Henricum Episcopus. Erat autem vir magnanimus, qui suam Ecclesiam amplificauit, & multis bonis ac priuilegiis illustriorem reddidit. Fuit autem circa annum Domini 1190.

XXIV.

Godescalcus Saxo, verum humili natus loco, qui natalium tenuitatem sua virtute egregie illustrauit. Suis enim virtutibus, Imperatoris autoritate ad Episcopatum promotus est, & cum contra omnes insurgentes egregie defendit, & summa cum laude rexit. Tandem anno Domini 1200. inter mortales esse desuit. Hic rectè illud Cypriani expendit. Eius est in mundo diu velle manere, quem mundus oblectat, quem seculum blandiens atque decipiens, illecebris terrenæ voluptatis inuitat.

fffff

XXV.

Hermannus II. Comes de Catzenellebogen, succedit, qui ob summam benevolentiam à subditis Patet vocatus est. Duas Ecclesias collegiatis Monasteriū S. Martini & Ludgeri instituit, ac Monasterium Campi S. Mariæ fundavit. Secutus est Imperatorem in Italiam, à quo ut ipse, & Successores, Principes appellarentur, ac potestate gladii secularis vrantur, obtinuit. Obiit anno Domini 1246.

XXVI.

Otto Comes de Bentheim, Præpositus Bremensis, Hermannō in regimine succedit. Hic omnium primus per Clerum est electus: siquidem ad ipsius usque tempora Imperatores ibi Antistites constituerant. Aharica expeditioni cum aliis multis Principibus interfuit, & multa præclare gessit.

XXVII.

Theodoricus inde ad Ecclesiæ gubernationem susceptus est Ecclesiam D. Pauli novam condidit, & altiorum digna fecit. Fuit de sanguine Comitum de Osnaburg, & fratrem habuit Brunonem, Episcopum Osnaburgensem, & fratrem Laicum Fridericum, qui Archiepiscopum Colonensem S. Engelbertum, virum optimum, crudelissimè interfecit. Hæc cædes non tantum homicidæ Comiti, qui Coloniae interfectus est, ac nobis corpus datum corvis, sed toti progeniei, pessimè cessit. Ambo fratres Ecclesiastici, tanquam sceleris confecti, apud summum Pontificem accusantur, cum essent convicti, componuntur, qui tamen Pontificis favore, restituntur. Theodoricus hic post laudabile regimen ad meliorem gravit.

XXVIII.

Ludolphus de domo Nobilium de Holte, successit. Licet ob Ecclesiæ defensionem multa & dura ab adversariis pateretur, ipse tamen pro sua magnanimitate semper triumphavit. Nobiles admodum Ecclesiæ infestos & præfractos, ipse domuit & extirpavit. Arcem VVelleberg

legge Ecclesie munimentum, extruxit. Inde vitæ cursu
 ab Rudolpho Imperatore consummato, ad manes supe-
 ros concessit.

XXIX.

Otto II. illustris Comes de Lippia successit. Fuit autem
 tempore Alberti Magni, id est, Christi 1266. hoc memo-
 riale reliquit, quod Vechtam ditionem suæ Ecclesie ma-
 gnis impensis adiecit. In fine vitæ verè cognouit, quàm
 pauca sit & misera pulueris nostri gloria. Omnis enim caro
 cinerum, & omnis gloria eius quasi flos sæni. Esa. 40. In
 hac sui cognitione feliciter mortuus est. Sis memor hu-
 manæ fortis, quæ tollit eoldem, Et premit incertas ipse
 veterere vices.

XXX.

Wilhelmus II. de Baronibus de Holt ordine legitime
 successit. Hic vt summi templi Canonici & in Belreboke
 lautius & commodius viuerent, prospexit, de morum re-
 formatione nulla fit mentio. Magnus sanè quæstus est pie-
 tas cum sufficientia. 2. Tim. 6.

XXXI.

Gerardus ex Comitibus de Marca post Ottonem fit
 Pontifex. Hic vir tali honore, imò excellentiori dignus
 fuit, religionis erat amator & propagator. Collegium in
 Dorkem ad Dei cultum multiplicandum fundauit ac do-
 tavit. Alia multa in augmentum diuini cultus, ac Ecclesie
 splendorem contulit. Tandem hanc vitam cum longè me-
 liore commutauit. Si prudentes dicuntur, qui modis o-
 mnibus agunt, vt differant mortem & vt viuant per pau-
 cos dies: quam stulti sunt, qui sic viuunt, vt perdant æter-
 nos dies & annos? Sententia D. Augustini.

XXXII.

Euerhardus de Deest cognomine, excellentis ingenii,
 præesse cœpit. Cum ad bella prouocaretur, ancipitem
 & dubiam est expertus fortunam. Hoc tempore Templari-
 i in perfidia & execratione deprehensi, exterminantur

fffff 5

vno die. Eorum Magister cum aliis quibusdam Peris igni exustus est, anno Domini 1306.

XXXIII.

Otto III. ex Comitibus de Retberge, Præpositus Paderbornensis. Præfuit annis sex & in exordio regiminis tranquillè egit, postea quendam aduersarium, nempe Conradum, Præpositum Coloniensem expertus est. Otto verò maluit maiori potentia cedere, quàm priuato bello multis incommodare. Exulat igitur, & in exilio moritur.

XXXIV.

Conradus quorundam factione Episcopatum obtinuit, & per annos 4. in eo vixit. Gessit bellum, in quo tum damna intulit, tum accepit. In hac perturbatione Ecclesie facultas non parum diminuta est. Ipse in istis tumultibus præ animi dolore defecit. Adolphus Holsatiæ Comes, vir illustris & rerum bellicarum vsu clarus, relictis omnibus ad Ordinem D. Francisci in florentissima fortuna, concessit, & vixit in eo cum summa modestia ac regulari & rigida obseruatione annis 14. non sine sanctitatis nomine mortuus est anno Domini 1240. in oppido Ryl, & in choro fratrum Minorum sepultus.

XXXV.

Ludouicus de Hassia, vir illustris & magnificus, Carntenensis Canonicus, bonarum gnarus literarum, præfectus est. Originem traxerat de S. Elisabeth sanguine. Cum esset per Comitem Cliuentem Ottonem ad suam introductus Ecclesiam, eam cum summa laude & vilitate annis 49. rexit. Erat vita integra, in pauperes liberalis, bonis amabilis, malis autem formidini, in bellis fortunatus, Principibus gratus, qui aspera æquè ac prospera placido tulit animo. Clericos suos semper in magna habuit pretio, cum nonnullos Principes Thraones, & Gnathones illis præferre videamus. Hic omnes suos prædecessores opibus, gloria & honore excelluit. Postremo

laudatus Pontifex terras relinquens, cœlestis regni est hæ-
res factus.

XXXVI.

Adolphus Comes de Marca, anno Domini 1365. Mo-
nasteriensis declaratus est Antistes. Fuit Canonicus Co-
loniensis, & in iure Pontificio peritus, qui Ecclesiam hanc
non sine æmulis annis rexit 5. Pontifex Romanus Urbanus
V. eum minimè tale suspicantem, ad Coloniensem
Ecclesiam transtulit, verum ipse parum curans, post deci-
mum mensem resignavit, & contracto cum Margaretha
Cluensis Principis filia vnica matrimonio, eorum Co-
mes postremus factus est. Sustulit 7. filios ac 9. filias. Fuit
circa annum Domini 1368.

XXXVII.

Joannes de Virneberch, in gubernaculo Ecclesiæ suc-
cessit. Hic admodum solenniter & religiose est introdu-
ctus: verum cum per annum vix præfuisset, summi Pon-
tificis autoritate ad Traiectensem Ecclesiam transfertur,
cui annis 7. præfuit.

XXXVIII.

Florentius de VVeelskofen, Canonicus Colonien-
sis per Urbanum V. Ecclesiam viduatam suscepit. Fuit
non inutilis Pontifex, qui multa amissa bona recupera-
uit, & auxit, rebelles Ecclesiæ perdomuit. Inde quoque
(ut erat tum temporis illa translatio in usu) post annos ali-
quot ad Vltraiectensem per eundem Urbanum transfer-
tur. Huic summa prudentia ad finem vitæ præfuit & pro-
fuit.

XXXIX.

Pato homo alienus, Bohemus, regis Bohemi scilicet
Caroli IV. Imperat. qui eum in delictis habuit, autori-
tate, Antistes factus est. Ob Sedis Apostolicæ honorem
ac Imperat. autoritatem eum religiose susceperunt. Ve-
rum ipse ob linguæ vernaculæ imperitiã, cum videret,

se negligi, vltro discedere elegit, qui ad Ecclesiam Saceri-
nensem translatus est.

XL.

Heidenricus Vvulff, post Potonem translatus, ad Ec-
clesiam hanc promotus est. Exercuerat hic summa fide-
tate officia aliquot minora, nempe Pastoris, Scholastici,
Præpositi, inde ad maius & excellentius productus ma-
nus. Habuit apud sedem Romanam amulos nonnullos,
quare cõfirmationem agrè obrinere potuit. Inde diceccl
sua prudentissimè præfuit, de aduertariis semper pal-
mam referens, aduersa æquo ferens animo. Ad vltimum
morbo, quem tympaniten dicunt, (genus est hydropis)
succubuit.

XLI.

Otto IV. ex Comitibus de Hoia, pridem Præpositus
Ecclesie, legitimus factus est eius Episcopus. Tale se
gessit, vt ab omnibus Episcopatu dignus censeretur. Erat
belli, quàm cæremoniarum Ecclesiasticarum studiosior.
Insurgunt hostes, Ecclesie bonis insidiantes, ipse armis e-
gregiè obstitit, ex eorum bonis, arcibus, oppidis prædam
agens, ditionis sue Ecclesiasticæ fines mirificè ampliat.
Talibus opus est Episcopis, qui rebellium insanam tem-
eritatem, cum gladium spiritualem non curant, seculari
comprimant. Ita olim illi Beniamitæ, viri gemini, vtrius-
manu pro dextera vrebantur, & se de hostibus egregiè de-
fendebant. Nisi enim talis Pontifex Ecclesie contigisset
defensor, multa ei subtrahenda fuissent bona, quare à morte
nominis sui immortalẽ reliquit memoriam, qui tandem
ex hac translatus est.

XLII.

Heinricus ex Comitibus de Morse, Theodotici II. Ar-
chiepiscopi Colonienfis germanus frater, post victoris
illustrem Ottonem, factus est successor anno Domini
1415. Fuit talis Præsul, qui huiusmodi honore & maiori
dignus habitus est. Præfuit suo tempore summa cum tran-
quil-

quillitate, quum eius prædecessor viam strauerit egregie. Proceruos ipse subiugauit, & iniquos profligauit. Fratris autem Archiepiscopi tanta erat autoritas apud omnes, vt nemo se illi facile opponere auderet. Fuit quidem hic laudatissimus Princeps, & longiore dignus vita, sed non est in homine vita eius.

*Omnia sunt hominum tenui pendencia filo,
Et subito casu qua valere, ruunt.*

XLIII.

Vvalramus item Theodorici Archiepiscopi Colonien- sis & Heinrici prædecessoris frater, ad Ecclesia gubernaculum legitima electione assumptus est. Verum cum nonnulli clam agerent, & Ericum Osnaburgensem, sua sede pulsam præponendum huic censerent, asperum excitauit bellum. Archiepiscop. Colon. qui fratri præsidio erat, prouinciæ non modica intulit damna, & Monasterienses, qui Fridericum Ducem Brunsvicentem conduxerant, hosti resti ère: verum quum agerent sine consilio, temeritatis suæ sensere præmium. Dux captus Coloniam abductus, graui ære. Monasteriensibus conuiuentibus se ipsum redimere coactus fuit. In his tumultibus, qui per octennium durauere, Vvalramus in fata concessit, locum faciens successori, & bello iam fatigatis, gaudendi dedit materiam.

XLIV.

Joannes ex Ducibus Bauariæ, in Italia agens, cum contententium pro Episcopatu Monasteriensi intelligeret neutri magnum ius esse, Curiam petiit, & Ecclesiam vacantem facile impetrauit. Contulit se in vicina loca, & expeditis suis commissariis literis, ius suum insinuauit. Ambe partes iam bello fessa, gaudebant se inuenisse, quo malum terminarent. Suscipitur cum summo honore, introducitur, & omnia per illum pacantur. Præfuit igitur annis aliquot cum summa religione, & inde translatus, Magdeburgensium est factus Archiepiscopus.

XLV.

Heinricus Archiepiscopus Bremensis, ad hanc viciniam Ecclesiam ea lege asscitus est, ut hanc in Commendam habeat, & priorem quoque obtineat. Fuit illi bellum cum Comite de Oldendorp, hoste satis improbo, quem compescuit, & ad Monasterium ingredi compulit. Erant tum temporis multa latrocinia ubique locorum. Hic autem prudens Princeps sua vigilantia pacem reddidit, & publicorum itinerum securitatem, ut nullus eam violare ausus sit, fecit. Hæc non est postrema boni Principis laus. Dulmenhorst, D. Pauli Ecclesiæ adiecit. Se verum in hanc Ecclesiam paternum animum gerere, alteram autem non ita curare, declaravit. Peruenit viuendo ad annum ætatis 96. qui vitæ periodum fecit circiter annum Christi 1470. Præfuit huic Ecclesiæ annis 30. Bremensis 33. Rudolphus Langius Canonicus Monasteriensis, vir doctus & poeta insignis, qui suis doctis Scriptis posterus innotuit. Vixit circa annum Domini 1494.

XLVI.

Conradus natus ex Comitibus de Retberge, Episcopus Osnaburgensis, vir industrius ac perhumanus, non indoctus, ad Monasteriensem quoque Ecclesiam assumptus est. Valuit olim translatio, nunc meliori consilio fit Ecclesiarum cumulatio: Erat illa ætas multò innocentior, nostra callidior & deterior.

XLVII.

Ericus Dux Saxonie post Conradum, virum nobilem, electus est Monasteriens. Episcopus, anno Domini 1508. & obiit anno Domini 1522. die 6. Nouemb. quo tempore Adrianus VI. Germanus Traiectensis, præceptor Caroli Imperatoris moderatæ vitæ homo Pontificatum Romanæ tenuit per 22. menses.

XLVIII.

Fridericus Comes de Vueda, legitime Erico succedit. Fuit Præpositus Bonnensis, & germanus frater Herman-
ni Ar-

Archiepiscopi Colonienſis. Reſignauit Episcopatum Monasterienſem anno Domini 1532. die 22. Martii, ob tranquilliorẽ vitam ſtatim. Ne non Lutheri dogmati inſistere videretur, designati illi erant tria millia coronatorum quam diu viueret propensione. Obiit in Vueda Comitatu anno Domini 1551. die 11. Martii. Rhodos inſula poſt longam obſidionem in Solymanni Turcæ poteſtatem venit, anno Domini 1528.

XLIX.

Ericus de Grubenhagen, Episcopus Oſnaburgenſis, huic per electionem poſtulatũs ſuccedit, qui cum vix ſex hebdomadas poſt electionem vixiſſet, mortuus eſt.

L.

Franciſcus Comes à VValdeck, electus eſt Monasterienſis Episcopus, anno Domini 1532. Fuit ſanè Princeps ſanctiſſimus, qui ſuę Eccleſię optimè præſe ſummo ſtudio adnixus eſt, verum ob Anabaptiſtarum improbitatem, qui ſub eo in ea vrbe inualuerunt, mentem ſuam declarare atque manifeſtare non potuit. Confluxerunt eo, velut ad nouum Aſylum, quicumque Anabaptiſtarum in Germania inferiori nuſquam ferri potuerunt. Hi primum modeſti, & tanquam propter Chriſti Euangelium propriis ſedibus exturbati, hoſpicio & Chriſtiana pietate, miſericordia videbantur digni. Peſtilentes iſti Doctores, & hos conuenas ſibi adiungentes, & miſerorum ciuium in perditam ſectam non exiguum numerum pertrahentes, tandem ſe aperiunt, ſed arte & pedetentim. Primum ſimulantes ſe de paruulorum Baptiſmo ambigere. Itaque progreſſi (crudeli miſericordia conſtante Senatus) ad hæc ſcelerata & nefaria præfecerunt. Primum enim armis decertare parati, forum occupauerunt, Magiſtratum omni adminiſtratione priuarunt. Catholici, licet numero eſſent ſuperiores, pugnam tamen ſunt deteſtati, quod crudele illis videretur, ferrum in ciuium viscera ſtringere. Plurimi ciuium cœleſtem iram infelici viderunt.

res imminere patriæ, sponte exulatum abierunt. His primum res suas exportare permissum, nisi quid esculentum aut poculentum esset. Horum nihil efferri passi sunt, ne infantibus quidem panem triticeum. Paucis post diebus, eos, qui suæ sectæ non erant, prius in hostilem modum spoliatos, ad vnum omnes exegerunt, nihil eis suarum rerum relinquentes, nisi si quam vestem non omnino bonam induti fuissent. Nec conuictis in abantes temperatum, impios vocitantes eos, intra horam plerique urbe excedere iussi sunt. Spiritum enim testificari Gentes impias & sacrilegas neci dedendas. Ita exturbatis omnibus, siue qui ex sacerdotibus, religiosis & populo, qui Catholicam sequuntur religionem, siue qui contra hoc Euangelium se profiteri dicunt, urbem ciues Anabaptista, eam peregrina colluue eiusdē sectæ, obtinent: Domos pulcherrimas Canonicorum & primorum ciuium, qui vel sponte profugerant, vel vi sunt eiectionis, habitandas dederunt rusticis & fugitiuis conuenis. Regem ex seipsis Joannem Leidanum sartorem crearunt, quem Regem Israel & Sion dicebant, qui ad quæque scelera illis facem prætulit, & pro sua libidine complures duxit vxores: Habuit hic rex suos consiliarios & Prophetas, qui absurda multa & inuisitata proponebant, quæ sibi per somnium reuelata esse dicebant. Vanæ omnes eorum fuerunt prædictiones: nec eos vanitatis & mendacii puduit. Episcopus igitur Franciscus omnes obsecrat vias, auxilia prohibens & commeatu. Cum autem videret se inferiorem, vicinos implorauit Principes & Imperii auxilia: quare ingentibus sumptibus urbem obsecrat. Vbi illi summis, ut poterant, viribus se defendentes, obsidionem usque in annum proxime sequentem, pertulerunt. Ad tantam eos cōpulit inopiam, ut gramina & canes, feles, & id genus pascere. Tandem anno domini 1531. in die Johannis Baptistæ urbe potitus est. Vbi omnes hostes resistentes interfecti sunt, & Rex ipse, & eius Consiliarius Krechtin & Knipperdilling capti, & proxime sequenti anno ignitis forcipibus lacerati, & è turri in caucis ferris, alius in

exem-

templum & terrorem, suspensi sunt. Virichus Comes O-
berheimius, omnium Principum voluntate, copiis totique
bello praefectus fuit, qui se ibi prudenter ac fortiter gessit.
Anno Domini 1535. 22. Iulii urbem occupavit, perruptis
portis, & copiis introductis. Obiit autem hic Franciscus,
anno 1553. 1. Junii, sepultus honorificè in templo summo.

L I.

Wilhelmus Ketteler, de nobili familia, apud Ducem Iu-
liacensem Consiliarius, ac summi templi Monasterii Ca-
nonicus, anno Domini 1553. electus est in Episcopum Mo-
nasteriensi. Resignavit anno Domini 1557. die 3. Decemb.

L II.

Bernardus à Ratsfeld, electus est inde Episcopus Mona-
steriensis, anno Domini 1557. die 4. Decembr. Resignavit
anno Domini 1560. die 25. Octob. Quare autem in duo
resignaverint, scire non potuimus. Fortitan verè perpen-
derunt, Episcopale munus plenum esse molestiis, & in po-
tentatu non esse solidam felicitatem, & se non satis conve-
nientes ad hoc onus arbitrati suat. Vita obscura cum secu-
ritate optabilior est, quam cum periculo splendida. Necesse
est multos timeat, quem multi timent. Omittò exemplum
Damoelis & Dionysii. Tum populus securitatis impatiens
non facile paret, nisi Principi potenti, & nisi forti manu in
via iustitiae dirigatur.

L III.

Ioannes Comes de Hoya Episcopus Osnaburgensis, ele-
ctus est in Episcopum Monasteriensem an. Domini 1566.
die 20. Octob. Multa in hoc viro praelara visa sunt facino-
ra, quod facundus, largus, illustris, ad omnia magnani-
mus, Principibus gratus haberetur. In aeternam clau-
dit lumina noctem, anno Domini 1574. Sepultus Monaste-
rii in summo templo prope maius altare, cum virtutum
suarum elogio in signi.

L IV.

Ioannes Wilhelmus, Ducis Iuliacensis ac Cluvensum,
& Maria Ferdinandi Imperatoris Romani filia, natu minor

ggggg

filius, summi templi Colonienſis Canonicorum alioſciat Collegio, optimæ ac ſumma ſpei adoleſcens poſt Ioannis de Hoia mortem, in gratiam parentis adoptatus Eccleſiæ Monafterienſis Adminiſtrator. Videbant Eccleſiæ Proceſſores planè neceſſarium, vt in turbulentis temporibus proteſtorem habere poſſent potentem & vicinum. Cui itaque Princeps luſiacenſis Catholice religionis aſſertione, locorum vicinitate ac autoritate præcelleret: huius igitur famorem ambire minimè ſibi negligendum putabant. Fuit hic Ioannes natus anno Domini 1562. & ſtatim nobilibus puer optimis traditus præceptoribus. Agunt illi, vt illius ceſſitudinem optimis diſciplinis inſtituant, ipſe autem vt illorum doctrinam, fortunæ ac dignitatis acceſſione imbibat ac planè illuſtret. Habuit fratrem maiorem, qui anno 1600 in Roma obiit 1571. Eſt autem hic ampliffimæ ſpei Princeps, cui illuſtriſſimi parentis omnium ditiorum poſſeſſiones debentur. Precor vt Deus Opt. Max. illius Ceſſitudinem in omni corporis & animi foelicitate ad nominis ſui laudem & patriæ ornamentum prouehere velit. Cùm autem Monafterienſes videant, te in illo partem habere non poſſis, ipſi ſibi conſulto proſpiciant, vt Eccleſiæ ſuæ fidelem habeant paſtorem ac proteſtorem. Attendant priorum merita, & poſteriorum concordent, & Deum ſuæ minimè deeſſe Eccleſiæ verè intelligant.

DE EPISCOPIS OSNABVRGENSIBVS

CAPVT VII.

OSNABVRGVM siue Osnaburgum, est insignis vrbs in Saxonia: ferunt ita dictam à bouinapelle, quibus pellibus hæc vrbs fuerat circumdata. Ferunt eam erectam à Comitibus de Engers, alii autem antiquorem à Iulio Casare inceptam, perhibent. Carolus Magnus Imperator illi Ecclesiam in honorem D. Petri & sanctorum Crispini & Crispiniani condidit. Hic Imperator triginta tribus annis gessit bella in Saxonia, & tandem eam edomuit & subiugauit. Deuicit quoque Widekindum, & arcem eius, quæ huic vrbi erat vicina, expugnauit, & illi præsidium firmum imposuit. Hic quoq; Imperator decem Episcopatus in Saxonia instituit, quorum Osnaburgensem esse voluit præcipuam. Summè etiam hanc urbem præ cæteris coluit, cui præilegium nouæ scholæ concessit, in qua Græcæ & Latinæ lingua à viris doctis, traderentur. Sunt ibi duo Collegia Canoniorum, in quibus viri docti, iuuentutis institutores alerentur. Conficit hæc ciuitas pinguem cereuisiam, quæ Buse vocatur. Multum sibi lucri ex griseo & laneo panno comparat. Paucis annis est munitior facta, situ amœnam obtinet vallem, quæ amne Hula irrigatur. Nostra ætate fuit Fridericus Staphylus Osnaburgensis, vir doctissimus: Hic cum in prima iuuentute Wittenbergæ operam literis dedisset, à Lutheranis infectus est, inde cum persentiret eorum verutias, & in eo vitæ statu se minimè saluari posse, ad castra Catholicorum se contulit, atque in eis ad finem vitæ egit constantissimè

ggggg 4

ac fidelissimè. Ferdinandi regis iussu & liberalitate Theologię Doctor creatus est. Vixit annis 50. mens. 6 & 27. Augusti. Ingolstadii, an. Dom. 1559. obiit. Obitus eius quatuor orationibus ordine Ingolstadii habitis & editis deploratus est.

I.

Carolus Magnus. Rex prudentissimus ac Christianissimus, cum Wedekindus, Ducem Christiana religioni valde repugnantem, una cum tota Saxonia deuicisset, eos unquam Christi suscipere compulit, circa annum salutis 780. Vidit igitur optimus Rex summe opus esse, viros doctos ac pios praeficiendos, & Ecclesias construendas, ut in fide ac religione Christiana populus in se tueretur. Ecclesiam igitur in loco, qui Osnaburga dicitur, qui frequens ac coelestis erat habitatoribus, quam primam esse ac Episcopalem voluit, & aedificauit. Accessit sicut ad hoc diuinum opus ex Phrygia, quae per D. Bonifacium ad Christi religionem accesserat, & multos dabat doctos ac pios viros, hominem gente & origine Phrysiū, Witthonem virum sanctum. Huic viro pio, ut cum suo sancto Collegio commodius viveret, ac populum diligentius instrueret, de provincia prouenit, latis abunde prospexit. Quare hic vir Dei, omnibus modis piissimi regis expectationi satisfacere conatus est, & multas animas bene viuendo, sedulo docendo, Christo lucratus est. Carolus autem suam nouellam Ecclesiam exornare non desit. Wedekindus autem Dux, ad mentem tandem rediens saniorē, se demum cum alio quodam nobili viro, Carolo submisit, & post diligentem in fide instructionem, factum, Carolo paterno, suscepit baptismum. Hac occasione, cunctis iam sub Principe Christiano quiescentibus, Ecclesiae multa sunt erectae, plurimis obtemperantibus Baangliis. S. Wittho igitur, cum huic nouellae plantationi optimè annis aliquot praefuisset, & multum fructus in vinea Domini fecisset, pie in Domino obdormiuit, anno 804. Sub eo Leo Pont. Rom. venit Paderbornam ad Carolum Imperatorem.

II. Men-

II.

Mengardus siue Meingerus post S. Withonem huic Ecclesie datus est Episcopus. Quod in fidei negotiis sese diligentissimum praeberit praconem, tali praesulatu se dignum effecit praesulem. Obierat iam dudum Carolus Magnus, & Ludovicus filius, cognomento Pius, patri non dissimilis (qui reformationi morum plurimum instabat, & hunc quoque virum complecti non destitit) Imperii gubernacula habebat. Hoc tempore Caenobium Corbienne apud Visurgam in Saxonia fundari cepit, & Imperator Ludovicus, Monasterium D. Corneli prope Aquiligranum, quod pater inchoauerat, consummauit. Pontifex autem Meingerus dies suos post laudabilem finem in pace Christi, praesulatus sui anno 29. compleuit. Anno Domini 813. apparuit Cometa, & inde mortuus Leo Pontifex.

III.

Goswinus inde ad gubernaculum promotus est. Praesuit annis 32. & peruenit ad annum 966. Habuit Ludovicus Imperator filios ex prima vxore, quos secundis nuptiis cum Iuditha valde exasperauit, qui in patrem conspirauerunt, & eum in Monasterium Compennii (multis indignè ferentibus) detrulerunt. Cum autem iam liber post septimum mensem tactus esset, summo omnium applausu, & pristina dignitatem recuperauit, & in conspirationis autores animadeertit: quod autem hic Episcopus fuerit conspirationis conscius, illi vitio vertitur: quare sua Ecclesiae minus prodesse potuit.

IV.

S. Gosbertus ex schola S. Ansgarii praestantissimi Apostoli Suediae huic Ecclesiae datus est Antistes. Fuit quidem strenuus verbi Dei concionator. verum rebus in Ecclesia turbatis, ad summum magistrum Ansgarium, qui tum temporis erat sedis Apostolicae Legatus, sese contulit, & cum annis 10. praesuisset, cum aliis piis viris, in Dania martyr occubuit. S. Bertholdus hac tempestate floruit, cuius hic merito sit mentio. Fuit Comes ex illustri familia, tempore Caroli

Magni, qui ab ipsa adolescentia sua, mundi gaudia vniuersa
neglexit, & sacram scripturam diligenter didicit. In monte
Ezelio, vbi hodie adhuc Sacellum eius habetur, Domino
Deo 7. annis fideliter seruiuit. Inde in opaco nemore apud
fontem (qui Dominae nostrae fons dicitur) prope Eremita-
rum Conobium in Heluetiis, vbi Capella B. Mariae, quam
Dominus Deus ipsemet (vt fertur) consecrauit, sibi habi-
tationem quaesuit. Multas ibi diabolicas tentationes exper-
tus est, quas tamen diuino & angelico auxilio superauit.
Demum à duob. latronib. sicut in Missae officio, quod per-
cepit, eia Domino reuelatum fuit, interfectus est an. Dom.
863. & in Monasterio Eynsedelensi sepultus, qui multis ha-
ctenus miraculis claruit. Hic quoq; fit memoria S. Prilgini
Episcopi Bataviensis, qui singulari vitae innocentia conspic-
uus fuit. Hic vnà cum S. Wolfgango viro doctissimo,
Vngariam, Stephano rege postulante, ad fidem Christi cō-
uertit, qui magna fuit autoritatis apud Ottonem III. Imp.
& S. Heinricum.

V.

Eggehardus siue Egbertus ad Ecclesiae regimen perue-
nit, cum à Nortmannorum tyrannide paululum respira-
set. Inuenit Ecclesiam propter tertii latibulum & quarti,
suorum praedecessorum, dissimulationem valde dilacera-
tam, praesertim in bonis temporalibus, quare sui Protecto-
ris Archiepiscopi Colonienfis Williberti, praesidium im-
plorauit, & eius adiutorio bonorum inuadentes eò adegit, vt
veniam peterent, ac ablata restituerent. Quare multa re-
cuperauit, & alia suo succedaneo discutienda reliquit. An-
nis igitur 10. summa prudentia pariq; utilitate suae Ecclesiae
praesuit. Mortem inde, communem legem, anno Christi
884. sub Carolo III. incurrit.

VI.

Egelmarus, vir bonus & doctus, Pontificali honore di-
gnus, substituitur. Hic apud Arnulphum Imp. summa erat
authoritatis, quare eius fauore, multa ablata ab Ecclesia, re-
stituit, & singularia obtinuit privilegia, cumq; magna laude

in commodo annis 33. præfuisse, in pace vitam caducam
amisit.

VII.

Dodo inde annis 12. relictam rexit Ecclesiam, & apud
Ottonem I. cui gratus erat, præiulia antecessoris confir-
mari obtinuit: fuit fidelis pastor.

VIII.

Drogo deinde optimis comparandus præsulibus, sub
Ottonem I. præfuit. Quod Imperatorem habuerit sibi fa-
mentem, & eius merita talia essent, Ecclesie suæ in Wide-
linge vectigalia, adiecit. Peruenit autem viuendo ad an-
num Christi 969. & 3. Id. April. diem fatalem vidit.

IX.

Ludolphus fuit illustris genere, & nobilitatem suam vir-
tutibus illustriorem reddidit. Otto Imp. II. eum valde dile-
xit, & eum suum consanguineum appellauit, & Ecclesiam
Osnaburgensem, ob optimi præsulis probitatem clariorem
effecit. Præfuit annis 14. & mortem anno Christi 983. ex-
pertus est.

X.

Dodo II. fuit sub Ottonem Imp III. Præfuit autem Eccle-
sie annis decem. Nihil de eo singulare commemoratur,
quod ad illius magnoperè facere possit celebrationem.
Non est autem infima laus, sine querela in Domini gregis
excubiis versatum fuisse.

XI.

Guntradius valeradinarius, qui tandem maxima pressus
aegritudine, mortuus est. Mors non solet cunctari, sed vici-
na est, quando frequentes morbi, alii post alios ingruunt.

XII.

Warnodus siue Wacholphus fuit duodecimus Episco-
pus. S. Remboldi hic quoque refertur memoria: fuit hic E-
piscopus Bremensis, & ab Anshario illius ciuitatis primo
sancto Episcopo diligenter nutritus. Qui cum successisset
in Episcopatus officio, ouiculas sibi creditas laudabiliter
rexit & Euangelium Christi gentibus magno fructu præ-
dicauit.

S. Reinerus in Ecclesia Osnaburgensi, miraculis in vita & morte claruit.

XIII.

Thietmarus legitime succedit, quem Albert. Cranzius bonum Episcopum dicit.

XIV.

Moncherus ordinariè succedit. Hic spatio breui, id est, annis 4. egit. fuit tempore V. Heintici Imperatoris, qui tamen ante eum obiit.

XV.

Gosmarus non improbandus Episcopus. His temporibus Berengarii hæresis inolescere cepit. Hic Berengarius fuit natione Gallus, & Archidiaconus Andegauensis, in literis humanioribus ac sacris non benè versatus, sed in quibusdam Dialecticis captiunculis mirè versatus, quibus fallacem huius sæculi gloriam omnibus modis captare ambiebat. Qua de causa effectum, ut in hanc insaniam prorumperet, ut verum corpus & sanguinem Christi non esse in pane & vino post consecrationem, iuxta institutam Christi, docuerit. Hunc Leo IX. & alii damnarunt. Berengarius tamen, licet palinodiam cecinerit, semper tamen ad vomitum rediit. Hunc errorem licet condemnatum, Zwingliani hæretici resuscitant, & Calviniani.

XVI.

Eluericus anno Domini 1052. Osnaburgensis Ecclesie sacrorum minister factus est. Fuit sub Conrado Imperatore, & dum proficisceretur ad Italiam, se illi itineris comitem præbuit. Præfuit autem annis 11. & in Maio obiit.

XVII.

Wernicherus inde admouetur ad officium, & præfuit laudabiliter annis 16. Boni illi pastores laudanda gessere, verùm ea apud Deum perspecta esse maluerunt, quam celebrari apud homines. Ille mortuus est anno salutis 1068.

XVIII.

Bernardus origine Sueuus, & insignis religione, Ecclesie gubernationem consecutus est. Ante Pontificatum
Goslaria

Goslarie degebat & ibi iuuentutem, vt Moderator scholæ
 instituebat, sed & proximum, vt insignis diuini verbi præco,
 literis doctrina sedulo adinonebat, quare Imperatori Hen-
 rico tertio innotuit: cum autem hæc vacaret Ecclesia, Ca-
 sare auctore, ei præficitur. In ea existens eminentia, voca-
 tioni suæ minimè dedecori fuit. Fertur quod glires, cum
 terra essent pernitiolæ, extra prouinciã ad annos aliquot
 expulerit. Hic quoq; Iburgk fundauit. Tandem cum opti-
 me annis 20. præfuisset, anno Christi 1088. ad meliora
 transiit.

XIX.

Marquardus ex Abbate Corbeiensis Cœnobii, electus
 est Episcopus Osnaburgensis. Tunc temporis de Ecclesiæ
 iure Romanus Pontifex & Imperator decertabant, & erant
 altercationes acerrimæ, & vluuonit, vt quem hic admo-
 ueret, alter rursus depelleret, & multa inde scandala exurge-
 rent: Quare & hic bonus vir anno sexto, quod huic vel illi
 impentius fauerit, depositus est à Pontificatu. Hæc deposi-
 tio circa annum Domini 1093. contigit.

XX.

Wido Marquardo, vt diximus amoto, ad hanc admo-
 tus est Ecclesiam. Contigit, vt sub eo vetus templum Osa-
 burgæ incendio periret & sacræ diuorum reliquiæ, quæ ibi
 seruabantur, dispersæ sunt.

XXI.

Ioannes cognomento Widonis, huic succedit, & præ-
 fuit circa annum Domini 1100. annis 9.

XXII.

Deipholtus Ioanne mortuo ad regimen Ecclesiæ pro-
 mouetur, qui annis octo præfedit. Mortuus est anno Do-
 mini 1119. sepultus autem in Iburgk.

XXIII.

Diethardus ad gubernaculum eligitur. Hic in suo regi-
 mine multos hostes expertus est, gubernauit autem annis
 8. & ab obitus tempore in suæ Ecclesiæ terra, mandatus est,
 ad est, sepultus.

§§§§§ §

*godschelug
 Diopholtus
 vid. Scholæ
 ab ann. 1119.*

XXIV.

Vdo ad clauum Ecclesie ad motus sedit annis 4. de istis Præfulibus nihil peculiare scire potuimus, quod incuria scriptorum debemus. Vitam hanc, quæ vapor est & fumus, teste D. Iacobo 4. in pace amiserunt.

XXV.

Philippus ex Comitibus de Katzenellenbogen assumitur Pontifex. Hic suis hostibus egregie nouit obuiare: nam Ecclesiam oportuno tempore, tum armis defendit, tum religione illustriorem fecit. Nobiles de Holt in eum insurgent, & horum proteruiam compescuit, & arcem quandam, quam ipsi obtinebant, quæ difficilis videbatur superari, ipse diripuit & expugnauit. Præfuit igitur prouinciæ annis 32. summa cum laude parique emolumento, & anno Christi 1164. deficiens, esse inter mortales desit. Suo tempore trium Regum corpora Colonia translata sunt, & Colon. Archiepiscopus. Philippus cum Leone Duce Saxonia, quem Imperator proscripserat, de Westphalia iure concertauit. Hic tandem Archiepiscopus Imperatoris autoritate, eam obtinuit, & in hodiernum diem quietè obtinet Colon. Ecclesia.

XXVI.

Arnoldus Osnaburgensis ex Canonico Coloniaensi Præpositus, inde Ecclesia eiusdem creatus est Episcopus. Præfuit igitur cum laude & pari quoque commodo annis 22. à fato suis patribus anno 1186. aggregatus est.

XXVII.

Gerhardus de Lippia, vir acris & prudentis ingenii. Habuit hic bellum cum Stetingis, eo quod male de Christiana religione sentirent, ac cultoribus Christi male precarentur. Ipse Monasterium Herbrocke, quod in moribus defecisse videbatur, reformauit, & suam sororem illi in Præfens præfecit. Ipse quoque ad Bremensem Archiepiscopatum postulatus est, & quod suo Capitulo minus esset gratus, cui in omnibus non consentiebat, facile acquieuit. Fuit sub Friderico Imperatore.

XXVIII.

XXVIII.

Adolphus inde priore ad aliam vitam translato, ad Ecclesiam eliam assumitur. Fuit hic Adolphus valde religiosus, & Ecclesiam suam optimè viuendo, docendo plurimum ornauit. Fuit in pauperes, in leprosos valde liberalis. Ecclesie bona temporalia non neglexit. Cùm præfuisset annis 27. sanctè, obiit, & Deus declarauit sanctitatem eius.

XXIX.

Bruno Comes de Hsenburg, qui fratrem habuit Theoticum Episcopum Monasteriens. Fuit hic Bruno pacis studiosus, & cum multa Capitulo crearentur ac obicerentur ab aduersariis dissidia, ipse omnia composuit ac concordiam quaesuit. Præfuit annis 8. & hoc ipsum tempus rebus caritatis impendit. Verùm bono vir, vitio datur, quod quædam habuerit homicidam, qui Archiepiscopum Colonienf. S. Engelbertum virum proisus piūm, interfecit, cuius morte ipse homicida Colonia pœnas dedit, dum nobile corpus, cornos paut. De hac iniusta cade in Colonien tractatum est.

XXX.

Widekindus Comes de Waldegge ad Ecclesie regimen legitimè promouetur. Ad gubernaculum assicitus, seipsum longè in rebus benè gerendis præstantissimum, demonstrauit. Contulit Capitulo multos agros, vt cum prius frugum inopia laborarent, ipse improbo labore ex sterili fertilis agros effecit. Cùm autem annis 10. utilitatem præfuisset, ad meliora, vti confidimus, anno salutis 1262. emigravit.

XXXI.

Baldewinus ex Rulsle, vir ob animi virtutes Episcopatu dignus, successor est factus. Hic reliquit memoriale, quod Ecclesie sue Os naburgensis auxerit præbendas, & quod Ecclesie in Widenbruggen optimè prospexerit. Præfuit annis decem & esse inter viuos desit.

XXXII.

Conradus Comes de Retberge, sua nobilitate ac virtute ad hanc prouectus est Ecclesiam. Sub isto Collegii de

Quackenbrugge in Bramersche, quod is locus videretur commodior, translatio facta est, saluo cuiq; loco, suo iure. Cumq; bonus Episcopus annis 28. laudabiliter praefuisset, viam vniuersa carnis, sui magno relicto desiderio, ingressus est.

XXXIII.

Ludouicus ex Comitibus de Rauensberge ortus, succedaneus fuit. Cum esset ad regimen admotus, arma contra fauissimos hostes arripere coactus est. Habuit enim impugnatores acerimos, & contra hos semper triumphauit. Verum cum in conflictu vulnus quoddam a suo ministro incaute accepisset, mortuus est, cum annis 12. gloriose Ecclesiae praefuisset. Fuit vir prouidus, diligens, & strenuus in suis negotiis. Olim in perturbatores pacis publica humani modi poena inferebatur, vt eis canis viuus, ligatis posterioribus pedibus in humeros suspenderetur.

XXXIV.

Engelbertus cognomento de Wepe, post Ludouicum praeficitur. Hic arcem in Witlage, Ecclesiae Osnaburgensi fulcrimentum, construi fecit. In diebus quibus praefuit, satis gnauiter Ecclesiae prospexit, inde gubernationis suae anno decimo ex hoc mundo ad superos concessit.

XXXV.

Goitfridus ex Comitibus de Arnsherge, heros nobilis, Ecclesiae praesidere coepit. Praefuit sane annis triginta non sine molestiis. Erat quidem pacis studiosus & a Marte abhorrens, ab aduersariis tamen immunis esse non potuit. Episcopus Monasteriensis Ludouicus habuit bellum cum Comite de Marca, & hic Osnaburgensis illi fideliter affuit. Caeterum de hoc Episcopo multa commemorantur, quae ad Ecclesiam non faciunt. Tandem ad Archiepiscopatum Bremensem electus, & ibi in sublimiori gradu senectutis requiem non reperit. Demum cum annis decem praefuisset, anno salutis 1359. Stadii calamitosus Pontifex concessit.

XXXVI.

Ioannes Hoed, Decretorum Doctor, Apostolica sedis

horitate assumptus est. Erat quidam alius, Lubertus factus legum Doctor, electus, verum ille huic cessit, & in quietiore statu vite, in monastica religione, amplecti. Erat hic Ioannes tali dignus honore, verum quod libera electionis ostium non fuerat ingressus, ei non tantam conciliauit inuidiam. Ipse, ut maiorem haberet inuicem, nobilium amicos sibi conciliauit. Canonicorum spiritualium reliquit necessitudinem, quod indignatione curare non potuit. Tandem ab alienatis oppidis & arcibus Ecclesie, Theodoricum de Marca Canonicum Colon. Coadiutorem assumpsit. Cumque annis 16. varia fortuna transisset, in fata concessit.

XXXVII.

Melchior ex Ducibus Brunsvicensibus, neglecta Capituli electione, per Romanum Pontificem admissus est: verum quod omnia essent in manu Theodorici Prapostiti Colonien. ipse perire proficere potuit. Tandem in bello quodam captus est, & Theodorici liberalitate liberatus. Praefuit Ecclesie, ut Vicarius, summa ad manus Theodorici delata. Ab hac absolutus Ecclesia, quae tali Pontifice non agnoscere est gloriata, ad Suernientem est translatus anno Domini 1376. tandem per fraga, quae nimis auide sumit, periit.

XXXVIII.

Theodoricus de Marca, fuit tanquam Coadiutor, in ordine, & Episcopus Prapostitus Colonien. maioris aedis.

XXXIX.

Theodoricus de Horne, Prapostitus Ecclesie Osnabur. magnanimus, per liberam electionem in Episcopum assumptus est. Verum quod Theodoricus de Marca ad Melchioris redemptionem & alias Ecclesie necessitates, multa expendisset, antequam ad quietam possessionem perveniret, ingens illi pecunia numeranda fuit. Sensit hic Ottonem de Tekelenburg hostem asperitimum, verum ipse sua diligentia & autoritate, ut Comes a suis consiliis cessaret, neque Ecclesiam molestaret, effecit. Postremo bo-

mus Pontifex senio confectus mortalium valedixit conditioni, hinc emigrando. XL.

Conradus III. ex nobili familia de Depffholt natus, ob vitam integritatem Episcopus Osnaburgens. electus fuit eo tempore, cum Basiliense Concil. inchoaretur. Erat antea tam Episcopus, ut ille plurimum turbatus, atq; multa bona ab ea Ecclesia abalienata. Itaq; Conradus partim sua prudentia, partim armis labascentem eius Ecclesiam statim, egregie restituit. Egit Episcopum summa cum laude ad vbetem senectam, & adeo strenue, ut etiam Ducis & Comes se ei submitterent. Status eius Ecclesiam per praesentium suorum turbulenta tempora laborata, per eum reflorescere mirum in modum cepit. Opposuit se pro muro, pro domo Dei, utroq; gladio, prout opus erat, vicis. Bono fine ad superos abiit. Diligenter expendebat ac secum reputabat.

Dum cessat religio, regnatq; simul, as;

Deficit Ecclesia virtus, pariterq; facultas.

Sub hoc Conrado, id est, anno Domini 1494. fuit Theodoricus Osnaburg. de Ordine Minorum, Concionator insignis, qui vitam duxit sanctissimam. Suis scriptis & concionibus diuicissimis mundo innotuit.

XLI.

Otto Comes de Hoya, Episcopus Monasteriensis, Administrator Osnaburgens. Hic utrique Ecclesiam optime prospexit ac praefuit.

XLII.

Ioannes Comes de Diepholte, vir insignis, strenuus ac constans. Hic verè perpendit illud Apostoli Coloss. 4. Vide ministerium, quod accepisti in Domino, ut illud impleas.

XLIII.

Ericus Comes de Hoya. Hic expulsus est.

XLIV.

Henricus Comes Moriensis, Episcopus Monasteriensis, Administrator Osnaburgens. Hic optime & summa cum laude praefuit.

XLV.

XLV.

Albertus Comes de Hoya, Episcopus Mindensis & Osnaburgensis, sub quo fuit incendium Osnaburgæ perniciosissimum.

XLVI.

Randolphus Comes de Delpholte, Episc. Ultraiecten. & Osnaburgen. vir bellicosus.

XLVII.

Conradus IV. Comes item de Delpholt, vir pacificus. Rectè D. Gregorius ait. Si Dei vocantur filii, qui pacem faciunt, proculdubio Satanæ sunt filii, qui pacem confundunt.

XLVIII.

Conradus V. Comes de Retherge, Episc. Monasteriensis, a Capitulo ad hoc electus Pontificium, fuit vir insignis, indultus ac humanus. Obiit anno Domini 1505. die 8. Februar.

XLIX.

Ericus Dux Brunsvicensis, de Grubenhagen, post hunc assumptus est in Episcopum Osnaburgensem, & sedit in eodem Episcopatu annis 23. Cum ad Monasteriensem quoque esset electus Episcopatum, post sex hebdomadas, id est anno Domini 1531. mortuus est.

L.

Franciscus Comes de Waldeck, Monasteriensis Episcopus ad Osnaburgensem, ut protectorem haberent potentem, assumitur. Huic Anabaptistæ multum negotii creatant, quos tandem magnis sumptibus, aliorumque Principum auxilio expugnauit. Mortuus est optimus ac pacificus Princeps, anno Domini 1553. sepultus Monasterii.

LI.

Ioannes Comes de Hoya, huic in Osnaburgensi Ecclesia substituitur. Fuit hic Camera Imperialis Iudex, Princeps doctus ac paci deditissimus, multarum gnarus linguarum. Obiit Monasterii anno Domini 1574. nonis April. ac ibidem in summo templo, id est, D. Pauli, honorificè sepultus.

Olim Episcopi certauerunt in operibus pietatis, & vincere ac
vinci in a quo habuere.

LII.

Henricus Dux Saxoniae, Canonicus Coloniensis, Ar-
chiepiscopus Bremensis, ad hanc Osnaburgensem assum-
ptus est, anno 1574. Istis postremis Prelatis cogitandum
illud ex Decretis Concilii relinquo. Integritas praesidentium
salus est subditorum, totiusque familiae domini status & or-
do mutabit, si quod requiritur in corpore, non inuenitur in
capite.



DE EPISCOPIS MINDENSIBVS

CAPVT VIII.

CAROLVS Magnus Christianae religioni
deuotissimus, & hanc Mindensem Eccle-
siam in Saxoniae finibus hac ratione inti-
tuit. Cum ducem illius gentis Wedekin-
dum potentissimum cum suo exercitu de-
uicisset, ac ad fidei Christi professionem perduxisset, peti-
tandem, diuina illustratus gratia Dux, ut sacerdotem do-
ctum ac pium, qui eum in rebus fidei plenius instrueret,
posset habere. Annuit Rex se curaturum, ut Catechismum
habeat, modo de habitatione digna, ac commoda ipsi pro-
uideat. Obtulit Dux suam ad Weseram, arcem, vtriusque ca-
pacem, & locum aedificandae Ecclesiae opportunum, vincto
concessit. Ibi igitur constructa est Ecclesia, & paulatim no-
ignobile Saxoniae oppidum Mindense subleuatum. De ciuita-
tis magnitudine, splendore, & ciuium studio, parum quae hic
dicere possumus, habemus. dolendum eam Lutheranorum
fermento implicatam. Feruat hoc nomen Minda, illi hac
occasione

occasione prouenisse, quod Meum & Tuum, quasi com-
muni duorum habitatio : sonat in Saxonica lingua,
Myn, dyn. Vt autem nouella hæc Ecclesia celebrior esset, ei
defensores Duces & Comites, Nobiles, Ministeriales affi-
liant, imò & prouentus locupletes, quibus aleretur, or-
dinant & instituit. Hæc Ecclesia ab initio multis ornata
est Sanctorum reliquiis, scilicet Feliciani, Fulguratis Epi-
scopi & Martyris, Theodori, Carpophori, & Abundii mar-
tyrum.

I.

S. Herimbertus vir pietate insignis, Carolo admodum
familiaris, huic nouellæ Ecclesiæ primus datus est Episco-
pas. Hic igitur ducem instituit, & baptizauit, & tantus
populum terrore religionis incessit, ut plurimum confluere
ad baptismum. Cum autem sanctus Herimbertus suo offi-
cio grauiter annis aliquot institisset, ac plurimum fractus
de suo conredito talento fecisset, pie in Domino in die SS.
Patri & Feliciani obdormiuit. Quam diu autem huic Epi-
scopatu præfuerit, Annales non exprimunt.

II.

Haduardus vir pietate ac religione insignis, secundus
Antistes præficitur. Impositam larcinam non detrectauit,
perum in uinea Domini, ut diligens uinitor ac agricola la-
borauit, & ob hanc solam causam, ut plurimæ piorum
animæ iustorum albo adderentur, ad mortem usque sese
suspendit. Cum tales animos, Saxones in suis Præsulibus
ternerent, sub iugum Christi leue, non grauatim sese sub-
miserunt. Non enim eos tributis grauabant, non quære-
bant sua, sed eorum æternam salutem. Tandem bonus
Pontifex plenus pietatis operibus, ad Deum transit Idibus
Aprilis : quot autem præfuerit annis, non exprimitur.
Westphali olim ante conuersionem ad Christianismum,
habebant pro signo nigrum equum, inde iam conuersi,
placuit Carolo Magno, ut candidum acciperent, post-
quam de tenebris gentilium ad lucem ueritatis peruene-
runt.

hhhhh

S. Meymolphus. Diaconus & Confessor tempore Caroli Magni in hac Diœcesi vita & miraculis fulsit, & bonè quieuit.

III.

S. Theodoricus inde vir sincerus gubernacula suscepit. Hic bonus Antistes in illa turbulenta incidit tempora, quando Nortmanni per terras grassabatur, & multa vbiq; damna dedere. Occubuit igitur hic gloriosus Pontifex cum aliis quibusdam viris piis: pro Ecclesia Dei occisi sunt. Martyris autem huius, scilicet antistitis corpus, ob vulnertim deformitatem non potuit agnosci: locus autem interfectionis est in Ebbeckstorp.

IV.

Vulffarius genere Saxonico, mirabilis sed bonus Episcopus. Tum temporis non nisi religione & sanctimonia praestantes, ad Episcopales vocabantur honores. Siquidem hoc anno, vt populus in fide Christi erudiretur, singulari opus erat instantia. Quid enim in tantis periculis Dominicus grex faceret, si non pastorum fidelium excubiis defenderetur? Sauebat diabolus persequens illos, quos illi Evangelica adimebat prædicatio. Commonendi igitur ac docendi opportunè importunè erant, ne relaberentur iam hic gaudenti pastoris improbus labor requirebatur. De illo Pastore pauca sunt literis mandata. Transit autem prima lunii ad meliora, vti confidimus.

V.

Drogo anno Domini 806. præesse cepit: hoc eodem tempore initium habuit monasterium in Melebeke, Episcopus autem hic bonis operibus plenus, ipsis feris Dni Bonifacii rebus humanis excessit. quiescens in pace Christi.

VI.

Adelbertus Episcopatus mystagogus instituitur. Furant tunc tempora turbulenta, quum hostes truculentissimi vndique irruerent: quare Ecclesiasticis viris ad lachrymas & feruentes preces confugiendum erat. Quotidie ferè alii atq; alii Barbari, vt Nortmanni, Huni, Vngari, Tartari, Turca

Turca exurgebant. Sed quis tandem finis malorum? Deus per huiusmodi Philistæos, suos exercet, quos in cælis coronare disposuit. Moyses vir Dei maiorem fecit contra hostes stragem, suis precibus, quàm populus suis armis. Exod. 17. Fuit igitur huic fideli pastori non exiguus contra tyrannos ac hæreticos labor: qui tandem in die SS. Germani & Vedasti, ad campos emigravit elysios. Proprium, inquit S. Hilarius, esse solet Ecclesiæ, ut tunc vincat, cum læditur: tunc intelligat, cum arguitur: tunc securus sit, cum deseritur: tunc obtineat, cum superata videatur.

VII.

Bernardus inde ad clavum admouetur Præsul. Hic Christi gregi, quem ad Deum semper aspirare cohortatus est fuit Doctor & paraclætus insignis, sua mirabili pietate electis Dei annumerari meruit. Transiit hinc ad aliam vitam in die S. Magni.

VIII.

Lidarius sub Imperatore Conrado, quo tempore Monasterium in Vischbeke est fundatum. Eius præsentia anni non sunt ascripti, verum quod Ecclesiam feliciter rexerit, & in tranquillitate reliquerit, ad meliora transiens, memoratum.

IX.

Euergisus hanc gubernandam accepit Ecclesiam. Eo tempore Bruno Ottonis Magni frater, Archiepiscopus Colonienfis præfuit, qui Sanctorum corpora, Patroclii Gregorii & Estitii cum baculo Diui Petri Roma Coloniam transtulit. Euergisus hic in die S. Lucae ad meliorem lucem est translatus, qui cum augmento gloriae stationem commutauit.

X.

Helinwardus post huic adnotus est. Hic cum de prioris Ecclesiæ dedicatione, ob varias rerum mutationes dubitaretur, in præsentia aliorum vicinorum Episcoporum, eam denuò consecrauit, & inde anno Domini 958. præsulatus sui anno 6. moritur.

hhhh 2

XI.

Landwardus successor legitimus fuit. Hic inter suos antecessores Regalia, ut vocant, primus de manu Ottonis Imperatoris I. suscepit. Cœpit tum ea res apud Imperatorem, ut darent inuestituram Episcopis, & Regalia, frequentari. Huic Imperatoris auctoritati Romani Pontifices resistebant, quæ causa non mediocri in Ecclesia peperit scandala. Sub hoc Episcopo initium habuit Monasterium Walfordense. Venerabilis autem Episcopus vitam hanc momentaneam in die SS. Cesariæ & Damiani feliciter absoluit.

XII.

Milo sub Ottone III. gubernator Ecclesiæ anno Christi 992 assumitur. Hic ex quodam Castro Wedeborg constructi fecit Monasterium monachorum, quod tamen postea vertit in Virginum S. Benedicti Collegium. Ipse inde dioceseos suæ optimè ad ordinato statu, ex hoc seculo nequam, migravit, qui vita & doctrina benè præfuit.

S. Terwigis virgo sanctimonialis sub eo floruit, quæ Virginum Collegium instituit.

XIII. XIV.

Hic duorum Episcoporum nomina in archetypo desiderantur.

XV.

Sigebertus ad regimen ordinariè est euectus: hic Ecclesiam Diui Martini Minda erigi curauit.

His temporibus floruit ille sanctus Beruardus, Episcopus Hildesheimensis. Hic ut verus Doctor, eam Ecclesiam multis annis fideliter pavit, & piè mortuus est, qui post mortem multis luxit miraculis.

His quoque temporibus Liouonia, opera duorum Episcoporum, ad fidem Christi accessit: siquidem Bertoldus II. Liouoniensis Præsul, opus à suo antecessore Meynardo foeliciter inchoatū, quantum potuit, cōsummatuit, & ut hæc regio Liouonia in fide Christi promoueretur, Theutonicos ibi esse milites, à sum. Pont. Celestino obtinuit: ipse autem
Bertoldus

Bertoldus pro iustitia martyr occubuit. Meynardus autem hic ab Harduico Bremensi Archiepiscopo, anno Domini millesimo centesimo octuagesimo sexto in vrbē Rigenſi, Liuoſienſis, primus est constitutus Episcopus. Hic iam plenus pietatis ac dierum, exhaustis multis laboribus tum & periculis, optimo fine ad meliora transit.

Hic illius Sancti Irmerici non in meritò habetur mentio. natus ex Bauaria, & quod Bulgarios fecerit per Evangelicam doctrinam, cum aliis quibusdam piis Presbyteris & Diaconis, Christianos, eorum dictus est Apostolus. Non solum autem Bulgariam, verum etiam adiacentes regiones Ludouici Pii Imperatoris adiutorio, verbo & exemplo ad pietatem perduxit.

S. Ida tempore Caroli Magni in Westphalia, vidua Deo deuotissima, quæ in maxima vixit abstinentia, se Apostolicam declarans viduam.

Hugo qui de Sancto Victore appellatur, in Saxonia natus & educatus fuit. Dedit operam literis Lutetia, & magnum prouectum in iis dedit. Inde apud S. Victorem constitutus est Abbas Parisiis, idque factum circa annum Domini 1130. Hic doctrina & pietatis nomine plurimum laudatur. Hic Clericorum vitia valde carpsit. Ob sua egregia opera, innotuit.

XVI.

Bruno ex Collegio Magdeburgensis Ecclesie, vir praeſtantissimus, sub Henrico III. praeſuit. Apud Mindam fundauit Monasterium in honorem S. Mauriti, translatis illò Fratribus de Collegio D. Ioannis Magdeburgensi. Sedit hic venerabilis Bruno annos 18. & post diurnam aegrotationem ipso Scholastica die obiit.

XVII.

Engelbertus vir Bauarus, Brunoni succedit, translatus Imperatoris voluntate de Ecclesia Bambergensi ad hanc. Hoc tempore penes Imperatores non solum Episcopos constituendi, verum etiam Romanos Pontifices, summa erat potestas. Sedit hic Engelbertus Praesul annis 25. men-

hhhh 3

fibus octo, & à morte in Ecclesiam S. Martini quam perfecit, sepultus est. Feruor religionis nunquam in suo permansit vigore, vnde tot fiunt deformationes (vt ita dicam) tum reformationes crebrae, sic teritur vita. Sub isto Episcopo fuit Mindæ grauiſſimum incendium, ex quo maior Ecclesia, Imperatore Heinrico praesente, perit, quæ tamen post annos 10. reparata est.

Causa humanæ malitiæ à doctis viris multiplex assignatur, inter quas non minima est, quod parentes liberos suos non satis disciplinatè educant, verum quod permittunt eos ad placitum affluere ac indulgere delitiis. Petulantia igitur cum ex consuetudine in naturam venerit, nec erubescere, nec timere possunt: fitque ceruix eorum dura, donec paupertate, bellis, laboribus & aliis incommodis mollescat attrita. Flagella ergo sibi praparat, qui filios non castigat. Mens quippe assueta delitiis, nec exulta disciplinae sarculo, multas contrahit sordes: inueteratam rubiginem, si tentes abradere, ne summis digitis contingi patitur. Incrassatus, impinguatus est dilectus & recalcitrauit. Hæc potissimum ex D. Bernardi epistola 152. Exempla obuiam vbique sunt.

XVIII.

Reinwardus postea admouetur: habuit Competitorem Volmarum, qui Ecclesiæ pinguedine, id est, opum & honorum delitiis delectabatur, verum ipse repulsam sustinuit. Non quæsiuit verum ostium, qui volebat aliunde intrare. Sub isto Reinwardo Pontifice Ordo Carthusianorum per Diuum Brunonem, qui fuit Coloniae ortus, anno Domini 1082. inchoatur. Episcopus hic altera die D. Matthæi obiit.

XIX.

Volmarus Canonicus Hildesemensis inuasit Pontificatum & inuitis Mindensibus, ad annum quintum retinuit. Tandem miserabili & terribili morte, vt ferunt, consumptus est. Malè intrauerat, sic & malè interit. Tradunt eum nocte subitò in peccatis interemptum, ac Diuum Gregorium custodibus Ecclesiæ apparuisse, ostendisseque pallam crucentam

entam & nunciassē Pontificis necem, vt eam aliis signifi-
 carent. Videant illi, qui Ecclesiastica beneficia malē allu-
 munt, quiq; pessimē vlturpant. Custodi inquit Eccles. 4. pe-
 deat tuam ingrediens domum Dei.

XX. XXI.

Hic iam iterum duo desiderantur nomina
 Episcoporum.

XXII.

Witelo ad gubernaculum Ecclesiæ circa annum Do-
 mini 1114. accessit, quo Sanctus ille Bernardus celeberrimus
 Abbas, floruit. Fuit hic quidem vir pius & sanctus, qui
 suis orationibus apud Deum, vt olim Moyses, Phinees, Aa-
 ron, plurimum valuit. Vbi vita est pia, multum fiducia in
 sanctorum Patrum suffragiis ponendum est. Migravit hic
 Witelo ex hac luce ad meliorem, in die SS. Innocentium
 anno salutis nostræ 1120.

XXIII.

Sigewardus aduectus ad clauum Ecclesiæ, sedit in Ca-
 thedra annis 21. qui anno salutis 1144. in die Sancti Victo-
 ris in Domino obdormiuit. Consecrationem suam per Le-
 gatam Pontificis Calixti I L. qui tum temporis in his erat
 regionibus, consecutus est. Huius tempore initium habuit
 Comitatus de Marca per duos fratres, scilicet Adolphum
 & Ioannem, qui ex Italia venerunt.

XXIV.

Henricus ex Abbate Monasterii S. Mauricii assumptus
 est in Episcopum. Sedit annis duodecim ad initium Impe-
 ri Friderici Lab obdormitione mortis sepultus est in Burs-
 ueldensi Monasterio, sicut moriturus postulauerat. Sub
 eo duo Cænobia in eadem Diocesi, in Schima & in Lew-
 ca, cœpere.

XXV.

Wernerus magno ortus genere, Ecclesiæ autem huius
 Præpositus, substituitur. Sedit annis 17. pridie D. Martini
 ad meliora translatus, anno salutis 1160.

hhhhh 4

XXVI.

Anno, natus ex Comitibus Blanckenburg, sedit annis 14. & anno incarnati Christi 1185. pacis petiuit autorem ac salutis humanae promotorem.

XXVII.

S. Diethmarus successor legitimus fuit. Duxit hic vitam longè sanctissimam, quare quod miraculis ob virtutes clauerit, memoratur. Cum enim in die Parasceues, aquam ad potum petiisset, illa subito in vinum commutata est. Sedit autem hic Pontifex in Cathedra, in maxima rebus perturbatione, dum Otto & Philippus de Imperio digladiantur, annis 21. & pridie D. Thomae Aquinatis anno Domini 1206. in Domino feliciter obdormiuit, quo tempore Comitatus de Hoia & monasterium de Neudorp exordium habuit.

XXVIII.

Hic iam XXVIII. desideratur. sit in libro vita.

XXIX.

Conradus de familia de Depholt natus, hanc gubernandam excepit Ecclesiam. Transiit anno vigesimo primo sui Praesulatus, qui posteris suis nomen bonum reliquit. Monasterium Bischrod huius tempore fundatum est, & Frat. Praedicatorum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo sexto Mindæ locum obtinere. Dictu mirum, quanta celeritate duæ illæ familiae Praedicatorum & Minorum per orbem excreuerint. De Dominis de Societate lesu, qui nostra aetate cœperunt, sileo. Longum hic esset narrare, quot tota ferè Europa eius Societatis à maximis Principibus Collegia passim sint condita, Dei voluntati nemo potest resistere. Religiosorum contubernia exurgunt, hæreticorum conuenticula intereunt.

XXX.

Wilhelmus admotus, sensit tempora dura, quare animi sui sententiam non valuit in hoc temporis breui spatio, sex annorum, declarare. Obiit anno Domini 1244.

XXXI.

Ioannes hanc Ecclesiam post Wilhelmum suscepit regendam.

gendam. Sub eo monasterium Vallis Benedictionis Ordinis Cisterciensis à Comite de Oldenburg, est fundatum. Completis in eo munere decem annis mortuus est Ioannes anno Domini 1252. & patribus suis aggregatus.

XXXII.

Wedekindus ex Comitibus de Hoya, per ea tempora regere cepit. Hic cum controuersiam tenuisset cum vicinis principibus, adiunctis suis ciuibus de Minda, hostes suos aggressus, prostravit eos subito & prædam ex eis non exiguam, tulit. Verùm non fuit longæ eius illius Pontificatus, anno enim octavo esse desit.

XXXIII.

Cono huic Mindensi Ecclesiæ, eum Romanum Imperium esset acephalum, præfuit. Erant tempora admodum turbulenta cum obedientia in regno nulla esset. Pontifex autem hic in suo munere non plenos annos quinq. compleuit & mortuus est anno Domini 1265.

XXXIV.

Otto eius nominis primus, de Prædicatorum Ordine. Erat ad negotia secularia non admodum assuetus, quum quæ suæ erant functionis studuisset, postea tamen causa verum docuit, & tempori & rebus sese maxime accommodauit. Ecclesiæ suæ iura egregie defendit. Cùm autem annis 7. sedisset, ab inquiete huius vitæ, ad immortalis tranquillitatem anno Domini 1275. peruenit.

XXXV.

Volquinus sub Rudolpho Imperatore, vir sua conspicuus virtute. Præfuit autem cum Romanum Imperium tranquilliora nactum esset tempora, quare ipse quoque commodius præesse potuit. Cùm annos octo non integros compleisset, ex hoc mundo transiit, anno salutis nostræ 1282.

XXXVI.

Conradus H. inde hanc regere cepit Ecclesiam. Iam Romani Pontifices fulmina tacere in Imperatores desierant,

hhhhh 5

& ipsis Collegiis de Præfulibus sibi providere, permittebatur: verum Pontifex Romanus Pallium, vt vocant, sibi reseruabat, vt ab eius manu hoc obtinerent. Hic Pontifex nihil gessit memorabile. Anno sui regiminis 13. Chaili 3300. è viuis excessit.

XXXVII.

Ludolphus cognomento Roisterpe, fuit hic vir militaris, qui tamen Ecclesiastica officia non neglexit. Insurgabant in eum nonnulli hostes, quibus ipse egregie nouerat occurrere. Huius memoria apud Mindenses sacrosancta est. Anno Domini 1314. ex hac valle lachrymarum emigravit.

XXXVIII.

Godefridus Comes de Waldegge natus. Hic extruere cœpit arcem in Peteshagen, & hac occasione nominis sibi memoriam perpetuam conciliauit. Mortuus anno Domini 1324. qui de omnibus bene mereri studuit, magnum sui desiderium reliquit.

XXXIX.

Ludouicus ex Ducibus Lunenburg. præfuit, qui sua modestia, tempora meruit tranquilla. Sub eo maxima fuit Virusurgi inundatio, quæ vndique ingentia, tum in oppidis tum agris attulit damna. Cum quæ Ecclesiam annis 22. gubernasset, in suo Monasterio Walfrode emigravit: corpus solitis caremoniis ibidem tumulatur.

XL.

Gerardus de Schauwenburg natus, Ecclesiam hanc inde cœpit pascendam. Sub Episcopo hoc, fuit vndique maxima pestis, quæ tertiam ferè hominum partem absumpsit. Huiusmodi plagis, peste, fame, bellis, Deus hominum peccata castigare solitus est. Pontifex autem hic anno 7. sui Præfulatus, cum arcem Rode Ecclesie suæ adiecisset, obdormiuit, & Mindæ in maiori templo sepultus.

XLI.

Theodoricus III. cognomento Cagelmind, Ordinis Cisterciensis. homo genere illustri. Carolus Imp. IV. hunc ob ingenii industriam est admiratus, & Pontificis Romæ auctoritate

ate ad hanc promoueri curauit Ecclesiam. Carolus au-
tem ad maiorem, scilicet Magdeburgensem Archiepiscopatum
quoque prouexit: verum ipse cum videret ibi intestinas
conturbaciones, deserere maluit, quam illis præesse. Præfuit ta-
men illi annis 7, superiori 9. Tandem ad Patronum suum
Carolum profectus est, & in Bohemia diem clausit
extremum.

XLII.

Gerardus Comes de Schauwenburg, prædicti nepos ac
Ecclesie Minden. thesaurarius. Hic cum fratre Adol-
pho ad terram sanctam suscepit peregrinationem, qui am-
bo itinere defuncti sunt.

XLIII.

Otto II. Wettin cognomento ex Misnia, Moguntia &
Ecclesie Decanus, virtutibus multis conspicuus. Hic à Min-
densibus exceptus est humanissimè, verum paulò post è
illis excessit, multis collachrimantibus, ex Episcopo factus
Deum Patronus. Sepultus est in templo F. Prædica-
torum anno Domini 1368.

Vnaquid est? labor est, & habendi vana cupido,

Tristis ad extremum sollicitudo diem.

XLIV.

Wedekindus de Monte cognomento, post insignem
Otronem, succedit. Hic bonus vir coactus est exigente cau-
sa, Ecclesie iura defendere, qua in re se virum præstantissi-
mum in vtroque statu, & in religione & in armis egregiè de-
clarauit. Habuit quoque cum Brunsvicensi Duce controuer-
siam, cum quo congredi cogitur, & victoria cessit Pontifici.
Cum autem annis 16. optimè præfuisset, pridie S. Domini-
ci est, anno Christi 1384. cum patribus obdormiuit, tu-
mulatur in templo maioris Ecclesie. Post huius obitum
propter eligentium discordiam, Ecclesia 7. mensibus vaca-
uit.

XLV.

Otto III. de Minda originem habens, fuit Præpositus S.
Mauritii extra muros Hildesem. homo militaris. Incidit in
turbulenta tempora ac periculosa. His quoque tempori-
bus Principes Germaniæ olfacere cœperunt perfidiam

Iudæorum, quare eos multi Principes ex suis finibus expulerunt. Hac enim gens est quasi in peccata, & semper hoc agit, quod in contumeliam Christi, & subuersionem vergit Christianorum. Hic Otto præfuit Ecclesiæ annis 14. mortuus, mandatus est Mindæ terræ, in maioris templi Choro.

XLVI.

Marquardus, vir insignis de Rindeghen, per Apostolicæ sedis prouisionem, Bonificium IX. gubernaculo admotus. Fuit genere Sueuus, consilio & manu potens. Introductus est admodum honorificè, ut moris est, ad Ecclesiam anno 1398. multis stipatus equitibus. Verùm Pontificis Romani autoritate paucis diebus translatus est ad Constantiensem Ecclesiam: ita nouo opus erat consilio, pro nouo Episcopo.

XLVII.

Wilhelmus de Busche, Præpositus Ecclesiæ Mindensis ad eam gubernandam Canonicorum consensu assumptus. Quid egerit, non refertur in Annalibus. Prouisio Ecclesiarum spectabat ad Romanum Pontif. potissimum.

XLVIII.

Otto IV. ex Comitibus de Retburg, ad Ecclesiæ regimen inopinato peruenit. Fuit quidem tali Pontificatu, imò maiori dignus, verùm per ostium legitimæ electionis non intrauit, licet Roman. Pont. autoritate peruenerit. Vt cum ad Ecclesiam fuerit receptus, benè præfuit. Quid autem memoriale egerit, aut quanto præfuerit tempore, non exprimitur in Annalibus.

XLIX.

Willebrandus de Hailermundt, illustri familia, in religione quam profitebatur, illustrior. Fuit Abbas Corbeien-
sis, & à Capitulo creatus est Episcopus Mindens. Cùm iam plenè videret Ecclesiæ bona Principes vicinos iniuste ac violenter tenere, cogitauit igitur Ecclesiæ iura defendere. Egit igitur cum eis verbis amicis, ut desisterent, ac iniuste bona Ecclesiæ resignarent: cùm verò illi parum curarent, armis rem attentare visum est. Conuocauit amicos & ci-
ues.

& cum eis de subsidio deliberatum est, & alea foeliciter
 dicit. Quod enim aduersarii sponte agere detrectabant,
 praacti sunt praestare. Arcem Wedekausen de manu Co-
 mitis de Lippia extorsit, inde Reinnenberg de Comitibus
 Rikeneburg, & Rodende Ioannis Bock faucibus eripuit,
 illa bona inuitis hostibus, restituit. Gloriosus igitur hic
 Pontifex Ecclesiam multis bonis exornauit & eiusdem sta-
 tum plurimum ampliavit. Durum quidem erat & non sine
 periculo militares, qui persuasionibus non cedunt, subii-
 gere. Quindiu autem praesuerit, & quando obierit, non
 potest legere. Requiescat in aeterna vita ac pace, Amen.

L.

Albertus ex Comitibus de Hoya. Fuit hic priori id est
 Wilibrando valde dissimilis: fuit ille Episcopus diligentiss.
 & plane ignauus: vivebat in diem. Rem Ecclesiasticam ni-
 hil curabat, summas delicias, ventri seruire arbitratus est.
 eandem ut iners, obiit. Habuit sui similem Imperatorem,
 quo vixit, Wenceslaum. Olim in Pontificibus sola pie-
 tas, & religio quaerebatur. Non ambiebantur Pontificatus
 contentiombus in vinea Domini, pro lucrands animabus,
 & boni agricolae, laborabant: hic nedum facultates, sed &
 ipsam ipsam expendere non dubitabant. Quid si nunc vi-
 derent, quid de nostris dicerent? Quid si viderent haereti-
 cos? Episcopi nonnulli sacrum ministerium in Ecclesia fa-
 cere pudet: ingentes sumptus in alend. inutili familia, ca-
 ribus, aliisque vanitatibus facere non erubescunt. Non
 omnibus aridet exemplum cuiusdam Pontificis Ro-
 mani: Hic cum a quibusdam interrogaretur, ubi nam essent
 venatici canes, producere iussit turbam mendico-
 rum: hi sunt ait, in quos ego meos confero panes. Certè
 D. Bernardus, si mores nostri temporis videret, meritò in
 admirationem raperetur, ut diceret: Quid sibi vult, quod
 Clerici aliud esse, aliud videri volunt? Habitu sunt Milites,
 quae stu Clerici, interim neutrum exhibent. Nam neque ut
 milites pugnant, neque ut Clerici euangelizant. Sine or-
 dine peccauerunt, sine ordine peribunt. Vereor sanè ne ad

eum veniant ordinem, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. O miserandam sponsam, talibus creditam paranympsis, qui assignata bona cultui eius, proprio retinere questui non verentur. Non amici sponsa protectores sed amuli sunt.

LI.

Henricus Comes de Schauwenburg, uniformiter ad eam Ecclesiam electus est anno Domini 1478. & praefuit annis aliquot summa cum laude & utilitate. Fuit vir tranquillus, modestus, pacificus, integer, & qui nulli unquam molestus fuit, qui ita verus est, ut sine querela sit mortuus: ita sanè Christianum hominem vivere & mori deceat. Huiusmodi condidit testamentum, quod & religioso & maxime Ecclesiastico convenit: Corpus terra, anima Deo, bona pauperibus, & amicis commendata sumo: Quid hoc testamento religiosius?

LII.

Franciscus Dux Brunsvicensis, superiore ad aliam vitam translato, Ecclesiae gubernaculum affectus est. Praefuit non inepte Ecclesiae, si suo cervicoso capiti non nimium indulgisset: quamdiu, nondum cognovi.

LIII.

Franciscus Comes de Waldeck, cuius iam bis facta est honesta mentio, vir bonus & comis, & humanus simul ac sincerus. Qui ob insignes cum corporis tum animi doctos mirè celebratus est. Eius diligentiam in structuris videre est. Fuit autè corpore obeso & crasso. Fuit huic multum negotii cum haereticis Anabaptistis Monasterii. Verè S. Cyprianus ait de haereticis, Omnes ferè haeretici moliti sunt caput Ecclesiae deturbare, ut capite deturbato, errores suos impune possint hominibus stabilire.

LIV.

Georgius Dux Brunsvicensis, ex Praeposito Coloniensi huius Ecclesiae creatus est Pontifex. Inde quoque ad Bremensem Archiepiscopatum translatus est. Mortuo fratre ad Verdensem quoque assumptus est Episcopatum. Fuit autem

item vir egregius, siue generis nobilitatem, siue morum
 grauitatem & literarum eruditione spectes. Fuit & Catho-
 licæ fidei pacisque obseruantissimus. In omnibus suis offi-
 ciis ad vitæ finem laudabiliter præfedit. Mortuus est anno
 Domini 1562. & Verdeni ad fratrem sepultus.

L V.

Hermannus Comes à Schauwenburg, Canonicus sum-
 mi templi Colonienf. ac eiusdem Ecclesiæ Decani Antonii,
 inter germanus, post Georgium ad Ecclesiæ regimen le-
 gitime creatus est. Episcopus autem hic vt fœliciter uiuat,
 suorum antecessorum in fide ac religione insequatur
 vestigia, oro ac precor. Vtinam nostri temporis Episcopi ac
 sacerdotes illud Chrysostom. super Matth. 21. cap. expen-
 dent: Sicut de templo omne bonum egreditur, ita omne
 malum procedit: si enim sacerdotium integrum fuerit,
 Ecclesia floret: si autem corruptum fuerit, omnia ma-
 lities & virtus marcida erit & est. Sic cum videris ar-
 borem pallentibus foliis, intelligis, quia vitium habet in
 radice: ita cum videris populum indisciplinatum, sine du-
 bio cognoscis, quia Sacerdotium eius non est sanum. Ex-
 penderent illud Apostoli: In omnibus te ipsum præbe ex-
 emplum bonorum operum, in doctrina, in integritate,
 in grauitate. Item & illud eiusdem Apostoli: exem-
 plum esto fidelium in verbo, in conuersatio-
 ne, in charitate, in fide, in
 castitate.

S V M M O R V M
P O N T I F I C V M Q V I E X
G E R M A N I A O R T I F V E R V N T,
C A T A L O G V S.

C A P V T X.

*Primus ex Germania Rom. Pontifex
Ordine 131.*



Stephanus VIII. in Germania ortus, qui omni genere literarum ac morum excultus fuit. Hic ob mirabiles eius virtutes effecit, ut omnium Principum ac Regum facile sit adeptus fauorem. Hinc factum, ut per varios dignitatum gradus primus tandem ex Germanis ad fastigium Rom. Pontificatus ascenderit anno gratiæ 946. Cum autem insigni mansuetudine præditus esset & pacis studia bellis & tumultibus præferret, æmuli eius ingenti ipsius odio persecuti sunt, donec tandem popularem contra eum excitarent seditionem. In hac civili seditione vulneribus scædatus est, ut diu cicatricum deformitate in publicum prodire abstinuerit. Hæc Romanorum atrocitas & summo Pontifici illata iniuria ob principum quorundam obitum inulta permansit, verum non apud Deum. Otto Germanorum Imperator hunc Stephanum vnicè diligebat. Verum ipse ordine Pontificum 131. cum per annos tres, menses quatuor, & dies duodecim sedem obtinuisset, vitam cum morte mutauit. Inuitis Romanis fuit Pontifex.

H. Papa

II. Papa 145.

Gregorius V. Saxo, natus fuit ex illustrissima Ducum Saxoniarum familia, patre Ottone Duce Saxoniarum. Antequam ad sedem Romanam peruenisset, dictus fuit Bruno, atque ex Ottonum Imperatorum consanguinitate ortus. In iuuentute à parentibus literis bonis optime institutus est, atque in omni genere virtutum educatus. Hinc factum, ut mortuo Ioanne XVII. ipse auctoritate Imperatoris in 145. Pontif. Rom. sit electus, atque Gregorius V. dictus, anno Dom. 998. Otto itaque III. rebus Germaniarum compositis Romam proficisci statuit, ut imperialem Coronam & benedictionem à Papa acciperet. Coacto ingenti exercitu, urbem petiit, & ob hoc Gregorio suo consanguineo benedictionem & diadema imperiale accepit. Cum autem per Galliam sese iterum in Germaniam recepisset, ferox populus Romanus ægerimè tulit, quod Cæsar Saxonem illum Pontificem creasset, utpote qui maluissent hominem aliquem suæ Nationis ad huiusmodi dignitatis fastigium esse prouectum, propterea eum magna insolentia urbe eiiciunt. Is itaque aliquandiu in Hetruria substitit. Cum autem nullam acquiritatis locum superesse videret, in Germaniam patriam ad Imperatorem sese contulit. Interim Romani Crescentium denuò cum summa potestate Consulem, Romanorum creant Imperatorem: qui etiam statim Ioannem Episcopum Placentinum, natione Græcum, prædiuitem, Pontificem decernit. Cum autem is non esset legitime creatus, inter summos Pontifices non annumeratur. Crescentius autem Consul à Romanis factus Cæsar, muros urbis & turres diligenter cœpit munire, atque arcem Adriani variis propugnaculis confirmare, præsidio hinc inde firmissimo collocato. Otto hac atroci iniuria commotus, maximo Germanorum exercitu denuò Romam petit & longa obsidione urbem cingit & eam ad tantam redegit necessitatem, ut populus Romanus fame compulsus, patentibus portis Imper. Ottonem receperit: eius singulari fretus clementia. Ioannes Pseudopontifex capitur, oculi effodiuntur.

tur, vita priuatur : Crescentius uero ex fuga retractus, uili iumento imponitur auersè & sic ignominiosè per urbem ducitur, paulatim detruncatis membris : Postremò multis uulneribus confossus ante urbem suspenditur. Sicq; Gregorius hic undecimo mensè postquam fuerat pulsus, restituitur. Hic igitur Pontifex, ut suæ patriæ Germaniæ gratificaretur, & se de Romanis vindicaret, habito cum Ottone consilio, sanctionem inuiolabilem facit de eligendo Cæsare à Germanis per septem Electores Germaniæ. Inde hac sanctione per Gregorium Pontificem stabilita, Cæsar Roma discedit : Pontifex autem omnibus ornatus uirtutibus, sedem Romanam feliciter sequenti tempore administrauit. Tandem optimè de sua patriæ ac Christiana Rep. meritus, Pontificatus sui anno 3. uitam cum morte mutauit.

III. Papa 147.

Syluester II. natus ex Belgio, qui Gilbertus dictus fuit, Cum felici esset ingenio præditus, à teneris annis artibus liberalibus operam dedit, & in uirum eruditissimum euasit in omni facultate. Habuit insignes discipulos Imperatoris ac Regum filios. Instituit & S. Herbertum, qui postea factus est Archiepiscopus Colonienfis. Hinc factum ut hic Gilbertus, siue ut alii uolunt, Gumpertus ob tot clarorum principum educationem, magnam auctoritatem sibi comparauerit. Otto igitur III. post Gregorium V. hunc suum olim præceptorem ad Papalem sedem admouit, & Syluestrum II. uocauit circa annum Domini 999. In eodem loco ac munere magna laude annis 4. præfuit. Cum Mathematicarum disciplinarum esset peritissimus, ita ut astrorum cursu futura prædiceret, homines earum artium ignari, dixerunt eum dæmones in consilium adhibere, atque necromantiæ operam exercere. Quæ de eo sinistrè feruntur, à uero abhorrent. Nouit Romanorum rebellionem resistere, quare minus ab eis diligebatur.

IV. Pa.

IV. Papa 156.

Clemens II. Saxo, natus ex illustri familia, & bonis literis
 & disciplinis optimè institutus. Ob suas præclaras virtutes
 creatus est Episcopo Bambergensis. Officium illud tanta ani-
 mi moderatione gessit, vt ab omnibus vnice diligeretur. Eo
 tempore, id est anno Domini 1045. maxima erat discordia
 Roma: nam tres, Benedictus IX. Siluester III. & Grego-
 rius VI. (quos Platina monstra vocat) ambiebant, vende-
 bant Pontificatum. Videns hanc rem Henricus Casar III.
 vt Ecclesiasticam dignitatem componeret, Romam profe-
 ctus est, vbi vi urbem intrauit, atque in Synodum, conuo-
 catis Episcopis & Prælati, depositis Pseudopapis, hunc
 Clementem, Episcopum Bambergensem, licet reluctantem,
 qui Suidderus dicebatur, ordinauit Summum Pontificem, &
 Clementem II. vocauit. Assumpto itaq; officio, Henricum
 cum coniuge sua Agnete benedictione Imperiali conse-
 crauit, quem Imperatorem Augustum pronunciauit. Paca-
 tam Italia, Imperator Roma in Germaniam profectus
 est. Erat autem hic Pontifex valde doctus ac pius, qui multa
 bona ad Ecclesiæ splendorem instituit, verum Romanorū
 improbitas obsticit. Egerrimè enim ferebant electionem
 Rom. Pontificis ad manus Imperatoris deuenisse, quæ tan-
 dem ad Romanam Ecclesiam non sine magnis scandalis
 deuoluta est. Clemens autem hic Pontifex sui Pontificatus
 anno 9. non sine veneno, sublatus est.

*V. Papa 157. Platina optimi Pontificis famam
 defædat.*

Damasus II. natione Bauarus autoritate Imperatoris in
 Dni Petri sedem constitutus fuit. Censent nonnulli eum
 inter Summos Pontifices tum ob ambitionem (sic eum
 Platina carpit) tum ob temporis breuitatem, non esse
 numerandum. Præfuit enim 23. dies &
 mortuus est.

VI. Pontifex 158.

Leo IX. ante Bruno dicebatur, in Alfatia Germaniæ natus fuit. A parentibus tum bonis literis, tum optimis virtutibus institutus fuit, sicq; factum, vt temporis progressu Argentinensis sit constitutus Præful, & postea Tullensis ordinatus Episcopus. Fecerant vitia quorundam Pontificum, vt meritò ipsi Clero sublata potestas videretur Dei iudicio, quo in melius eorum mentes flagitiis contaminata, aliquatido verterentur, ne Respublica Christiana malis Rectoribus commissa pessundaretur. Heinricus igitur Imperator qui electionem Pontificis propter Romanorum insolentiam ad se transtulerat, hunc Brunonem vitæ sanctimonia & innocentia celebrem, cum auctoritate Romanam mittit. Accedit Romam, aperit sui Imperatoris voluntatem & pro Pontifice non sine tumultu, suscipitur, qui Leo nonus dictus est. Fuit hic sanè optimus Pontifex, magna benignitate & hospitalitate adeò insignis, vt ædes eius peregrinis & pauperibus semper patuerint. Induxit semel pauperem in domum suam, eumq; in suum collocavit lectum, qui manè nusquam apparuit. Huius Leonis tempore fuit ille Berengarius in Gallia Capharnaita, quem ob suam hæresim damnauit. Singulati autem amore Germaniam suam patriam profecutus est, quare sæpius eam inuisit, & adhuc nonnulla extant vestigia. Sic Colonia in Capitolio summum dedicauit Altare. Moguntia Concilio interfuit, quod de rebus arduis in magna hominum frequentia celebrari fecit. Tandem in Italiam reuersus, quinto Pontificatus sui anno omnium bonorum desiderio decessit, & honorificè sepultus est. Hic S. Gerardum Episcopum Tullensem, qui ex Colonia fuit ortus, annum circiter 963; Sanctorum Catalogo ascripsit.

VII. Papa 159.

Victor Secundus in Bauaria nobili familia Comitum de Calue natus, dictus fuit Gerardus. Ob suas egregias virtutes

ordinatus est in Episcopum Eystetenſis Eccleſiæ. Cum ad hoc admotus eſſet gubernaculum, vnicè ſtudebat Cle- mentem in Eccleſiaſtico continere officio, & eum diligenter adhortari, vt moribus & diſciplinis reliquos homines antecellerent. Hæc eius admonitio odium peperit. Contigit cum ſemel ſacrificaret, & oblatum poculum nequiret ſervare, cognouit Diaconum venenum ſuffuſiſſe, qui huius ſceleris pœnas dedit. Calix ille in rei argumentum ſepoſitus, ad hodiernum vſque diem ibi oſtenditur. Leone IX. mortuo, hic in Cæſaris gratiam à Romanis in Pontificem creatus eſt circa annum Domini 1052. dictusque Victor II. qui antea Gerardus appellabatur. Hildebalduſ Legatus eum ad ſedem Papalem introduxit. Cum iam eſſet admotus & conſecratus Pontifex, ac videret multa in Eccleſiæ miniſtris vitia, Florentiæ Synodum indixit, vt malo huic mederetur. Reperit hic tum Episcopos aliquos labe Symoniaca infectos, tum Eccleſiam aliis erroribus contaminatam: hæc omnia cum pius Pontifex conaretur expurgare, ſui Pontificatus anno 3. mortuus eſt, cui Stephanus Lotharinguſ ſuccedit. Victor præſente Imperatore Henrico III. ſepelitur. Quæ de Ioanne VIII. quem fœminam ac Moguntia ortam eſſe aſtruunt, licet in Eccleſiæ Catholica cõtunciam à multis amplectantur, afferuntur, falſiſſima ſunt. Vide Laurentium Albertum Francum, qui hac de re librum ſcripſit.

VIII. Papa 169. Sub iſto inſita eſt pax inter Imperatorem ac Pontificem de ſacerdotiſ.

Calixtuſ II. nobili genere ex Burgundia natus. Hic Cluniaci à Cardinalibus qui aderant, eligitur. Pontificatum tamen niſi vnanimis aliorum accederet electio, aſſumere noluit. Pacem vnicè coluit & inter Principes eam conciliauit. In Pontificatu egit annis quinque, ex labore febris ſublatus eſt Romæ anno Domini 1140.

Innocentius V. item Burgundus, de Ordine Prædicatorum, insignis Theologus, qui primus ex fratribus mendicantibus ad Pontificatum peruenit. Vixit in eo officio summo sex mensibus.

Nicolaus Cusanus ex diocesi Treuirensi natus, qui quod iuuentutem suam semper in bonis studiis in diuersis Academicis contriuerat, peritissimus euasit, & omnibus virtutibus heroicis eluxit. Factus est proinde Episcopus Brixinensis & Ecclesiæ Romanæ Legatus ac Cardinalis. Officium suum semper prudētissime executus est, ita vt apud omnes mundi Principes celeberrimus haberetur. Sux patriæ, quæ Cusa villa est prope Mosellam, maximo fuit ornamento. Xenodochium in honorem D. Nicolai ibidem instituit, & Ecclesiam, in qua diuinum officium die noctuque exerceri per Ecclesiasticos voluit, magnis redditibus dotauit: hanc Ecclesiam Collegium dici & esse voluit. Suam eruditionem egregiis scriptis posteris commendauit. Tandem anno Domini 1463. ætatis 65. vitæ finem fecit Romæ: cor eius translatum est in Germaniam & in hoc hospitali suo, vt ipse ordinauerat, in marmore, in choro, repositum. Non fuit summus Pontifex, sed ipse neuitquam inferior.

X. Adrianus 6. ordine.

Adrianus Florentinus VI. natus ex inferiori Germania anno Domini 1459. in Ultraiecto vrbe, ex tenuis Fortunæ parentibus. Hi cum ingeniosum puerum sustentare in studiis non possent, Louanium concessit & fortuito in Collegio Portionum alitus est. Hic tam ardentem bonis literis incubuit, vt faciliè omnes præcelleret. Habuit quosdam Mæcenates, quorum opera artium Magister, creatus est doctissimus. Sua singulari prudentia optimum nomen adeptus est, adeo sanè, vt à D. Margarethâ Maximiliani Imperatoris filia, Belgis imperante, Sacerdotium honestissimum in Hollandia præter eius expectationem, sit consecutus.

Nec

Nec multo post suffragiis omnium Canonicorum Sacerdotum Louanii in summo templo Diui Petri Decanus effectus est, qui in ea vrbe est summæ dignitatis locus. Eo tempore anno Domini 1507. Philippus rex Hispaniæ Maximiliani filius vitam cum morte mutauit, relicto Carolo septenni filio & Ferdinando. His tantæ indolis & fortunæ pueris Adrianus præceptor datus est. Adrianus Casaris Maximiliani, aui puerorum opinionem minimè sefellit: cum nemo ferè ipso solida doctrinæ fama celebrior, sobrietatis & castimonix laude ornatior, vitæ modestia & religione præclarior nemo habebatur. His enim exactæ disciplina præceptis Carolum & Ferdinandum adolescentes, natura valdè dociles, ingenio pacatos, ad incomparabiles iustitiæ, probitatis omniumque virtutum laudes prouexit. Vnde Adrianus vt Legatus in Hispaniam missus est ad Ferdinandū Regem, Caroli auum maternū, & cum Principum animos, qui erant à rege alieni, reconciliaffet, Episcopus Diethulensis cum fato concessisset, in eius locum, regis iudicio & omnium procerum voluntate (nequaquam eius honoris appetens) susceptus est. Ferdinandus igitur Rex Hispaniæ eum, ob eximia probitatis & iustitiæ laudem loco parentis semper habuit. Eo mortuo quum Carolus nepos suus, summo populorum studio tot regnorum hereditatem adiisset, ipse Adrianus ex Legato & Episcopo mansit omnium rerum Moderator. Creatus est à Leone X. Cardinalis. Carolus electus est Imperator & summa totius Hispaniæ Adriano Cardinali commissâ est. Moritur Leo Pontifex anno Domini 1522. & hic Adrianus Cardinalium iudicio pronunciatum ex inopinato Pontifex Romanus. Profectus est in Italiam, ab omnibus vrbus religiosissime, tum summo Romanorum desiderio, exceptus est. Susceptus & consecratus in summum Pontificem ob varios casus omnia perturbata inuenit. Cum autem optimus hic Pontifex multa bona ad Ecclesiæ reformationem instituisset, correptus morbo, commendata Ecclesia Deo &

Republica Senatui Romano anno Domini 1523. ætatis
64. ob nimium calorem mortuus est : sepultus in templo
Germanorum. Veneni suspicio non defuit. Epitaphium
Hadriani Pontificis. Hadrianus VI. hic situs est, qui nihil
sibi infelicius in vita, quam quod imperaret, duxit. Monuit
ferio Adrianus Ducem Saxonie, vt Lutheranum virus à
sua ditione exploderet. Hic retulit in numerum Sancto-
rum Antoninum Florentinum Archiepiscopum & Benno-
nem Misnensem Episcopum, cui bono & sancto viro Lu-
therani valdè iniurii fuerunt: scripsit enim in eum Lutherus
acerbissime, quem Hieronymus Emserus vir nostri sæculi
doctissimus tum confutat, tum Bennonis vitam de-
scribit: apud cuius sepulchrum multa quotidie
fiunt miracula.

FRAN-